<36628258470017

<36628258470017

Bayer. Staatsbibliothek



~~2497~~

sul pr. 180

COMITUM TERVANENSIUM SEU TERNENSIUM, MODO S. PAULI AD THENAM,

A PRIMO AD POSTREMUM.

ANNALES HISTORICI:

UBI

EORUM GENEALOGICA SERIES, NATALITIA, Genus, Ditiones, Jura, Dignitates, Præclara facinora, Obitus & Encomia ſuccinctè recenſentur.

QUIBUS

VARII EVENTUS, QUI ARCEM, CIVITATEM Univerſamquè Dynaſtiam Paulinatem, nec-non Oppida vel Cœnobia, aliaquè loca ſeu ſacra, ſeu profana circumquaquè adjacentia ſpectant, Chronologicè interſeruntur.

COLLECTORE

R. P. THOMA TURPIN PAULINATE, Ord. FF. Prædicat. Audomarenſium.

††*

DUACI,
Apud CAROLUM LUDOVICUM DERBAIX, Biblio-Typographum ſub ſigno Salamandræ. 1731.

CUM PRIVILEGIO ET APPROBATIONIBUS.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

ADMONITIO PRÆVIA.

NONNULLA te præmonitum volo benevole Lector... Primo, nos cum P. Jacobo Malbrancq S. I. Comitum nostrorum Genealogicam excerpisse seriem & ordinem ab ipsâ Boloniensium Dynastarum Genealogiâ, quam idem pater se hausisse astruit à 5. Genealogiis & totidem diversarum partium autoribus, erutis; ut autem ei fides adhibeatur & pateat quâ ratione, quove fundamento Bolonica, Tervanensis & inde Paulina Series nitantur, visum est ipsos stemmatum fontes hic aperire & recensere, *Ex Lib. 2. de Morinis cap. 45.*

Primus itaque fons ex ipsâ Urbe Boloniensi, ubi complures scripta majorum suorum exhibuere, eadem pene nomina, eundem prorsus Comitum usque ad Normannos numerum complectentia, quæ omnia Arturium 4. ditionum scilicet Boloniæ, Tervanæ, Ambiani ac Turnehemi Victorem & Leodegarium ejus nepotem ac primum Comitem ab ipso institutum

faciunt, & cuique Comiti easdem 4. possessiones etiam diu post Normannos tribuunt.

Secundus ex Joanne *Hanon* in Monstroliensi curiâ celebri admodum pro Bertinianis Advocato, qui Boloniensium eorumdem Comitum Seriem desumpsit anno 1516. è Thesauris, ut ait, Joannis Ducis Bituricensis, qui stemma suum è Boloniensibus ducebat.

Tertius ex Genealogiâ, quam Carolo V. Imperat. contexuit ipsius scutariarum imaginum fecialis seu interpres, quem *le Herault d'Armes*, vocant.

Quartus è primo volumine Genealogiæ Comitum Boloniensium anno 1534. collectæ per Dominum de *Boncourt* Equitem.

Quintus, ex iis, quas ex iisdem monumentis hauserunt & elaboraverunt Domini de *Sescoondorp* & de *Malapert*, &c.

2°. E Borbonicis Comites (unde Paulinates) quidam forte redarguent neminem ante Balduinum Calvum in Galliâ Comitem creatum fuisse depugnantes. Resp. Comitis titulo ante Normannos, quibus posterior est Calvus, insignos complures fuis-

ſe in Galliâ, Germaniâ & alibi, non minuſquam Ducis: apud Baronium temporibus Theodoſii, Honorii & ſequentium Imperatorum Comites ſæpius leguntur. Gregorius Turonenſis qui anno 550 floruit, ſuâ ætate Arverni Britanniæ minoris & aliarum Provinciarum Comites producit.

Qui res Caroli Magni & aliorum Regum Franciæ conſcripſerunt, Comitum pluries meminere, ac præſertim Palatinorum. Hiſtoria Centulenſis ſeu Sancti Richarii ante Normannos contexta aſſerit Maurianam anno 507. ſimul & Filiolum, quem utero id temporis geſtabat, primos Pontivi Comites inſtitutos, ſæculo inſecuto Bertinica monumenta Walbertum tertio Comitem faciunt Arkenſem, Ternenſem, Pontivenſem & eodem ævo Wambertus Renticæ Comes in vitâ Sancti Bertulphi multoties inſcribitur.

Fatentur alii, Comites quidem fuiſſe ante Calvum, at non proprietarios. Reſp. non me latet ea tempeſtate pleroſque Comites potuiſſe amoveri ad nutum, & alios ad vitam, alios quaſi hereditarios:

Verum dico multos fuiſſe etiam à primâ inſtitutione proprietarios & quidem noſtros de quibus eſt quæſtio; quod probatur ex eodem Gregorio Turonenſi, qui cum ſuo ævo Arverni, Britanniæ inferioris & aliarum Provinciarum Comites producit, eoſdem proprietarios intelligit, quando quidem ipſorum Territorium Comitatus titulo inſigniat.

Gervaſius Tilesberius & Lelandus in Libro de aſſertione Arturii tradunt Arturium collocaſſe Sororem ſuam Arvernorum Comiti, unde prodiit Anſelmus etiam Arvernorum Comes & Leodegarius, quem inſtituit Boloniæ Comitem.

Videat Lector, cum ad annum 670. B. Walbertus Bertinianis donavit Arkas, aiunt ſimul Comitatum ſuum tranſcripſiſſe, & exinde Abbates ſeſe Arkarum Comites in hodierna tempora indigitaſſe. Idem aſſerunt Blangiacenſes, quia par ratio, etenim S. Bertha Sigefredo Sponſo defuncto, Abbatiæ à ſe conditæ Blangiacum titulo fulgens Comitatus attribuit, hinc Abbates Cœnobii etiamnum dicuntur Comites.

Adde quod Joannes *Nestor* Medicœorum in Historiâ Editâ Parisiis anno 1575. nec-non Dom. Andreas *Duchene* in Antiquitatum, &c. Conquisitionibus tradunt Carolum Magnum cœpisse Comites instituere proprietarios.

3°. Quâ vero ratione Comites nostri nuncupati sint Tervanenses? Hoc habent Etymon ab eorum Arce Tervana dictâ, vel ab ipso Territorio quod vocatur Tervanensium fines; quique fines Comitatum Sancti Pauli modo constituunt: vel etiam ab ipsis incolis qui apud Lambertum Ardrensem passim dicuntur Tervanici populi, &c. in ejus Chronico, quod ut planius fiat, super hoc quæstio instituetur in opere.

Interim abs re non erit subjicere hic quæ laudatus rerum Morinensium scriptor edisserit de Tractu seu Pago Tervanico, ut inde lector quampiam ejusdem præconcipiat notitiam. Est alius Pagus, „ *inquit* Tervanensis nomine, in cujus „ appellationem successisse Comitatum „ S. Pauli omnino arguitur rationi- „ bus ad annum Ch. 610. producendis.

„ Vicus cum Castello TERVANA „ dictus ad Tenam vel ut alii Ternam „ fluvium toti præerat territorio, quod e- „ tiam ultra Quantiam fines propagabat. „ Multis hæc vocis similitudo in causâ „ fuit, cur unam eandemque cum Ta- „ rüanna Morinorum capite existimarent, „ nec-non Cæsarianis Temporibus Ta- „ rüannæ canitiem anteponerent. Verum „ primùm sub Augusto Morinum in Ta- „ rüannæ nomenclaturam abiit, Roma- „ no Prætore eam invehente. Et cum „ TERVANÆ vocabulum Romanis præi- „ visse censeatur, merito hunc pagum „ aliis primigeniis accensemus; quos in- „ ter solus ad annum usque 900. in ap- „ pellationis suæ vigore perstitit.

„ Creditur in Danorum incursatione „ circa annum 881. benignam præ omni- „ bus D Pauli manum persentisse Vicus „ seu Pagus ipse cum Castello; namque „ in generali isto locorum excidio, so- „ lummodo Pauli Fanum tanquam sartum „ tectum minime annumeratur. Hinc ci- „ vium & Comitum suorum mentes me- „ moriæ obstrinxit sempiternæ, ut ultra

„ non se Tervanenses, sed S. Pauli Co-
„ mites indigitarent.

„ Ita porro accipiendus Joannes Til-
„ letius qui tradit Adolphum Calvi Flan-
„ drensis Filium anno 918. primum S.
„ Pauli Comitem salutatum; exinde vero
„ Tervanensis tractus Ternensis dictus est
„ & Gallice *le Pays de Ternois* pro *Terva-*
„ *nois.*

„ Perperam itaque existimant aliqui
„ Tarüannam ipsam intelligi in Morino-
„ rum sitam meditullio, docent enim
„ scriptores atque idipsum arbitror sem-
„ per ante Normannos in Francorum ste-
„ tisse ditione nec nisi nominis similitu-
„ dine id argui: Satisque ex scholiis pa-
„ tescet eos ignorasse illam S. Pauli no-
„ menclationem solummodo post Nor-
„ mannorum ætatem non sine Divi Præ-
„ sidio inditam..... *Et infra* Tervana..... Cas-
„ tellum erat cum vico ad Thenam flu-
„ vium, aberat Tarüannâ Morinorum
„ capite ad Austrum versus lapide plus
„ sexto. S. Pauli jam vocamus, sed sic
„ olim nuncupatam scribit Lambertus
„ Ardrensis auctor sui ævi res tradens, &

„ complectebatur Comitatum Sanpola-
„ num, iisdem prope, qui adhuc modo
„ præscribuntur, limitibus.

„ Tanta vero fuit ejus amplitudo, ut
„ à Paulopoli, quasi à Meditullio, eo-
„ rum Cartæ ditionem extendant ad no-
„ num ab unâ parte lapidem, tantum-
„ demque ab alterâ. Imo ejus erat Do-
„ minii, quod jam occupat Baillivium
„ Hesdiniense, quin & seculo septimo
„ hic adhuc Tervanense nomen invales-
„ cebat: unde Sancta Austrabertha Virgo
„ Tervanensis nuncupabatur; atque etiam
„ comperi in enumeratione Vicorum &
„ Villarum ad an. *1537.* factâ, cum Rex
„ Galliæ voluit Comitatum Montisfortis
„ commutare Sanpolano; S. Austrabertha
„ Vicum ultra Quantiæ flumen, & Ric-
„ queburgum ad Paulopolensem Domi-
„ natum referri, ut *Thievre*, *S. Andreæ*,
„ *Argoulles*, *Berck*, &c. Quæ jam olim
„ indicant longe diffusam fuisse Tervanæ
„ Ditionis amplitudinem, vel etiam Juris-
„ dictionem in Oppidula, Vicos, vincu-
„ los, & Villas numero 360. *Teste Locrio*
„ *Paulinate*.

A quo Arx Tervana fuerit condita, ſi quæratur? incompertum, cum nulla ullibi ejus initia perhibeantur; at ſi conjicere licet, à veteribus Gallis conditum Arbitramur, 1. ex ſitu in colle, moris enim erat apud ipſos Gallos munitiones ſuas in collium cuſpide condere. 2. Ex ſtructurâ, ſiquidem Arx ipſa inſtructa deſcribitur multiplici Porticu (Gallice, *Gallerie*) quod nomen, teſte *Savot* in Archiſtructurâ, mutuatur à priſcis Gallis, cujus fuere primarii auctores & poſteris nationibus illius ſpecimen præbuere.

Ut ut ſit, Romani has oras ſubinde occupantes Arcem ipſam nuncupavere TERVANAM quaſi TERRAM AVENÆ per contractionem, quod eorum ævo iis in partibus illius ſementis feraciſſima foret & ibidem Equites ſuos reficerent.

4°. In colligendis Dynaſtarum rebus mens noſtra non fuit totam ipſorum vitæ ſeriem texere, at bene notiora Belli Domique geſta recenſere & quæ eorum S. Pauli Ditionem propius ſpectant; ſed neque hæc ſingula, pleraque enim (Fateor) me fugerunt propter monumentorum ino-

piam vel etiam nonnullorum in commumunicandis ſeu documentis ſeu Tabulariis moroſitatem, quæ ſi ſcrutari licuiſſet, curioſa plura prodirent in lucem, quam forte numquam videbunt, nec Juris Publici fient.

Ex dictis colligendum facile quam antiqua ſit & præſtans Toparchia S. Pauli, ſed ex dicendis in opere magis inclareſcet vel ſolis Toparcharum nominibus.

Hæc certe non latebant Henrici IV. Cauſidicum Generalem dum aiebat, Comites S. Pauli prope ſemper eximios & „ præclaros viros exſtitiſſe, ſummo in ho„ nore ac dilectione non ſolum apud Co„ mites Bolonienſes, Flandrenſes & Ar„ teſienſes, verum etiam apud Supremos „ ac Reges, ſæpe ab his & iſtis ad præci„ puas Regni præfecturas & dignitates ſu„ blimati Quantum vero ad Paulenſe Feu„ dum, ſi Bolonienſe, à quo pendebat, „ exceperis, nullum in Flandriâ & maxi„ me in Arteſiæ Comitatu habebat ſupe„ rius, imo nec quod illud æquaret, ſive „ Dominii amplitudine, ſive opum immen„ ſitate, ſive ſingularium jurium ſtabili-

„ tate. Feudum enim eſt ſicut & uſque fuit „ Ampliſſimum juxta ac Nobiliſſimum. *D. De la Gueule Tract. pro S. Paulo.*

Porro ſi quis hoc qualecumque opus captus amore leget, ſciat quantum ad actorum ſeu eventuum omnium certitudinem me nihil de retroactis præter cohærentiam annorum pro vero paciſci, fides dictorum penes citatos autores erit: quidquid autem de recenſioribus ætatibus appoſui, vel ipſe vidi, vel à viris fide dignis audivi.

Cœterum in utramvis partem præſentium non magnipendo judicium, habiturus (ut ſpero) apud poſteros poſt deceſſum amoris & livoris, ſi non eloquentiæ titulum, ſaltem induſtriæ Teſtimonium.

FACULTAS

Reverendissimi Patris Generalis

Nos Frater THOMAS RIPOLL Sacræ Theologiæ Professor, totius Ordinis FF. Prædicatorum Magister Generalis & Servus

CUm nobis exposueris opus Historicum te composuisse cui Titulus est, *Comitum Tervanensium seu Ternensium, modo S. Pauli ad Thenam Annales Historici, ubi &c.* Teque summopere desiderare requisitam à nobis Licentiam, ut dictum opus prælo typisque mandari possit; harum serie nostrique authoritate Officii tibi Reverendo P. THOMA TURPIN Provinciæ nostræ Sanctæ Rosæ, & Conventus Valencenarum Alumno Facultatem impertimur prædictum opus publicam in lucem edendi, dummodo prius recognitum fuerit & approbatum à duobus in Sacrâ Theologiâ Magistris vel Graduatis tibi ab Admodum P. Magistro Provinciali designandis; servatisque aliis de jure servandis: In Nomine Patris, &c. Datum Romæ iu Conventu nostro S. Mariæ super Minervam Calendis Octobris 1727.

F. THOMAS RIPOLL
Magister Ordinis.

Locus † Sigilli.

Regist. Fol. 232.
F. JOANNES SICARD
Magister & Socius.

COMMISSIO R. P. PROVINCIALIS

Nos Frater JOANNES FRANCISCUS DESPRESINS Ordinis FF. Prædicatorum S. Theologiæ Magister & Provinciæ S. Rosæ Ejusdem Ordinis in Gallo Belgio humilis Prior Provincialis.

VIsâ licentiâ & permissione Reverendissimi P. Generalis Ord. nostri Prælo & Typis mandandi opus Historicum cui Titulus est *Comitum Tervanensium seu Ternensium modo Sancti Pauli ad Thenam Annales Historici*, *&c.* A Reverendo Patre THOMA TURPIN hujus Provinciæ & Conventus Audomarensis filio, nunc autem Conventus Valencenarum Alumno compositum, authoritate ejusdem Reverendissimi P. Generalis nobis commissâ, ad dicti operis examen, recognitionem & approbationem deputamus Reverendum Admodum ac Eximium P. Exprovincialem F. VINCENTIUM NICOLLE in S. Theologiâ Magistratum & Conventus nostri Duacensis Sanctę Crucis Priorem, & Reverendum ac Eruditissimum F. CAROLUM RENATUM BILLUART S. Theologiæ Licentiatum & studii nostri Generalis in Collegio Sancti Thomę Aquinatis Duaci Regentem Primarium; in quorum fidem his Officii Sigillo munitis, manu propriâ subscripsimus. Datum Valencenis in Conventu nostro S. Pauli hac 24. Mai 1728.

F. JOAN. FRANC. DESPERSINS
Provincialis qui supra.

Locus † Sigilli.

Registrata Folio 14.
F. PETRUS ROSE Socius.

Nota. Cum R. P. RENATUS BILLUART nequiverit examinare opus propter suam ad Provincialatum assumptionem, ipsemet sibi subrogavit R. P. LANCRY S. Th. Baccal.

APPROBATIO.

Theologorum Ordinis FF. Prædicatorum.

HÆC Annalium monumenta diligenter conquisita & summatim Collecta ex variis & probatis Authoribus in Patriæ nostræ decus & gloriam à R. P. Thoma Turpin Prædicatori & Confessario Conventûs Audomarensis Filio, Sacri Ordinis FF. Prædicatorum attentè perlegimus, nihilque in eis morum honestati aut Fidei Orthodoxæ contrarium deprehendimus: sed hic Autor Comitum S. Pauli Genealogiam, acta & eorum præclara facinora sincerâ fide refert & edisserit, & plura scitu digna eis immiscet quæ nostræ Arthesiæ Provinciam concernunt & commendant. Quapropter hoc opus in lucem publicam prodire meretur. Ita censuimus Duaci in Conventu Sanctæ Crucis Ordinis Fratrum Prædicatorum hac 23. Mai 1729.

F. VINCENTIUS NICOLLE Magister in Sacrâ Theologiâ, Exprovincialis & Prior Conventus Duacensis, &c.

F. THOMAS LEONARDUS LANCRY Sacræ Theologiæ Baccalaureus & Conventus ac Collegii S. Thomæ Aquinatis Regens.


APPROBATION.

J'Ai lû par ordre de Monseigneur le Garde des Sceaux un Ouvrage Intitulé *Comitum Tervanensium seu Ternensium, modo Sancti Pauli ad Thenam, à primo ad postremum, Annales Historici, Collectore R. P. Thomâ Turpin Paulino Ord. FF. Prædicatorum, &c.* Et je crois qu'on peut en permettre l'Impression. A Paris ce second Mai. 1730.

LANCELOT.

COMITUM

COMITUM
TERVANENSIUM SEU TERNENSIUM
ANNALES HISTORICI.



LEODEGARIUS BOLONIÆ, AMBIANI, TERVANÆ ET TURNHEMI PRIMUS COMES.

1. LEodegarius Lingomiro seu Leodegario & Gania Walliæ Principibus, prognatus sibi contig. m connexuit uxorem, è quâ suscepit quinque proles-scilicet: Aymes seu Aymericum Macthildem, Theodorum, Thiericum, & Sygivaldum, qui dicitur adiisse Avernicam Satrapiam circà annum 530. asserunt Membranæ Bolonienses Leodegarium quatuor prædictas ditiones dono accepisse ab Avunculo Arturio Rege Britanniæ & Anglo Saxonum domitore, anno 511. Cum enim hic

Princeps Piissimus ac Bellicæ laudis accensus stimulo, Nepotis pietatem, vires ac animum ad quæcumque præclara & ardua probasset, eundem charum in paucis luculentâ mercede pensandum Statuit: Quare Britannico mari transmisso & quatuor arcibus, Bolonicâ, Ambianicâ, Tervanicâ, nunc Sancti Pauli ac Thurnhemicâ, Expugnatis & Revendicatis, easdem quatuor cum territoriis appendentibus Nepoti Leodegario ac successoribus suis transcripsit simul & jure pleno possidendas, earumquè primum Comitem constituit.

AYMES SEU AYMERICUS

Boloniæ, Ambiani, Tervanæ ac Turnhemi,

SECUNDUS COMES.

AYmes seu Aymericus primogenitus Leodegarii, à quo recta series Comitum exolvitur 4 portiones ab Arturio comparatas integras nactus est defuncto Parente: duas habuit uxores, quarum primæ nomen ignoratur; Secunda Mauriana Ragnacharii Vidua peperit ei tres proles masculas scilicet Roulphes seu Rodulpham qui parentem excepit, 2. Vagonem, 3. Honoratum cujus tenella ætas grandes Sanctimoniæ fructus promittebat. Vago induit Comitatum Pontivi Vulgarem & Honoratus evectus est ad infulam Ambianensem anno 554.

ROULPHES SEU RODULPHUS

Boloniæ, Amb. Tervanæ ac Turnhemi,

TERTIUS COMES.

ROulphes 4. has ditiones paternas adiit, nos latet ejus uxor; at constat ex eâ habuisse primogenitum cujus nomen tacetur & Robres seu Robertum qui sequitur hæres.

Roulphes ille est Comes qui ut primo genitæ nuberet Leodegundo Comiti Meldensi primogenito ei in dotem transcripsit partem quam distraxit à Comitatu suo Tervanensi,

quamque nominavit Comitatum Ternensem [Gallicè *le Comté du Pays de Ternois*] eo quod ad Tenam fluvium situs sit; ita tamen ut Pater Tervanam tanquam Metropolim cum feudali territorii jure sibi reservaret, alteramque partem quam modo Ballivium Hesdiniense conficit cum quibusdam aliis; verum post Normannorum incursationes Tervanensis ac Ternensis Comitatus post-liminio in unum sub uno & eodem dynasta coaluere; hinc origo Comitatûs Ternensis & primus ejusdem Comes Leodegundus ratione uxoris, quæ genuit Leodegundam Secundam Ternensium Comitissam; hæc autem nupta Aguerico peperit inter alios Walbertum, qui fuit tertius Ternensis Comes ut infra legere est.

ROBRES SEU ROBERTUS,

Boloniæ Amb. Tervanæ ac Turnhemi,

QUARTUS COMES.

ROBRES Filius & Successor Rodulphi traditur in Genealogiis Boloniensium Comitum pœnè omnibus Flandriam ac Normanniam, quæ hodiè Zelandia dicitur, pulsis egregiè hostibus, suam fecisse; primùm enim, munitiores quas hostis arces occupaverat, qua Navigio, qua per solidum, intercepit, dein aperto marte commissum, ubi concisâ haud exiguâ multitudine adegit Hunnum Normannum vi navibus suis saluti præsidium quærere, atque alibi suam figere Normanniam, his & ejusmodi præclaris facinoribus Bellicosi Nomen sibi comparavit; auctus est non solum eo Nomine, sed etiam eâ ditione quam suis juribus & armis sibi pepererat.

Inde colligere est quâ ratione, Robressæ ejus proli datum sit luculentum adire patrimonium matrimoniumquè, quippe qui considerans Rodulphum Parentem primogenitæ suæ optimam è Tervanensi Comitatu portionem detractam concessisse, quod nuberet Leodegundo Meldorum Comiti, sic non dubitavit alteram à Tervanâ suâ remotiorem è prædiis cis & trans Quantiam excurrentibus constantem, tradere suæ Robressæ, & Hesdiniensi præ-Nobili Dominatu insignire, quo ad nuptias Comitis Veromanduorum pertingeret, &

Pontivum vulgare post-liminio in familiam suam redigeret: etenim se-mutuo contingebant illi principatus & ab eodem Aymerici & Maurianæ conjugum fonte promanebant: hinc origo Comitatûs Hesdiniensis, cujus Comites è variis Autoribus erutos huc referre non ingratum arbitramur.

Robressa circà annum 561 Domina Prima, nupsit N. filio Vagonidis filii Vagonidis Pontivi vulgaris Comitis: ab eâ geniti Rigobertus & qui sequitur.

Batefridus Robressæ Filius florebat anno 632, sibi copulavit Framechidem (*Gal-Frameuse.*) Is audiit Comes Palatinus in Aulâ Dagoberti Regis Francorum; ab eo prodiere Austreberthа, & Adalsquarus seu Adalguarius, qui duxit Anegliam (*Gal. Oignies*) simul Basilicam Alciacy (Vulgo *Auchy les Moines*) in honorem B. Mariæ & S. Petri Apost. anno 673, construxerunt: ibidem eorum filia Sicchedis, depositâ sæculari veste Deo dicata nonnullis Sacratis Virginibus præfuit.

Qui ab hoc ad sequentem mediant, nos latent.

Heins seu Henricus Comes ad annum 850. florebat in Normannos se gessisse fortiter traditur ut & sequens. Nepos fuit Adalsquari, aut potius alterius filii Batefridi Sanctæ Austreberthæ genitoris.

Heffridus Comes cum Hernnekino Boloniensi Normannis obstitit Elnam inter (Gal. *Liane*) & Albimerium Gal. *La Riviere de Vimereu.*

Hic etiam medtian ad minus tres necdum nobis noti.

Alulphus Advocatus & Comes, instituitur Advocatus à Ramerico Abbate apud Castrum Monstrolium, & cum ipso Præsule edidit & subsignavit diploma anno 1000, in recognitionem Reliquiarum Sancti Winvalœi à minori Brittanniâ Monstrolium asportatarum anno 878, tempore ejusdem Oppidi Comitis Helgodi seu Helgoldi aut Helgaudi. *Vide notam ad Comitem Hilgot infra*

Alolphus de Hesdinio Comes subscribit donationi anni 1056, ascetis Bertiniensibus factæ per Balduinum Flandriæ Marquionem.

Walterus seu Gualterus Comes subscriptus comperitur Di-

plomati Philippi Regis Franciæ in gratiam Monaſterii Hannonienſis reſtaurandi ad annum 1065.

Ingerrannus ſeu Engelramus Comes Heſdinicus florebat anno 1067, duxit Malbildem, & Eccleſiam Alciacenſem ab exercitu Guermundi & Iſembardi deſtructam, anno 1072, inſtauravit, ibique eſt ſepultus. Idem Comes anno 1079, confirmavit & ratas habuit omnes donationes à ſe factas Abbati & Monachis Sancti Sylvini Alciacenſis, approbante Huberto Morinorum Antiſtite. Recenſetur ingerrannus inter milites Attrebatenſes qui ævo Philippi Auguſti Regis Gal. Equites bannereti audiebant. *Duchéne*. An Ingerannnus genuerit liberos? incompertum.

Galterus ſeu Walterus Heſdinii Comes florebat, annis 1112, 1117, 1119; nepos Gualteri ſupradicti, ut patet ex cartâ Balduini Flandriæ Comitis anno 1112. Ubi dicitur quod ipſe Comes Balduinus *Reddit ei terram ſuam*, quam belli jure ſibi propriam fecerat. Sed nihilo moderatior Galterus, Balduino defuncto, in ſucceſſorem cum fœderatis arma convertit; de eo ſic *iperius* Waterum " Heſdinienſem Comi-" tem, ſibi Carolus bonus Fland. Comes ſubdidit & eo de " terrâ fugato, Comitatum alteri tradidit, ſibi tamen neceſ-" ſaria aſſignavit. *V. Oudegherſt.*

Anſelmus Comes de Heſdino, is poſt obitum B. Caroli ſubſcripſit diplomati, quo, Guillelmus Normannus Audomaropoli ſuſceptus conſuetudines Urbis approbavit anno 1127 forſan expulſo Gualtero ſubſtitutus. *Du Chéne.*

Everardus. Is Heſdinienſis Territorii ſeu Nomarchiæ Toparcha audit: anno 1179, an vere Comes? &c.

Hi ergò ſunt Heſdini Dynaſtæ antiquiores, alios non prodit hiſtoria; aſt exiſtimamus Hedinum ejuſquè ditionem ab hinc in jus & Dominium Regis tranſiiſſe; etenim in recenſione regalium jurium hæc lego.

DROITS DU ROY,
Sur le Comté de Hedin.

HEdin eſt une ancienne Seigneurie, diſtincte & ſeparée de l'Artois, & qui a porté le titre de Comté aupara-

vant que cette qualité eut été donnée à l'Artois par Saint Louis, lorsqu'il en fit donation à Robert son Frere.

Et quoiqu'en ladite donation Hedin soit compris avec les Villes d'Arras, S. Omer, Aire, Bethune, Bapaume, Lens & Lillers, néanmoins, S. Louis tira Declaration & reconnoissance dudit Robert, comme Hedin étoit du tout distinct & indépendant de l'Artois.

Philippe de Bourgogne qui Epousa Margueritte Comtesse de Flandres & d'Artois, Bailla pareillement Déclaration au profit du Roy Charles V. son frere, que Hedin n'étoit pas des Dépendances d'Artois, ains Seigneurie ayant Baillage & Juridiction separée.

Aussi Louis XI, après la mort du dernier Duc de Bourgogne, ayant reduit sous son Obéissance, non seulement Hedin, mais aussi Arras & autres Villes voisines, voulut encore laisser ces Jurisdictions separées, & par une Declaration particuliere ordonna que Hedin & S. Pol seroient du Ressort de Montreuil comme auparavant.

Depuis sont ensuivis les Traitez de Madrid & Cambray, par lesquels François I. quitta la Souveraineté de Flandres & de l'Artois: toutefois le Roy d'Espagne reconnoissant que cette renonciation ne se pouvoit étendre au Comté de Hedin, par le Traité de Chastenu en Cambresis, obtint d'Henry II. une renonciation particuliere aux Droits qui pouvoient appartenir à cette Couronne en la Ville & Baillage de Hedin.

Aussi par le Traité fait à Crespy auparavant le dernier en l'an 1544, quoiqu'Ivoy, Montmedy, Landrecy & autres Places prises sur les Espagnols, leurs ayent été restituées, neanmoins Hedin demeura à la France jusqu'aux années 1552 & 1553, qu'elle fut prise & reprise par les Espagnols & par eux entiérement ruinée, au lieu de laquelle Ville, fut batie le nouveau Hedin, Fort demeuré à l'Espagnol par ledit Traité de Chasteau en Cambresis jusqu'en l'an 1639, que Sa Majesté le remit sous son Obeïssance.

Ista de Hesdinio ejusquè Toparchis notasse sufficiant, ad nostra remeamus.

Genuit Robres præter Robressam, duos alios Filios,

quorum unus dicitur Dominus Rernenſis & alter ejus hæres vocatur Desres ſeu Deſiderius.

LEODEGUNDA

Secunda Comitatûs Ternenſis Comitiſſa.

LEodegunda Filia Leodegundi Meldorum Comiti & N. Matris Ternenſis Comitatus Dominæ juncta Agnerico Burgundo & Arkenſi Comiti dedit Waldebertum Pharonem, Chagnoaldum, Pharam & Walbertum Arkarum Comitem & Ternenſium, omnes Religioſis aut Sacris inſtitutis Mancipatos.

DESRES SEU DESIDERIUS

Bol. Amb. Tervanæ ac Turnhemi,

QUINTUS COMES.

DEsres ſeu Deſiderius, Vocatur Wilberik in Annalibus Hannonienſium, at idem eſt quod Desres, in re ſignificatâ ſolummodò in eo ſit diſcrimen quod Hannonienſium Annales Theutonico, Bolonienſium Genealogiæ idiomati Gallico inhæreant, traditur procreaſſe prolem maſculam, cui Fumers nomen, & duas fœmineas ſc. Dodam, quæ Sanctiſſimè Vivens meruit Sanctiſſimi Arnulphi è Chlotarii ſtirpe oriundi, Connubium, & Wayam Brunulphi Hannonienſis uxorem.

FUMERS SEU FUMERIS

Bol. Amb. Tervanæ ac Turnhemi,

SEXTUS COMES.

FUmers Deſiderii Parentis Comitatus, adiit circà annum 600, Sorruſſam Matronam duxiſſe creditur, quæ ab aliis ejus prope conſanguinea dicitur, ut ut ſit, Fumers in lucem dedit has proles: Primò, Wilbertum qui ſequitur,

Secundò, Robertum Renticæ Comitem: Tertiò, Albertum & Filiam desponsatam Erleberto Domino Kernensi anno 639 è quibus Sanctus Lambertus Episcopus Lugdunensis ad annum 670.

Nona. Priusquam Fumers Bolonicum iniret Comitatum in dotem acceperat à genitore Renticam & Falcombergam.

WILBERTUS

Bol. Amb. Tervanæ ac Turnhemi,

SEPTIMUS COMES.


WIlbertus in Fumertii Paterna jura devenit anno 630, desponsatus Eminentissimæ fœminæ, Dudæ scilicet, cujus pietas & amor in filium Walmarum commendatur, eorum ævo tradunt S Audomarum ad præclaram Diœceseos alterius urbem divertisse Boloniam, quæ sola Muris claudebatur & à Nobilissimis administrabatur, jamque à nostris piissimis Comitibus Sanctum Antistitem gratulabundi suo [quod Cæsarum aut Præfectorum Romanorum fuerat] excepisse domicilio.

E tam fœlici connubio duæ proles Masculæ sed piissimæ prodierunt scilicet Wlmarus & Walmarus.

Anno 635, Traditur signum Divæ Virginis Boloniam appulisse Angelico Navigio, in quo reperiebatur Codex Biblicus, cujus caracter redolebat recentiorem ætatem, quare indè autumant aliqui iconis appulsum fieri non potuisse nisi circà sæculum nonum.

Anno 641, Hunni in Pontivi oram Ternenseque territorium impetum facientes, fœdè admodum grassantur, quos Dagobertus Rex cum Satrapis morinensibus ab iisdem ditionibus deturbat, prælio commisso, ut colligitur, in Blangiensi agro. (*a*)

(a) *Belleforest. N. Gilius apud. P. Malbrancq.*



B. WALBERTUS ARKENSIS,

Pontivensis ac tertius Ternensis Comes.

WAlbertus seu Waldebertus successione Paternâ Pontivensis, Ternensis [forte Tervensis seu Tervanensis]& Arkensis Comes, uxorem habuit S. Regentrudem de quâ filium genuit, quem Bertinus de Sacro Fonte levans Bertinum nominavit & utrisquè Pater Confessionum, verbum vitæ sæpius proponebat. Quare Walbertus ad B. Bertinum sæpè veniebat audire verbum Dei & Benedictionem de ejus manu suscipere. Quâdam vero die Walbertus ad Basilicam Sanctæ Dei Genitricis oraturus accessit, sed insalutato B. Bertino recedens de equo lapsus, fracto crure, membrisque collisis, à B. Bertino aliquid suâ manu Benedictum per celerem nuntium exposcit; S. autem Bertinus direxit ei signatum suâ manu vinum, quo gustato sospes gratias referens magnam hæreditatis suæ partem Deo & Beato obtulit Bertino, Archensem scilicet villam & Comitatum cum omnibus Appendicis ejus & sæculo renuntians (initâ cum Regentrude dissociatione) hic [in Sithiu] primum sub B. Bertino, dein'in Luxovio Monachus est effectus sub B. Eustasio &c. ita *Iperius*.

Anno 646, subscribit Walbertus Blidegesili Fossatentium

Fundationis donationi Parisiis sub die nonarum Majarum anno tertio Regnante Chlodoveo gloriosissimo Rege, subscribentibus pariter Audoberto Parisiacæ Urbis Episcopo, Annoberto Senonicæ Ecclesiæ Episcopo, Agnomaro Episcopo, Wandeberto, Baudegranmo, Charoando Abbate, Hildoardo Abbate, Catherino Abbate, &c.

In Epigraphe etiam-num in Bertiniano Templo Appenso, hoc insigne Walberto adpictum cernitur, scutum scilicet Cæruleum fasciâ mediante argenteâ, tanquam Ternensium Toparchæ, quod utique erat illo ævo Symbolum ipsius Territorii.

Quæ de Walberto Comite tradit *Iperius*, hausit haud dubiè ex Chronico Guisnensi; ejus opinioni subscribunt *Molanus*, *Miræus*, *Duchenius*, *P. Malbrancq*, *&c.* at discrepant Neoterici Scriptores qui penitiores rerum antiquarum recessus perscrutati sunt, nempè PP. Benedictini *De Zepes*, *Menard*, *Mabillion*, *Martene*, *&c.* & PP. Jesuitæ *Papebrocius* & *Henchenius*, contendentes Walbertum Comitem Arguensem, Ternensem &c. diversum esse à Walberto Abbate Luxoviensi & Walberto Episcopo Meldensi.

Sic autem arguunt postremi in Actis SS. Secundâ Maii, „ procul Amandamus alium Walbertum Comitem Arguensem „ S. Bertini Monachum ut multo juniorem cum ipse Bertinus „ sub Sancto Walberto Luxoviensis Monachus vixerit, cui „ Monasterium Sithivense fundavit Adroaldus, dato Diplomate „ anno XI, Regni Clodovei id est anno Christi DCXLVII nec „ dubium quin diù posteà dictus Walbertus Comes Floruerit, „ cujus res gestas *Iperius* narrat sub regimine Clotarii III, quem „ diximus regnasse ab anno DCLVI. usque ad annum DCLXXV. Ergo *Iperius* ob ejusdem nominis identitatem deceptus perperam addit ipsum posteà Luxovii Monachum factum sub Eustasio, & post hunc immediate in Abbatem assumptum, ac demum, [ut aliqui referunt] esse Meldensis Ecclesiæ Episcopum sublimatum &c. ejusdem sententiæ sunt supradicti PP. Benedictini in suis Annalibus.

Sed quid sentiendum de nostro Comite Walberto? certè nil certi possumus astruere.... *D. Bernard*, qui Annales

Calesianos edidit, censet Walbertum Comitem in Pago Teröanensi natum gente Nobili. *P. Mabillion*, scribit eum Coævum Vamberto Renticensi Comiti & addit, forte eundem esse, &c. in actis SS. Ord. S. Bened.

Anno 673, Alciacum insignis Benedictinorum Abbatia ad Tenam Vulgo *Auchi les Moines*. Hæc habet initia, Alciacum prædium cum villâ *Sithiu* Adroaldus Vir Illustris prole carens, Sancto Bertino circà annum 654, tradidit præsente S. Audomaro Tervanensis Urbis Episc. cumquè Bertinus Cœpisset Domum orationis apud Alciacum instituere, Adalguarius Vir Nobilis & ejus conjux Aneglia Basilicam Alciaci in honorem B. Mariæ & Sancti Petri Apostoli circà annum 673 construxerunt.

Ibidem adjunctis ædibus Monasticis filia eorum Sicchedis depositâ seculari veste Deo dicata nonnullis Sacratis Virginibus præfuit ante adventum S. Sylvini Episc. (*a*)

Tenuerunt porrò Sanctimoniales Alciacum Cœnobium donec ab exercitu Normanorum ære Christi, nono sæculo excisum est; restauratum posteà ac Monachis Benedictinis datum pacto addito, ut tenerentur Abbatem sibi è Monasterio Sancti Bertini apud Audomarum eligere, ut testatur & ratum esse jubet Innocentius III Papa. Cap. Abbati Sancti Silvini Alciacensis 25 *de Verb: significatione*. (*b*)

a) *Miræus in Diplom.* (*b*) *Bollandus Jan.*

S. WULMARUS, & WALMARUS

Bol. Amb. Tervanæ ac Turnhemi,

COMITES VIII. & IX.

WUlmarus ut primogenitus mox Paternos Comitatus circà annum 652 induit, quibus subindè se exuit ut Monasticam D. Benedicti regulam in Sylviaco suo amplecteretur. Ita tamen ut tertiam partem Comitatûs Bolonici suo Monasterio attribuerit, in quo primus Abbas Obiit.

Anno 682, Theodorico Rege annum Imperii sui XII,

(verius quintum) agente S. Bertha Blangiacense Monasterium in Sancti Pauli Territorio, construere aggreditur loco per Angelum super Thenam fluvium divinitùs comonstrato, in quo Religionis habitum ipsa fundatrix (quippe Sigifridus maritus Theodorici Regis consanguineus jam antè obierat) 40 annos nata cum Gertrude & Deotilâ filiabus suis accepit.

Gynæcæi Antistitum prima fuit ipsamet fundatrix B. Bertha, annos nata 69 ad Cœlos migravit.

Successit filia Deotila etiam Vivente Matre, post cujus Obitum rexit annos 29.

Tertia fuit Hersende quam cum Sanctimonialibus & Clericis suis ob persecutionem Normanorum Rector Abbas deduxit *Herasten*, ubi Rectrudis Abbatissa Herastensis ad honorem S Berthæ & Filiarum ejus gesę & gestę juxtà Spiram Monasterium construxit.

Fuit itaquè Blangiacense Cœnobium Principio Virginum Domicilium, quodquidem à Normannis Vastatum Monachi Benedictini, Balduino Barbato Comite Flandris Imperante, sumptibus Hersendis piæ ac divitis fœminæ instauratum anno 1031, vel 2. ingressi sunt. (*a*)

Walmarus Wulmari Frater, primigenia fratris quasi Demortui excepit anno 688, uxorem accepit quæ enixa est Filiam, Sanctam scilicet Herembertham in Vierensi Monasterio, à Patruo condito, Abbatissam; & duos Filios Sc: Doctricum qui comitatum adiit Pontivensem, & qui sequitur.

(*a*) *Locrius.*

OTHUEL,

Bol. Amb. Tervanæ Turnhemi ac Lensi,

DECIMUS COMES.

OThuel Paternarum ditionum hęres, hæredem & Comitissam Lensensem in Arthesiâ duxit uxorem, quæ pariter amplam in Attrebatibus portionem possidebat; unicam genuit filiam quæ, ut fertur, nupsit filio Comitis Pontivi, & unicum filium qui vocatur,

FROMUNDUS.

Bol. Amb. Tervanæ, Turnhemi, ac Lensi

UNDECIMUS COMES.

FRomundus juventute militiæ exactâ sui probationem egregiam dedit, at subindè suarum fortunarum ac potentiæ ita extulit amplitudinem ut potentis nomen adeptus sit, nam præter prædictos 4. Comitatus legitur Dominus Attrebatium & Lensi, quin etiam traditur Burdigalæ Princeps ratione uxoriæ dotis: verum propter scelus læsæ Majestatis transfugit ad Saracenos, Attrebatibus & non nullis aliis spoliatus abs Rege reliquit filium cui nomen, Fromondinus. *Addit Petrus Oudegherst*; Audacri Dominio in eximiæ Fidei, quâ in Ludovicum Pium Imperat: & Gall: Regem excellebat, honorarium Atrebatum, Tervannam (nunc Sancti Pauli comitatum:) atque Bononiam accessisse: Froymando seu Froimontio Attrebatio qui eas ditiones hæreditario jure possidebat, criminis læsæ Majestatis delato & reo ad Saracenos, id est Hispanos transfugiente. *(a)*

Sed tradunt Boloniensium monumenta Fromondino Fromondi filio restituta Bolonia, Ambianum Tervanum, Tornahemum, nec-non Lensium non vero Attrebates, quorum civitas tunc temporis totius Flandriæ Metropolis audiebat; unde cum prædictæ ditiones Bolon: Amb: Tervanæ, Tornahem corporis essent Flandrici, suspicor hinc primo ortam Toparchiæ Bolonicæ pendentiam ab Attrebatibus, scilicet Bolonicus comes non fuerit dictis ditionibus reintegratus nisi clientelâ mediante in posterum.

(a) Ita Locrius.

FROMONDINUS,

Bol. Amb. Tervanæ, Turnhemi ac Lensi,

DUODECIMUS COMES.

FRomondinus itaque parentis fugitivi ditiones IV. Priores reintegratus adiit, non tamen Attrebates & Bur-

digalam; Lensium autem traditur ipsi restitutum tanquam filio inculpato: datur ei proles Mascula à genealogiis Boloniensibus quæ est,

ATTON SEU HATTON

Bol. Amb. Tervanæ, Turnhemi ac Lensi,

COMES DECIMUS-TERTIUS.

ATton, ergo dominabatur sub Carolo Magno qui Boloniam appellens ab eodem comite pro eo ac merebatur Augustæa Majestas toto jam orbe percelebris, exceptus est. Ferunt monumenta Bol. Attonem à Cæsare dignitatem adeptum esse eorum qui post modum pares Franciæ dicti sunt.

Carolum Magnum cum liberis & navibus suis Comitatus est ad Scaldim deflectentem; dein anno 812. in obsequium Principis cum aliis Ducibus movet ad Pyræneos Montes contra Mauros.

Hatton porro legitur subscriptus Testamento ejusdem Cæsaris, qui tandem Hattonis alterum filium creavit Baronem Turris Ordrensis, unde Barones Ordrenses. (a)

(a) Ex Monum. Bolonien.

OTHES,

Bol. Amb. Tervanæ, Turnhemi, Lensi, &c.

COMES DECIMUS QUARTUS.

OThes Hattonis primogenitus laudatas ditiones cum Lensiensi accepit in Patrimonium, ei dantur filii duo Hilgot seu Helgot vel Helgaud qui sequitur, & Helwinus.

HILGOT SEU HELGOT,

Bol. Amb. Tervanæ, Thurnhemi ac Lensi,

COMES DECIMUS QUINTUS.

HIlgot Patrem excepit in his quinque comitatibus, hæreditario quidem sed non primogeniti jure, grandio-

rem enim natu omnes tituli ditionesque manebant Helwinum, sed eum mors præripuit, patre Othes superstite; attamen primogeniti sui non immemor, quem fęlici partu dedit Sophia seu Sansa uxor etiam Helwin nuncupavit, in cujus humeros comitatus dictos rejicere parabat, sed ad ævum nubile non pervenit. Quare Hilgot seu Helgot antequam centulæ se Monasticis septis abdidisset, Monstrolium & Sancti Salvii Cœnobium condidit, dein Berthæ & Florentiæ filiabus patrimonium omne transcripsit, & ipse post-modum Asceterii sui Sancti Richarii Abbas effectus, egregiè præfuit, Abbatiamquè simul & Pontivi Comitatum administravit prudentissimè, & tutatus est fortiter, Leges condendo perutiles quæ etiamnum, ait *Vitæ Scriptor*, per omne Pontivum ritè observantur.

Nota. Qui hic comes dicitur Hilgot aut Helgot à nonnullis scriptoribus nuncupatur Helgaudus seu Helingandus, quem confundunt cum illo, qui à nobis positus est tertius Sancti Pauli Comes, quique etiam ab aliis vocatur Hilgot vel Helgot : at non unus, sed diversi probantur ex utriusquè æstate; quippe prior traditur à Carolo-Magno missus Constantinopolim cum Jesse Ambianorum Antistite ad Irenem Augustam, anno 802, ad pacem constituendam & amicitiam cum illâ firmandam. Posterior vero Helgaudus anno 877, vel 878. regnante Ludovico Balbo, excepit reliquias S. Winwaloci à minori Britanniâ Monstrolium deportatas, & interiit cęsus anno 926, atqui si unus & idem foret, vixisse debuisset viginti suprà centum & amplius annos, quod non est credibile, ergo duos statuere necesse est. (*a*)

(*a*) *Mon. Bolon. Demochares, Bollandus in vitâ Sancti Angilberti, &c.*

BERTHA

Bol. Amb. Tervanæ, Turnhemi ac Lensi,

COMITISSA DECIMA SEXTA

IN Bertham quæ à Chronico Gallico vocatur *Gertrude à Cueur* mortuo parente devenit Bolonica ditio, unâ cum

Amb:Turn: .Lens. & Tervanæ Comitatibus, priusquam vero Helgotus se Monasticis addicerat, ei in dotem transcripserat territorium à Franciliaco modò *Frencq* ad Visantum & Sangatam, quin etiam ad sinum Itium & ultra figens metas. Et cum nuberet Hennekino fatri Balduini Ferrei Flandrensis acceperunt ambo ab Wisanto usque ad Markium prædia: ambo tandem cæsi à Danis in S. Wulmaro, ibidemque sepulti anno. 881.

Florentia vero natu - secunda Helgoti filia nupta, ut fertur Pipino seu Florentio Caroli Magni pronepoti veromanduorum Comiti, in dotem accepit Pontivi aducti portionem Bolonesum Versus & Ternensem Comitatum, hinc secunda distractio Ditionis Ternensis à Tervanensi, quæ (Sancto Walberto Monasticis addicto hæredeque nullo in scriptis parente:) in primigenium Bolonicæ Familiæ fontem rediens, devenit mox in surculum, Florentiam scilicet in quam post Danos eædem coaluere Tervanensis & Ternensis ditiones, ex tunc disparatæ à primigenio Bolonicæ Familiæ fonte.

Pipinus itaque Florentius jam Veromanduorum Comes, Beneficio Dotis Uxoriæ factus est etiam Comes Pontivi aducti & Ternensium; sed Notandum quod temporibus horum Comitum id est annis 880 & 881 facta fuerit Normannorum incursatio in totam Regionem à Somonnâ ad Scaldim simulque omnium pene, istius oræ oppidorum excidium: cum autem inter loca ab iisdem obruta vel incensa, non memoretur Tervana, piè creditum est, & est loci traditio, arcem illam cum territorio, tanquam sartum tectum, immunem abiisse, Apostolo Paulo favente & protegente, & inde factum est, ut deinceps in memoriam tanti beneficii à Civibus & indigenis vocaretur Paulopolis seu fanum S. Pauli, Tervanensi sensim nomenclaturâ concidente; hinc pariter favonium adeò singulare Comitum mentes memoriæ obstrinxit sempiternæ, ut ultrà non se Tervanenses sed S. Pauli Comites indigitarent, quod merito, primùm tribuitur Florentio ac Florentiæ Ternensium Comitibus pientissimis, qui quidem eodem Danorum bello fusi fugatique, viderunt

omne

omne vicinum Pontivum in prædam & incendia omnino redactum; ſed in immites adeò manus exercitu penè ad internecionem deleto minimè incidiſſe, non parvi Beneficii loco ducendum.

Nota. 2 quod quibuſdam poſt hæc annis quatuor Flandriæ Comites Balduinus Calvus, Arnulphus, Adelolphus & Balduinus junior ſibi vindicarint Bononiam & Tervanam ſeu Fanum S. Pauli cum ſuis territoriis, Comiteſque Bononiæ, & S. Pauli ſe indigitantes, eo quod Normannos hoſtes fortius ab his Comitatibus retudiſſent, maximè in prælio Rentiacenſi ſeu Falcombergenſi anno 918, Carolo ſimplice id indulgente forſan ad reſarcienda Normannorum damna & Civitates communiendas, ſed ideò reverà Bononici & S. Pauli Comites eſſe aut dici non potuere, niſi quantum Balduino Ferreo eorum Avo donatis quæ ab Sommona ad Scaldim excurrunt clientari jure Carolus Calvus incluſit Bononicos & Tervanicos ſeu S. Pauli Comitatus, quorum legitimus hæres & Dominus erat Regemarus ſeu Regnierus Balduini Calvi germanus, utpotè natus Hennequini Balduini ferrei Fratre & Berthâ Helgoti Bononici Comitis filia Primo genita.


Nota. 3. Ad Elucidationem prædictorum duplex fuiſſe Pontivum, propriè dictum unum, & vulgare alterum: propriè dictum, illud eſt quod Oceano, Sommonâ, Heſdinienſi Comitatu & Pontivo vulgari claudebatur. Pontivum autem vulgare dicitur illud, quod à Pinchonio, Durlenſium uſque claudebatur Sommonâ, propriè dicto Pontivo, Comitatu Heſdinienſi & Veromanduis, & quidquid Quantiâ ipſe ſuis adlambit Brachiis.

Itaque in ſenſu *P. Malbrancq*, Bolonicus ac Tervanicus Comitatus à Regemaro deturbato, fuerint in Balduini Calvi poſſeſſionem devoluti per Carolum Regem, licèt ex continuatâ ſerie Bolonienſis Genealogiæ ad Guidonem Regemari ſeu Regneri Comitis Bolonici filium attinerent, etiam juxtà Lambertum Ardrenſem.

Sed hæc non-nihil Tenebrarum offuſa ad occulatiorem in hiſtoriâ Bolonienſi mitto diſcutienda; nos interim eorum *Surculis* adheremus primo quidem Florentiæ, quæ Ter-

nensis seu ditionis S. Pauli prima id nominis Comitissam induit, uti censet *P. Malbrancq*, & stipem fecit nostrorum S Pauli Comitum; undè fortassis eorum à Bolonico dominatu clientaris pendentia orta est, Paulino Comitatu Beneficiario jure tradito & mancipato, licèt alii Clientelam ad allud tempus posterius referant.

COMITES SANCTI PAULI AD THENAM,



FLORENTIA BOLONICA PRIMARIA FANI, ET COMITATUS SANCTI PAULI AD THENAM COMITISSA.

PIpino Florentio Vermanduorum & Campaniæ Comiti nupsit (ut fertur) circà annum 858. Florentia Helgoti Bolonici Comitis natu secunda, quæ in Dotem attulit


Monstrolium, Pōtivum adauctum & Ternensem Comitatum; eis accessere tres proles masculæ, Pipinus, Bernardus uterque prolis expers, Heribertus, & filia quæ sequitur, cujus nomen latet.

Anno 881. Hedinum & Marconam Danorum etiam oppressit clades; Heffrido enim & Florentio fusis fugatisque nobilem illum Quantiæ tractum, qui superioribus sæculis plantas Sanctitate adeò celebres tulerat, penitùs evastarunt Hediniense Castrum Helenæ Imperatricis quondam opus & sedes Marconna Sanctorum Batefridi Framehildis, Austrebertæ Cælestibus Vestigiis prope adhuc madida, Alciacum Divorum Silvini, Sicchedis, Adalsquari, Aneglíæ suaveolens Viridarium Nortmannico furori cesserunt, Arce Tervanâ intactâ. (*a*)

Anno 882. Franci in Vimaco Boloniensi ad Somonam pugnant in Normannos: Ludovicus Rex ipse occidit Germonem Normannorum Monarcham & Ysembardum Rochidankorum Regem, sed & ipse Rex Ludovicus Augusti mense seq. moritur è vulneribus sibi creatis eosdem Reges Necando; *ita Chronicon Centulæ*. Alii tamen alio mortis genere scribunt vitam posuisse.

Anno 884. Dani Blangiacum veniunt, & vix recesserant moniales, cum irruunt in oppidulum & Monasterium, residua omnia diripientes, sparsis per tecta flammis & in rabiem quodammodo adacti sunt, quod ad Virginum illarum quisquillias & paleas amandarentur. (*b*)

[*a*] *P. Malbrancq lib. 6. de Mo.*
(*b*) *P. Malbrancq, ex vita M. SS. Sanctæ Berthæ.*



N. SECUNDA FANI ET COMITATUS SANCTI PAULI COMITISSA.

HÆc Pipini Florentii Veromanduorum Comitis ac Florentiæ Boloniensis unica, Matrem excepit in Ternensi Satrapiâ, cujus dominatum induta nupsit Hugoni Pontivo, qui ratione temporis, Harnidi utriusquè Pontivi Comitis filius ponitur, & genitor Helgaudi, qui sequitur, hinc videas è laudato Connubio Ternensia tum primùm ad Pontivenses devoluta ut astruit *P. Malbrancq*.

His diebus inquit *Folquinus* Northmanni à Rotomago collecta multitudine Navium Circumjacentia Maris littora devastabant; quod audiens Rodulphus Rex Burgundinorum Congregato Francorum exercitu, contrà eos in pago Tervanense pugnaturus accessit. Cognito hoc Northmanni, captivos suos quos de diversis locis sumpserant, jugularunt. Rodulphus autem Rex in Monte qui dicitur de *Falcoberg* Insecutus eos prælium Commisit, fugatisque eis Victoriam est adeptus, licèt cum suorum maximo dispendio. (*b*)

Eodem anno 918. Markam ejus (Parentis scilicet Balduini Calvi Fland. Comitis Principatum,) filii inter se diviserunt; Arnulphus qui Major Natu erat, Flandriam, Adalolphus vero Civitatem Bononiam & Regionem Tervanicam (intellige Sancti Pauli ditionem) pariterquè Sancti Bertini suscepit Abbatiam.

(*b*) *Cap.* 71.

HILGAUDUS SANCTI PAULI

TERTIUS COMES.

HIc memoratur in prælio Attrebatensi contrà Normannos, qui ægerrimè ferens perfidam gentem per Quantiam suum flumen irrupisse, eos extinguere Cupiens animo audaciori se cum eis commisit, undè non modica hostium pars cecidit, sed ipse Comes Cæsus, interiit ibidem anno 926. Relictis duobus Herluino & Lamberto generosam parentis & propatrui indolem apprimè redolentibus: cæterum Hilgaudus, Monstroliensis seu Pontivensis audiebat, cum ad Comitatum Paulo polensem pervenit, utpotè Natus Hugone utriusquè Pontivi vulgaris & propriè dicti Comite. Hilgaudus is à nonnullis censetur idem ac Helgot de quo suprà.

HERLUINUS SANCTI PAULI

QUARTUS COMES.

IN Herluinum Monstroliensem tanquam primò-genitum deveniunt jure hæreditario paterna decora & facultates potissimæ, Pontivus ad Morinos principatus, ditio Ternensis seu Sancti Pauli & Castrum Ambianicum donatione Ludovici Regis, ut triplici se Comitis titulo posset induere, verum in Colloquio dolosè evacato à Normannis propè Rothomagum ad intercipiendum Ludovicum Regem, ab iisdem lanceis confoditur ad vadum miserè corruens qui ideò *Herluini vadus* vocatur, quod accidit anno 945. quam uxorem acceperit, nos latet, hoc solum discimus ex Chronico Flodoardi quod in quartâ Synodo apud Trosleium Diœceseos Suessonicæ Villam, Herluinus Comes, qui vivente uxore aliam duxerat, ad pœnitentiam susceptus est. Datur ei filius qui sequitur.

Anno 942. ereptum Hilduino, Monstrolium ab Arnulpho Fland. restituitur, Guilelmo Duce Normannorum agente. (*a*)

(*a*) *Dudo S. Quintini Decanus.*

ROGERUS VEL ROTGARIUS SANCTI PAULI QUINTUS COMES.

HIc hæres triplicis paterni Comitatus; ſed anno 948. privatur Caſtro ſuo Ambianenſi quod ab ipſis Ambianenſibus datum eſt Arnulpho Fland. Comiti. Anno inſequenti venit Rex Ludovicus Attrebatum cum Artaldo Remenſi Archiepiſcopo, & inde Arnulpho id efflagitante ad Monſtrolii expugnationem profectus eſt, quæ in deditionem venit, Rogero noſtro alias Pontivi ſedes adeunte, hancque civitatem tenuit Comes Fland. Regis nomine, lateque in Pontivum Dominatus eſt. Reliquit Rogerus filium qui vocatus eſt Guillelmus à *Meiero, Belleforeſt & la Moliere.*

Anno 964. Lotharius Attrebatum, Duacum, Abbatiam Sancti Amandi & omnem inde terram uſque *lis* (latinè legia) invadit, hoc eſt, tractum omnem qui legia ſeu liſâ clarentiâque clauditur & qui Attrebatium ſeu Adartenſium gaudebat nomine. *Chronicon Elnonenſe.*


Audiens Guillelmus Rogerii Natus, quod ab Walberti Pontivenſis & Ternenſis Comitis genere deſcenderet, ejuſq; bonorum genuinus hæres audiret, ſucceſſionis impatiens, eam ultrà uſurpari ab Flandrenſibus Comitibus non ſivit, quare collectis copiis anno 966. tum armis tum principum ac maximè Lotharii Regis favore Pontivum & Ternenſes, plenè ſibi revēdicat & in Giſnenſia extendit imperium; verum ut ſimul ipſe Tervanicum ſeu Sancti Pauli, & Guido Comes Bononicum recepere Comitatus, placuit, aliquid Mactildis Arnulphi Comitis Flandriæ Matris precibus concedere, nempe ut uterquè Comitatus in fide & clientelâ Comitum Flandriæ poſſiderentur; vocitabant enim Comitem Flandriæ Marchionem & Monarcham, quaſi principem ſeu Comitem Comitum.

Videtur Guillelmus duxiſſe Regemari Comitis Bononici filiam, quidquid ſit, peperit ejus uxor quatuor Maſculos, Hilduinum, qui fuit Pontivi Comes, alterum qui ad Giſnas deſtinabatur, & tertium qui à quibuſdam Hugo, ſed ab genealogiis Bolonicis verius vocatur Hermes

aut Herman, quem *Lambertus Ardensis* vocat Comitem: & Militem strenuissimum, & quartum Guillelmum seu Gualterum, qui duxit filiam Raynaldi Valeriensis.

Porrò Guillelmus ita in his liberis efflorescens Stemma suum adauxit ut Hermes Sancpolanum, quem hæreditario jure Comitatum per suos nepotes in Regium extulerit fastigium ut ex dicendis liquebit. (*a*)

(*a*) *P. Malbrancq.*



HERMES (AL. HUGO) SANCTI PAULI COMES SEXTUS.

Hic Lotarii Regis consensu in jus Paternum ad Comitatum Tervanensem seu Sancti Pauli accessit circà annum 970. traditur adfuisse translationi Sancti Valerici cum fratribus anno 984. filiam habuit Rosellam quæ nupsit Radulpho Gisnensi & filium Anselmum, qui in Monumentis Blangiacensibus nominatur Arnulphus, utrumquè ex uxore Antoniâ *de Baux* seu à vallibus &c. (*b*)

(*b*) *P. Malbrancq.*

ARNULPHUS SEU ANSELMUS S. PAULI COMES SEPTIMUS.

Patris Sancti Pauli dynastiam adiit sub Roberto Hugonis filio Francorum Rege & Marchione Balduino

Flandriam dominante, ſed anno 998. monitus ab Eminentiſſimâ fœminâ *Herſendis* quod bona quædam ſuo Comitatu incluſa retineret ad Monaſterium Blangiacenſe pertinentia, maximam eorum partem ultrò redibuit, ea enim repetebantur ad reſtaurationem Monaſterii per Normannorum ſevitiem in parietinas redacti. Blangiacenſes autem qui Comitatum ſuum Ternenſibus inſerunt, Arnulphum illum ſuſpiciebant, uti & Arnulphus ipſe Balduinum Comitem, ex diſpoſitione illâ Regiâ, quæ à Balduino Ferreo Regis filiam ducente & ab Somonâ ad Scaldim vi ſuæ dotis dominante ortum habuit.

Cæterum pia illa Herſendis Blangiacenſis Monaſterii Reſtauratrix videtur oriunda domo Ternenſium, ſeu Sancti Pauli Comitum.

Duxit Arnulphus uxorem quæ ei peperit filios è quorum numero Rogerum ſequentem extitiſſe temporum congruentia patefacit; ſicut etiam Richildem nuptam Burchardo. *D. De Krekjy* (alias *Créquy*) hujus namquè Domus Genealogia vocat eam filiam Comitis S. Pauli ex *La Morliére* in Geneal. (*a*)

Qui jam memoratus eſt Ternenſium ſeu S. Pauli Comes Arnulphus, hic aliquam faceſſit difficultatem: cur porrò Herſendis pro repetundis bonis non potiùs adierit Hermetem: igitur ex tunc è Vitâ deceſſiſſe credere eſt; quia cum ad annum 964 ab Guillelmo Pontivenſium Principe Ternenſes accepit, Vergenti erat in conjugium ævo, jamquè decrepitus cenſeri poſſet, cum ante Herſendis punitionem hæc connubia agitarentur. Poſſit tamen dici ſe Ternenſi Comitatu abdicaſſe, Santpolano ſe induens: Blangiacum enim Ternenſibus inerat: atquè etiamnum dicitur *Blangy en Ternois*.

[*a*] *Acta Blang. P. Malbrancq.*

ROGERUS (AL. ROGERIUS) SANCTI PAULI COMES OCTAVUS.

HIc piiſſimus Comes in Sacris Cętibus inſtaurandis aut fundandis admodum Celebris habitus eſt; bis Nuptus, primo Haduidi, ſecundò Berthæ, filios ex utrâque procreavit.

Rogerius reperitur ſubſcriptus multis tabulis & Diplomatibus, in primis anno 1023. Diplomati Warini Bellovacenſis Epiſcopi, quo, inter Eccleſiam Cathedralem Bellovacenſem & Abbatiam Sancti Vedaſti Atrrebatenſem Societas Fraterna ſtatuitur ac firmatur; regnante Roberto Rege Francorum. (*b*)

Primaria noſtri Rogerii fundatio in ipſo ſuo Paulopolis caſtro extitit, erecto illic S. Salvatoris Sacrario, quod duodecim Canonicis totidemque Sacerdotiis inſtruere placuit cuique ſuam Sigillatim Domum attribuendo. Ad quotidianum horarii officii penſum in eâ æde perſolvendum, precibus illis in vivorum ac vitâ functorum Comitum frugem ſpiritalem Cedentibus.

Opima vero eis Sacerdotia Confecit, primum è maximo prædio *Queſque* dicto, cum appendicibus ſuis in eorum Dominatum omnino tranſeunte, deindè è decimis totius Sancti Pauli Parochiæ, è molendinis apud *Agnès*, è decimis Ap. *Morelcourt*, *Pruniacum*, *Floury*: ex altaribus ap. *Bellam Quercum*, *Fief Freventh*, *Auream Villam*, cum Villis *Ampliers*, *Maiſnil*, è Furnis, Cambis ſeu Vulgo Braxatoriis, ex aliis ad annum 1176. enumerandis, &c.

Anno 1032. Blangiacum Monaſterium quod olim Sanctimonialium authore S. Berthâ Abbatiſſâ fuerat, ſed tunc à paucis Clericis inhabitatum, agente Herſende matrona piiſſima inſtauratum eſt, & Benedictini Monachi illic inſtituti, reſtitutaque prædia quæ ab invaſoribus occupata erant. Paulo ante Corpus S. Berthæ quod Sanctimoniales tempeſtate Normannorum in Hereſtenſe Germanniæ Monaſterium detulerant, Blangiacum reportatum a duobus Clericis Albuino & Ebroino, populiſque circum-quàque confluentibus; a Drogone Morinenſi præſule oſtenſum ad Confirmandam Rei veritatem · quo tempore cæca mulier lumen recepiſſe traditur.

Hujus inſtaurationis principem Authorem fuiſſe Rogerium comitem Caſtri Sancti Pauli in cujus ditione locus ille ſitus eſt, Diſcimus ex ejus litteris quibus Fiſcannenſibus

[*b*] *Miræus.*

Benedictinis Blangiacense Monasterium committit : subjicit-
" que in hæc verba : " Ego Rogerius Comes de Castro,
" quod dicitur Sancti Pauli cum Conjuge meâ, quæ vo-
" catur Haduis & filiis Manasse videlicet & Roberto,
" notum fieri volo tam præsentibus quàm futuris, donum
" quoddam quod pro Redemptione animæ meæ & præ-
" decessorum meorum, Conjugis quoque & filiorum meo-
" rum, concedo Sanctæ & individuæ Trinitati, trino &
" uni Deo, vivo & vero apud Monasterium, quod dici-
" tur *Fiscannus* Abbatiam videlicet Sanctæ Berthæ in loco
" qui dicitur *Blangiacus.* Considerans igitur præsentis
" vitæ varietatem & hujus volubilis ævi mortalitatem, de-
" crevi de possessione quam mihi Deus omnipotens contu-
" lit, ipsum facere consortem & hæredem; nulli siqui-
" dem elegi melius partem de toto tribuere, quam illi qui
" totum, quod habeo, mihi tradidit gratuitâ suâ boni-
" tate, nam sicut ipse in Evangelio clamat, *quia Domi-*
" *nus laudavit villicum iniquitatis, quod prudenter sibi pros-*
" *pexisset in futurum, & illud, Date eleemosinam, & ecce*
" *omnia munda sunt vobis.*

" Provocatus his & aliis Dominicis admonitionibus,
" facio, ut prædixi, amicos Fiscannenses Monachos de
" hæreditate meâ, ut cum defecero, recipiant me in æ-
" terna tabernacula. Hujus Rei testes sunt Richardus
" Canonicus, Warinus Pretellus, Grimerus grossus, Ar-
" nulphus glasellus, Achardus miles, Vitalis Marescallus.

" Ex parte S. Trinitatis. Adelelmus calvus Monachus, Rai-
" naldus Monachus, Osmundus Monachus, Milo Clericus,
" Terbaldus Laicus, Willelmus de Ingliscavillâ, Galvinus,
" Bernefredus, Rainaldus, Marescallus, & alii plures.

His aliisque litteris acceptis, Joannes Fiscanensis Abbas Abbatem è suis Blangiaco præfecit sub hâc formâ.

" Ego Frater Joannes (iste Joannes adfuit subscriptus
" conventui Sandionisiano Episcoporum & optimatum, ubi
" delectæ & recognitæ S. Dionisii Reliquiæ V. idus Ja-
" nuari anno Domini (ut probabile est M. LIII. Leone
" IX. Pontifice, Henrico I. Francorum Rege) [a]

[a] *Tom. Concil. IX. pag.* 1069. 70.

" Fiſcanenſis Cœnobii Pater indignus, fratribus hujus " loci qui dicitur *Blangiacus* precibus venerabilis Comitis " Rogerii acquieſcens, Abbatem eligo & eis chariſſimum " filium noſtrum Dominum videlicet, N. Patrem conſti-" tuo, eà videlicet ratione, ut prædictus Comes eundem " locum quem diu deſtructum atque deſolatum, pro ſuâ " ſuorumque ſalute iterum cœpit inſtaurare non negligat, " ſed quantum, Deo Annuente valuerit, ad laudem Dei " Nobilitet & componat, & quamdiu locus iſte durave-" rit & Fiſcanenſe Cœnobium à Regulari tramite non ex-" horbitaverit, hic quem modo eligimus, nullum habeat " Succeſſorem niſi quem ex ſeipſis Fiſcanenſes Fratres ele-" gerint juxtà Canonicam & Apoſtolicam traditionem. Si " autem, [quod abſit] quod etiam in pleriſque locis, " proh dolor! accidiſſe videmus & Dolemus, prædictus " Fiſcanenſis Cœnobii locus ab inſtitutis Sanctiſſimorum " Patrum & vitâ Spirituali aliquando ad ſæcularia devo-" luatur; concedimus Fratribus hujus loci liberam eligendi " ſibi Patris libertatem, tantum ut ſecundum Deum fiat, " nec aliquatenùs offendat in Canonicam libertatem."

Quamdiu Blangiacum Monaſterium Fiſcanenſi ſubjectum Remanſerit, incertum eſt, nam hodie libertate ſuâ gaudet.

Ab anno autem 1097. ad præſens tempus ſic ordinantur ſequentes Præſules à Blangiacenſibus.

Domnus Hugo, ſubſcriptus comperitur in Cartâ Gerardi Morin; Epiſ. pro Bertinianis, anno 1097. in Synodo, &c. (*a*)

Domnus Giſlebertus florebat annis 1137, 1140, 1142. ex Locrio & Diplom. quibus ſubſcripſit.

Domnus Urbainus.	Obiit 1182.	7. Septemb.
D. Nicolaus Primus.	Obiit 1201.	3. Martii.
D. Alardus.	Obiit 1211.	15. Septemb.
D. Euſtachius Primus.	Obiit 1228.	9. Septemb.
D. Radulphus.	Obiit 1236.	8. Julii.
D. Gilbertus Secundus.	Obiit 1240.	7. Junii.
D. Hugo Secundus.	Obiit 1272.	22. Maij.
D. Reginaldus. Primus.	Obiit 1296.	20. Junii.
D. Stephanus.	Obiit 1304.	19 Septemb.

(*a*) P. *Mabilion*.

D. Richardus. Obiit 1308. 28. Junii.
D. Nicolaus Secundus. Obiit 1320. 1. Maii.
D Gerardus. Obiit 1320. 2. Octob.
D. Hugo Tertius. Obiit 1365. 10. Augusti.
D. Bertrandus Primus. Obiit 1370. 25. Februarii.
D. Bertrandus Secundus. Obiit 1392. 7. Januarii.
D Gilbertus Tertius. Obiit 1400. 30. Octobris.
D. Hugo Quartus. Obiit 1401. 21. Octobris.
D. Bertrandus Tertius. Obiit 1417. 30. Martii.
D. Petrus Primus. Obiit 1436. 11. Octobris
D. Petrus Secundus *Rouget*. Obiit 1447. 3. Julii.
D. Reginaldus Sec. *le Bignoteur*. Obiit 1466 11. Augusti.
D. Aleamus *De Bresme*. Obiit 1467. 28. Aprilis.
D. Eustachius Secundus *Dice*. Obiit 1480. 4. Novemb.
D. Joannes Secundus *Dice* Obiit 1490. 30. Julii.
D. Joannes Tertius *Demons* Obiit 1501. 20. Maij.
D. Martinus *Benauld*. Obiit 1521. 2. Novemb.
D. Mathæus *De Thumery*. Obiit 1523. 8. Novemb.
D. Carolus *Seillier*. Obiit 1524. 22. Junii.
D. Joannes Quartus *Benauld*. Obiit 1548. 4. Augusti.
D. Joannes *Le Clercq*. Obiit 1557. 23. Januarii.
Sepultus apud nostros FF. Præd. Audomari.
D. Michael *Penel*. Obiit 1578. 21. Novemb.
D. Petrus Tertius *Locurin*. Obiit 1602. 17. Decemb.
D. Balduinus Secundus,
Al. Baldrinus *l'Alleman*. Obiit 1630. 22. Martii.
D. Mathias *Le Roy*. Obiit 1640. 7. Octobris.
D. Josephus *De Calonne*. Obiit 1671. 2. Octobris.
D. Franciscus *de Vollant de Berville*. Obiit 1695. 30. Aug.
Dom. Ludovicus *Carpentier*. Obiit 1 7 2. abdicaverat 1700.
D. Joannes Franciscus *Du Crest de Montigny*. Obiit 1723. Septemb.
D. Philippus *Doye*, Duacensis, anno 1723. Ex Priore S. Georgii & Coadjutore Blangiacensi, Abbas, renuntiatur. Obiit 1728. 18. Octob.
D. Franciscus *De Lefosse* Bethuniensis, anno 1729. subrogatus.

Nota. Abbatia Blangiacensis à suâ restauratione anni 1032 ad annum 1097 undecim habuisse Abbates traditur scilicet Guillelmus, Henricus, Joannes, Durantus, Rogerius, Theodorius, Balduinus, Alduinus, Ægidius, Lombertus & Martinus, quorum Ordo Successivus latet, nihilhominus in Cartâ Hugonis Candaveræ anni 1141 & in aliâ Episcopi Muilonis anni 1142 subscriptum video Abbatem unum Blangiacum nomine Gislebertum, qui attentâ temporis congruentiâ præponendus est aliis qui seriem constituunt.

Cæterum series ipsa videtur diminuta, siquidem inter Abbat. Urbainum & Nicolaum 1^um^. duo desiderantur Richardus & Robertus, hic subrogatus est Richardo qui incommodo corporis sui nimium gravatus de voluntate propriâ Pastorali resignavit Baculo, uti aiunt litteræ capituli Blang. ad Abbatem & capituli Fiscanense anni 1193.

Anno 1038 subcribit tabulis, quibus Balduinus Comes Flandriæ Marchianenses ascetas privilegiis exornat ditatque 40. libris ab censu Advocationis accipiendis. Actum Attrebati in capellâ S. Benedicti, Ind. 6. epacta 7. an. 4. Balduini, Regnante Henrico Rege Francorum.

Item anno 1039. Fundationi Phalempinensis Cœnobii à Domino Saluvalone factæ, eam approbantibus Episcopis Noviom: ac Terüanensi, (*a*)

Anno 1056 Rogerius subscribit Audomaropoli in Confirmatione prædiorum Bertiniensium agente Balduino Comite Flandriæ unà cum Drogone Epis. Morin. Bavone Abbate, Eustachio Comite Bolon, Roberto Bethuni: Ingelrammo Comite Pontivi, Gerbodone Advocato S. Bertini, Anselmo de *Houdain* Alolfo de *Hesdin.* (*b*)

Eodem anno Drogo Tervanensis Episcopus Ecclesiam *Monialinm* Messinensium exornat libertatis privilegio, Satagentibus loci fundatoribus Balduino & Adalâ ejus uxore Comitibus, quique gratitudinis gratiâ Ecclesiam de *Pernis* cum suis appenditiis & unum Bonarium Terræ in eâdem villâ & Alodium dimidiæ Carrucæ Ecclesiæ Terüanensi perpetuo habenda Tradiderunt. (*c*)

[*a*] *Miræus in donat.* [*b*] *Duchéne.* [*c*] *Ex Diplomate Miræi in Don.pia*

Ejus ętate & auſpiciis florere cœpit Canonicorum Regularium Collegium in *Pas.* Artheſiæ oppidulo, at Sanpolani Comitatus altero membro in omnibus ſuis cauſis ac juribus à Tervanenſi Caſtro ex jam & anteà pendente. Collegium illud alibi prioratus nomine indigetatur Campenſi ad Francos Sancto Martino ſubjectus, ubi 3. Monachi priore computato habitabant, *ex eorum Chronico.*

Conceſſio ejuſdem Eccleſiæ Martianis per Alviſium Attrebatenſem Epiſcopum.

« IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, unius « veri ac Summi Dei Amen. Quoniam inter omnia « veteris ac novæ inſtitutionis præcepta, duo maximè cha- « ritatis ubera comendantur. Amor videlicet Dei & proximi « Ego Alviſius Dei gratiâ Attrebatenſis Epiſcopus Eccleſiam « B. Martini de Campis, & fratres ejuſdem loci maximo « ſemper in Deum & propter Deum diligens & complexus « affectu Eccleſiam de *Pas*, cum appenditiis ſuis hacte- « nus ſub manu laicâ ancillatam, eo qui eam huc uſque « tenuerat & filiis ejus, Canonicis etiam ipſius loci in hoc « nobis aſſenſum præbentibus, ad cellam ibi ſub jure & Ec- « cleſiâ Sancti Martini de Campis ejuſque ſucceſſoribus « hujus præſentis paginæ authoritate (ſalvo in omnibus « jure & conſuetudinibus Attrebaten. Epiſcopi & Archi- « diaconi Miniſtrorumque ejus) contradimus & in liber- « tatem Spiritus deinceps jure perpetuo poſſidendam ſi- « gilli Noſtri impreſſione confirmamus, eo videlicet teno- « re ut præſbiter parochialis & ei deinceps ſucceſſuri, « qui à priore ejuſdem Loci Epiſcopo prę ſentabuntur & « de manu Epiſcopi curam ibi in populo agendam ſuſci- « pient, unam de ſeptem præbendis, primam ſc. quæ « eveniet in poſterum in futurum perpetuâ ſucceſſione ob- « tineant. Præsbiter vero interim donec præbenda aperta « ſit, de jure parochiali ibi vivat.

« Quidquid autem vel in varia ſupellectile vel in agro- « rum & redituum poſſeſſione in vitâ Clericorum ex de- « votione fidelium prædicto loco conferetur, tam hæc quàm

" cæteri Ecclesiæ redditus, fraterne inter Clericos & Mo-
" nachos sicut ad præbendas attinet, ex æquo dividantur
" nisi si quid ab aliquo fidelium specialiter ipsis fratribus
" denominetur / proprium erit Monachorum. Post mor-
" tem vero Clericorum præsbiter Parochialis in eo statu
" in quo tunc præbendæ erunt, suam deinceps sine parti-
" cipatione succedentis augmenti, obtinebit, ipso autem
" præsbitero decedente, tam domus ejus cum suppellec-
" tile, quàm libri & ornamenta Sacerdotalia ad Ecclesiam
" & usum præsbiteri substituendi remanebunt. Cætera vero
" ejus quælibet possessio tam de mobilibus quàm de immo-
" bilibus, in jus Monachorum transibit. Hoc præterea
" adjicientes sancimus & statuimus, quatenus prior & fra-
tres *de Pas.* Ecclesiæ B. Martini de Campis ad quam per-
" tinent duas uncias aurei unam in festivitate B. Martini
" quæ est in hieme, & alteram in ejusdem festivitate quæ
" est in æstate, annuatim persolvant.

" Volumus etiam & hoc in futurum Conservari præci-
" pimus quatenùs prout res exterior (Deo largiente) in
" dies augebitur, ita numerus Monachorum Deo servien-
" tium pro rerum facultate ibidem multiplicetur; & si
" adhuc creverit, ut juxtà Cluniacensis Monasterii consue-
" tudinem ex integro ordo ibidem conservetur. Ut autem
" hoc libertatis donativum ratum & inconvulsum perma-
" neat in augmentum firmitatis fideles testes adnotare pro-
" curavimus, signum Donni Hugonis Attrebatensis Ar-
" chidiaconi.

" S. Donni Roberti Ostrevadensis Archidiaconi,
" S. Donni Gozuini Aquicinensis Abbatis,
" S. Donni Leonis Abbatis Sancti Bertini,
" S. Donni Absalonis Abbatis Sancti Amandi,
" S. Donni Hugonis Hasnoniensis Abbatis, & Donni
" Liberti Marchianensis Abbatis; signa Donnorum Gilberti
" Abbatis S. Nicolai & Hugonis de Monte S. Eligii.
" S. D. Ursionis Abbatis Sancti Dionisii Remensis, & D.
" Balduini Abbatis Sancti Vincentii Sylvanenct.
" S. D. Gervasii Abbatis S. Nicasii, Al. Sancti Nicolai.
" *de Aridâ Gamantiâ.*

" Si quis autem in craſtinum hujus noſtræ inſtitutionis " Tenorem ſciens contrà eam venire, temerare, minuere, " aut quolibet modo infringere præſumpſerit, ſi ſecundo " tertiove commonitus non reſipuerit & Eccleſiæ Dei ſatis- " fecerit, hunc talem præſumptorem & SS.Canonum con- " temptorem Excommunicationis ſeveritati innodatum ſub- " jicimus.

Ego ALVISIUS Dei miſeratione Attrebatenſis Epiſcopus "hoc libertatis Donativum relegi, ſubſcripſi, & IN NOMINE " PATRIS, ET FILII, ET SPIRITUS SANCTI, propriâ " manu confirmavi. Actum Attrebati in Synodo in Baſilicâ " B. Mariæ ſemper Virginis Dominæ noſtræ anno Chriſti " 1138. Indictione I. Concurrente V. Epacta VII. anno " autem Pontificatûs Domini Alviſii Attreb. Epiſc. VII.

Porrò Prioratus ille *de Paſſu*, fundatus fertur à D. Anſeloto *de Pas*; undè & in quodam vetere M. SS. legitur.

Dame Agnes, Dame de Hely & de Pas,
Les Prédeceſſeurs de laquelle ont été Fondateur,
De nôtre Prieuré de Pas.

Quæ dicto Prioratui ſubſunt.

Cura B. Martini dicti Loci de *Pas*.

Cura B. Mauritii de *Mondricourt*, cui etiam ineſt ſuccurſus S. B. Margaretæ de *Pumeras*. -

Cura S. Nicolai de *Henu*.

Cura S. Geneſii de Framechonio.

Cura S. Anthonini de Goudemprio, cui etiam ineſt ſuccurſus B. Mariæ de *Grincourt*.

Itaque Prioratus ipſe juris primùm fuit Monaſterii S. Martini de Campis, indè aliquorum Aſcetarum, jam vero D. Dubois Abbatis Hamenſis in Arteſiâ per reſignationem D. Bedæ *Moore* aſcetæ Benedictini Congregationis Anglicanæ in Galliâ, approb. Summo Pontifice patentibus datis 15 Decembris, anni 1712.

Dom. autem *Beda* illo Prioratus Beneficio donatus fuerat reſignante Dom, Petro Wallart, ejuſdem Ordinis Cluniacenſis; hic verò eundem Prioratum obtinuerat à Domino Bernardo

Bernardo Charolo Eusebio *Thorillion*, ejusdem Instituti Cluniacensis, pari modo resignationis, &c.

Rogerii etiam temporibus assurrexit Ligniacensis Prioratus ad Quantiæ Fluminis marginem assidens, à Dynastis de *Brimeu* & *Griniaci* Hesdinici fundatus, ita *P. Malbrancq* sed *Locrius* sic, estquè hodiè (1613) non Ignobilis Artesiæ Prioratus, in cujus Templi odeio Jacobus de *Brimeu* ejus Loci Regulus, nec non aurei Velleris eques, sub Cœnotaphio Marmoreo quiescit.

Concessio Prioratus SS. Viti & Modesti de *Ligniaco* ad Canchiam Fluvium in Agro Attrebatensi (Al. Ternensi) Ambianensis Diœcesis, (ubi debent esse, Priore computato, IV. Monachi,) per Godefridum Ambian. Epis.

In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Amen.

" Frater Gaudefridus Dei gratiâ Episcopus Ambianensis, " omnibus fide & operibus Sanctæ Matris Ecclesiæ Filiis " præsentibus & futuris, salutis præsentis & pacis conti- " nuam prosperitatem & post transitoriæ vitæ excessum, " interminabilem jucunditatem. Orthodoxorum Patrum tra- " ditionibus Canonicisquè institutionibus mihi in Episcopali " officio agenti injungitur, ut ea quæ sunt Ecclesiæ, cui " autore Deo, deservio cum rationabili sollicitudine dis- " pensentur, " & ut quibusquè ejus Ministris pro suis me- ,, ritis dividantur, hisquè curâ solerti distributis, oportet ,, etiam ut provideamus (quantum possibile est) quæ ad pacem ,, eis existant autenticis institutis, firmisquè privilegiis ea ,, præmuniendo contrà mundi turbines & procellas, quæ ex ,, insidiis perfidorum emergunt.

,, His itaquè officio meo & ordini incumbentibus debitis ,, excitatus cum omni vigilantiâ procuravi ut quæ meis tem- ,, poribus Divinâ gratiâ largiente ex possessionibus Ecclesiæ ,, meæ à viris Religiosis recollecta fuerant & ab injustâ Lai- ,, corum pervasione retracta ipsis boni testimonii & Religiosi ,, propositi personis ab Ecclesiâ nostrâ nobisquè & successori- ,, bus nostris jugiter possidenda concederem, & ad repellenda ,, pervasorum jacula quasi quodam protectionis scuto muro- ,, què inexpugnabili privilegiis Confirmarem.

„ Itaquè Ecclesiæ S. Martini Conf. egregii suburbio Parisiensi „ sitæ Loco qui dicitur *in Campis* Ecclesiam de Linigeio(Gal. „ *Ligny*) cum Appenditiis ejus perpetualiter possidendam,Ego „ & Ingelrannus noster Archidiaconus, & aliæ Ambianensis „ Ecclesiæ personæ concessimus ad supplenda necessaria Mo-„nachorum ibi & in Cluniacensi Monasterio Domino Militan-„ tium,nihil tamen juris nostri priscæquè potestatis in eâ im-„ minuentes,sed sicut antiquitus propria sedes antecessorum „ meorum fuerat ad ordinationes faciendas,& ad Chrisma, & „ ad alia quælibet Sacramenta Ecclesiastica conficienda, ita & „modo perenniter Monachis id ex debito consentientibus per-„severet. Synodalem honorem & cēsus, & Circadas & alia om-„nia quæ ab Ecclesiis nostri Episcopatûs Canonicè exiguntur, „ non pro se sed pro Ecclesiâ de *Viz*. & de *Vilereiâ*, & pro „Canonicè acquirendis,persolvet.Concedimus etiam fratribus „quidquid in Episcopio nostro per nos & Successores nostros „ Canonicè acquirere poterunt, sibi & Ecclesiæ nostræ Clu-„ niacensi,salvis honestatibus & utilitatibus prædictis Ecclesiæ „ nostræ & Ministrorum ejus indubitanter acquirant; injustas „ verò occupationes & criminalium causarum discussiones „ Cleri & Populi Canonicis constitutionibus Monastico Or-„ dini interminatas, nostrâ sub discussione constituentes.Ut „autem hæc concessionis confirmatio rata & inviolabilis perse-„ veret, subscripto probationis Signo suppleo,ut ad posteri-„ tatis, Testimonium & ad veritatis indicium privilegii hujus „ sufficiat Testamentum.

Signum Godefridi Episcopi.

Signa Ingelranni & Fulconis Archidiaconorum.
Signa Rogeri Decani & Otberti Præpositi.
Signa Raineri Thesaurarii & Rogeri Cantoris.
Signa Gisleberti, Clari, Hugonis, Radulphi & Balduini Sacerdotum.
Signa Nantaldi & Girardi Diaconorum.
Signa Wilelmi, Hugonis, Salomonis Subdiaconorum.

Actum in Ecclesiâ Ambianensi anno 1104. Dom. Incarn.

indict. 12. Rege Francorum Philippo Duce exercitus S. , sub Ludovico Consule Ambianensi Ingelranno, Episcopatus Gaudefridi anno primo. Amen.

GIRARDUS Ambianensis Ecclesiæ Subdiaconus Vices Cancellarii exequens subscripsit. Datum Ambian. 2. Kal. Martii.

AD PARIETEM MAJORI ALTARI PROXIMUM HÆC LEGUNTUR.

L'An mil quatre cent trente cinq,
Tout ainsi que l'année vingt,
Fit faire tout neuf ce Pillier,
En Theologie Licentier;
Le Prieur Thomas dit Sussanne,
Prié à Dieu qu'il en ait l'ame.

Habet Prior de Ligniaco jus instituendi Ludi-Magistrum seu instruendæ juventutis præceptorem apud dictum locum *de Frevent.*

Quæ Præfato Prioratui subsunt.
Cura Parochialis dicti loci sub invocatione S. S. Viti, Modesti & crescentiæ. } Ambianensis Diœcesis.
Cura Sancti Martini de *Viz.* } Ambianensis Diœcesis.
Cura Sancti Hilarii *de Frevent* Boloniensis Diœcesis.

Adnotat Bollandus quod Joannes Morinorum Antistes Ecclesiam de *Frevent* dedit Monasterio S. Martini de Campis, in manu Pontii Cluniacensis Abbatis anno 1112, salvâ subjectione & obedientiâ, quam prædicta Ecclesia deberet Ecclesiæ Teruanensi, &c. [a]

Sunt & alii in eâdem Paulinâ ditione Prioratus, puta Prioratus de *Sarton*, jam juris Ambianorum. Prioratus *d'OEuf*, juris olim (1612) Francisci de *Montmorency*, filii Ludovici *de Beuvri* & Joanne *de S. Omer.* Fuit is Dominus *de Wastines, Bersée*, &c. Cassellensis primo Præpositus, tum Canonicus

(a) *In Bibliothecâ Cluniacensi.*

& major Decanus Leodienſis, Comes *d'Hiſtere* & Baro *d'Averskerke* & per avunculi obitum Comes de *Morbecque* & Vice Comes *d'Aire*, ſubindè omnibus abdicatis, Jeſuitarum ingrediens ſodalitium Prioratum ſuum Collegio Duacenſi addixit Papa indulgente: Collegium ſuis Atiæ Conſtruxit, & Theologiæ Scholam in Duacenſi Accademiâ fundavit. (*a*)

De Prioratu *de Baillœullet* ſuo loco agemus.

Anno 1059, Comitem noſtrum, reor, ex congruentiâ temporis, fuiſſe illum Rogerum quem inter alios Comites comperio adſtantem in Conventu Remenſi quando Philippus Rex præſente Patre Henrico, Remis Coronatus eſt, die Pentecoſtes. (*b*)

Anno 1067. Subſcripſit tabulis Balduini Flandrenſis quibus ille Comes Aſcetas Bertinicos cum ſuo Præſide in nonnullis diſſidentes Conciliavit Ind. V. in Pentecoſte adſtantibus Drogone Epiſcopo, Euſtachio Comite, &c.

Item eodem anno ſubſcripſit Diplomati ejuſdem Balduini cum Euſtachio Bolon. Winocenſium inſtitutum & bona approbantis, Corpore, D. Winoci præſente.

Anno 1068. Balduinus Montanus Fland. Comes Heſdinii ſumptuoſum Palatium extruxit quod poſt multa tempora anno ſc. 1553. ſimul cum ipsâ urbe penitùs interiit. *Marchantius.*

Sed & Ampliſſimum Parcum, ut vocant, feris alendis & continendis juxtà idipſum Oppidum poſuiſſe adnotat *Oudegherſtius.*

Rogerius igitur Paulinatium Canonicorum Collegii Author tabulis ſuis Nominatiſſimus quarum Meminit ad Annum 1175, Alexander Papa Senio præmente ſibi convaſandum ratus, conſentanea ad benè moriendum præſidia conquiſivit; ideoquè multus ei uſus cum Aſcetis Blangiacenſibus, & cum Gauffrido præſertim, qui D. Berthæ cultui ampliando ſtudebat vel maximè; hinc complura ejus ætate Miracula contigerunt ipſius in oculis & alterius qui ea ſcriptis tradidit, quorum hoc unum eſt memorandum.

Cœcus Blangiacum adductus à Matertera ipſomet tempore


(*a*) *Galliâ Chriſtiana.* (*b*) *Tom. IX. Concil. pag.* 1069. 70.

quo exedificabatur templum, præſentibus Rogero & Berthâ uxore Comitibus, atquè Sacro Divæ Berthæ velo Pupillæ Cœci admoto per prædictum Aſcetam Gauffridum, ſtatim lumen recepit &c. *ex Monument. Blangiacen. in P. Malbrançq.*

Cæterum Rogerius ſupremum diem Obiit anno 1067. 13. Junii ut ex Necrologio Collegiatæ Sancti Salvatoris & ejus actis Colligere eſt, *D. Stephanus Le Pez Mon. Vedaſtinus.*

PROSOPIA ROGERII.

Dictum eſt ſuprà Rogerium à primâ uxore Haduide duos filios Manaſſem & Robertum procreaſſe, ſed inſuper ab aliis tertius ei datur, & hæres, an ab eâdem aut ſecundâ uxore Berthâ natus? nos latet, ut ut ſit, vocatur ab Hiſtoricis,



HUGO PRIMUS, DICTUS SENIOR SANCTI PAULI

DECIMUS COMES.

HUgonem Primum vocamus, etſi nonnulli Primigenium illud nomen tribuant, Guillelmi Pontivenſis & Ternenſis filio ſuprà ad annum 970. florentis; ſed omnes Genealogiæ Bolonienſes Hermetem illum nuncupant, ejuſquè filiam Roſellam connectunt Radulpho Giſnenſi; Seniorem

pariter vocant ad nati discrimen, qui vernante & pruriente nimium adolescentiâ cum germanis suis egebat sapiente Vitrico aut potiùs pedagogo, Arnoldo Sc. Ardensi, ut mox videre est *P. Malbrancq.*

Duxerat Hugo ad annum 1060, Clementiam Patre vivente, & ejus Connubio nati sunt tres filii sc. Guido, Hugo & Eustachius.

Anno 1065. Subscripserat Cartæ confirmationis Philippi Regis donantis Ecclesias Jenvillæ & Novæ-Villæ Martinianis Parisiensibus Monachis. (*a*)

Obiit Hugo Senior, circà annum 1070. Clementia verò uxor Vidua secundas nuptias adiit cum Arnoldo Viduo & hærede Ardensi, quas fusè describit *Lambertus Ardensis*, his propè verbis. Intereà Tervanici " Populi vel Sancti " Pauli Comite, Hugone videlicet sene, susceptis de uxore " suâ Clementiâ liberis universæ carnis viam ingresso, cum " adhuc filii ejus imbecilles essent & custodiâ indigerent, " propter eminentiam quâ omnibus Commilitionibus præ- " pollebat in sapientiâ & in militiæ gloriâ & virtute, juxtà " Consilium Baronum Franciæ & Flandriæ, opitulante " Boloniæ Comite. Divinâ semper præeunte gratiâ, Sancti " Pauli Comitissa Clementia Ardensi Domino Arnoldo " legitimo conjuncta est Matrimonio [circà annum 1075.]

" Arnoldus itaquè Sancti Pauli factus Comes (pro tem- " pore) in omnibus Christo Domino muneris & honoris " Authori & Opifici quantas potuit gratias egit & exhibuit, " qui licèt meritis suis exigentibus ad tanti (excellentia " ditionis Paulinæ) Comitatus sublimaretur honorem & " administrationem, non in laudem & gloriam est elatus " humanam, sed tanti honoris magnitudine Summâ cum " discretione libratâ & conservatâ humilem in rigore justitiæ, " & rigidum in humilitatis virtute, prout temporis op- " portunitas exigebat, & personarum actio postulabat, se " exhibebat, &c.

" Uxori autem præ omnibus & in omnibus venerationem " exhibens non tantum ut uxori, sed ut Dominæ Reverentiam

(*a*) *Ex Chronico Martiniano.*

" exhibuit & obsequium ; & sicut decuit ei congaudebat & " merito gratulabantur. Sed quoniam S. Pauli Comitatum " ad suos non posse neque debere transferri hæredes, non " ignoraverit, quidquid salvâ honoris sui Reverentiâ potuit " de assumpto loco in suæ proprietatis locum apud Ardream " transportare curavit. Ab Ecclesiâ Sancti Pauli per consen-" sum [hinc jus Canonicorum in Ecclesiam Parochialem " Sancti Pauli] quorumdam Canonicorum atquè Episcopi, " multorum Sanctorum Reliquias, veteris Testamenti Libros " & Passionarium, & quosdàm alios Libros & multa Eccle-" siastica ornamenta in suam Ardream transtulit Ecclesiam."

" Sicquè dùm sub hâc intentione plurimas circuiret " Ecclesias & Reliquiis & ornamentis hic illic acceptis suam " ditaret Ecclesiam, mortua est ejus uxor nobilis Clementia " & in Ecclesiâ Sancti Pauli Sepulta & officiosissimè deplo-" rata ; dein Sancti Pauli satis prudenter valedicens " & relinquens Comitatum suam apud Ardream se transtu-" lit Arnoldus.

" Porrò priusquàm Clementiæ Connubium iniret, in " multis Ardrensis, Bertinensis, Audomarensis, Morinensis, " Boloniensis, Hinniacensis Ecclesiæ nec non & Sancti " Pauli scriptis authenticis & Privilegiis ARNOLDUS invenitur " advocatus nominatus, &c. (*a*)

Quin, per omnem Franciam, Angliam, Nortmaniam, Burgundiam non minùs quàm per Morinos & Flandriam fama inclytus exiit, ut esset ait *Chronicon* consilio Nestor, " Providentiâ Ulisses, judicio [tantùm absint Veneris insidiæ] " Pastor Alexander, formæ elegantiâ Absalon, militiæ gloriâ " Achilles, Dominandi peritiâ Salomon, magisquè pareret " regni Heros, quàm Ardrensis Hæres. (*b*)

(*a*) *Idem Cap.* 112. (*b*) *Idem.*

QUÆSTIO NOTANDA.

CUm autem à nonnullis agnomen *Candavene* Hugoni Nostro primùm attribuatur, quæritur quid sibi vult illa vox *Candavena*? altius itaquè remigrandum : Romani qui has

in Oras se se effudere ad debellandos Morinos, cernentes pagum (maximè à Pontibus Renticæ Altheiam usquè) avenæ feracissimum, illuc equites suos transmittebant reficiendos; hinc solo & arci ut præesset toti territorio, nomen *Tervana* indidere quod ex etimo Romano apud vulgus inolevit *Terra Avena* Sinecdotiche.

Hinc Lambertus Ardrensis Territorium illud nuncupat Tervanensium fines qui usquè hodiè [id est circà annum 1200.) Sancti Pauli Comitatus vocantur: incolas verò ejus vocitat Tervanicum Populum.

Hinc etiam Dynastæ pro parmâ stenmaticâ mergitem aureum in planitiè Cæruleâ assumpserunt usquè ad Gaucherum Castillionensem qui aliam induit ut suo loco narrabitur.

Et hâc eâdem ratione Comites nostri voluere cognominari *Candavenâ* sc. à nomine Arcis & à genio Territorii sui, vel etiam à suis insignibus Gentilitiis mergitem Avenæ Candentis referentibus, quasi dici vellent Comites pagi aut Campi Avenæ Candentis seu albescentis ad Messem. (*a*)

[*a*] *Lambertus Ardrensis, P. Malbrancus, Miræus, &c.*

GUIDO SEU WIDO CANDAVENA SANCTI PAULI

COMES UNDECIMUS.

ANno 1071. quo primùm ditionis suæ Dominium induit subscriptus comperitur Cartæ Lieteberti Cameracensis Antistitis, quâ confirmat & auget privilegia Canonicorum Lensensium ad instantiam Eustachii & Idæ Boloniæ & Lensi Comitum Benefactorum, &c.

Eo Ævo Richildis cum Arnulpho filio, quibus adhærebant Audomarenses, Bolonienses, Sanctipolenses, Bethunienses & alii plures Philippum Regem Franciæ contrà Robertum Frisonem cum exercitu magno Caletum usquè duxerunt, quem Friso pugnâ Concertâ apud *Bavinchove*, vicit & fugere compulit. (*a*)

Anno 1072. Conditur S. Georgii ad Hesdinium Prioratus

(*a*) *Iperius.*

qui ſubindè per Joannem Epiſcopum Morinenſem Aquicinctinis attribuitur Lamberti Attreb. Epiſ. Interventu, cujus hæc fuere initia.

Ex olim exiguum ibi ſtabat ſtructuræ opus D. Georgio Sacrum, omni ferè curâ & cultu deſtitutum, talium haud capax & ferens Ingelramnus, ejuſdem Oppidi Comes Gerardo tum Morin. Præſuli animum detegit & prodit votum, optare ſe magnoperè iſto in loco ædibus Monaſtico uſui adparatis Prioratum ſtabiliri permitteret, ſpondens ſe illum cenſu & neceſſariis aliis, annuente uxore Machilde inſtructurum. Audivit & laudavit Epiſcopus & deſiderii compotem dimiſit, Comes autem brevi tempore & opificia & ſtructuras & cenſus produxit, moxquè Almericum Aquicinctinum Præſulem adit & manipulum impetrat Monachorum qui recentem ſtructuram incolerent.

Igitur Lambertus Attreb. Epiſ. dum Cernit Alviſii Morinici ac Bertinienſis frugiferum adeò apud Aquicinctinos Præſulis Regimen, rurſum iis curat per Joannem Epiſ. ſibi amiciſſimum eundem Prioratum attribui & firmari; imò efficit ut Paſcalis Papa eam ceſſionem ad Alviſium Abbatem miſſo Diplomate, ratam fixam habeat in hæc verba.

" Venerabilis fratris Noſtri Joannis Morin, Epiſcopi
" ceſſionem vobis veſtroquè Monaſterio factam Litteris præ-
" ſentibus confirmamus, is enim B. Georgii Martiris Eccle-
" ſiam juxtà Caſtrum Hesdinium ſitam, ſibi ſuiſque ſuc-
" ceſſoribus in cellam omni tempore poſſidendam Conceſſit
" & aſſertione Chirographi confirmavit, cum omnibus vi-
" delicet Terris, pratis, Sylvis, aquis & molendinis vel
" aliis quibuſcumque redditibus, quæ tam ab Ingelramno
" Comite & Ernulpho Hesdinienſi & Nicolao Milite, quam
" & aliis fidelibus collata ſunt; ſiquidem idipſum præde-
" ceſſor ſuus bon. mem. Gerardus Canonicorum Eccleſiæ
" ſuæ Conſilio & voluntate conceſſerat, idipſum & nos
" præſentis decreti authoritate ſancimus, ſalvâ nimirum
" Eccleſiæ Teruan: juſtitiâ, ſicut ſupra dicti Epiſ. Chiro-
" grapho delibatum agnoſcitur, Altaria quoque duo Sc: de
" *Fraisnoith & Huby*, ſicut ab eodem Epiſcopo Eccleſiæ

" Sancti Georgy concessa sunt, concedimus &c. data Late-
" rani 13. Cal. julii .indict. 5. an. Dom, inc. 1112. (*a*)

Anno eod. 1072 Ingerrannus seu Engelramus Hisdiniensis Comes cum uxore Matilde Ecclesiam Alciacensem ab Exercitu Guermundi & Isembardi anno 881. destructam, instauravit: anno autem 1079. confirmavit & ratificavit Abbati ac monachis Benedictinis Sti Silvini Alciacensis omnes donationes a se factas, approbante Huberto Morinorum Episcopo &c. *Miraus*. Ab illa vero instauratione cœnobii præsulum hæc est series à Francisco Debar aquicinctino Monacho & priore recensita.

1. Fulgerus (*al. Fulger*) *primus Abbas præpositus* ab Heriberto Abbate Bertinico anno 1072.

2. D. Geruinus seu gervuinus 3. D. Norbertus.
4. D. Odo. 5. D. Simon 1. Nom.
6. D. Godescalcus an. 1141. fl. 7. D. Garinus.
8. D. Guillelmus 1. Nom. 9. D. Valterus.
10. D. Simon 2. 11. D. Joan 1. *de Bethune*
12. D. Simon 3. 13. D. Joannes 2. *Alardii*.
14. D. Guil. 1. *Meles* al. *le Nielles*. 15. D. Arnoldus *de Guisnes*.
16. D. Guillernus 2. *de Furnis*. 17. D. Ægidius *Cochove*.
18. D. Guillermus 3. *Sanders* 19. D. Guido *de Masermii*.
20 D. Bernardus *de Meleto*. 21. D. Jacobus *de Condete*
22. D. Petrus 1. *Bourgeois* 23. D. Balduinus *de Crequii*
24. D. Joannes *generii* 25. D. Allardus *Trubert*.
26. D. Firminus *Couplet* 27. D. Jacobus *Annesart*.
28. D. Ægidius 2. *Trubert*. 29. D. Joan. 4. *de Lannoy*.
30. D. Amandus *Oudegherst*. florebat anno 1516. 31. D. Oliverius *Gobert*.
32. D. Petrus 2. *Hellin*.
33. D. Guillelmus *d'Orlay*. 1. al. *de Liques* al. *Tollenaër*. 34. D. Antonius *de Cressoniere*.
35. D. Franciscus *Tormelerne*
36. D. Antonius 2. *Revessé*.
37. D. Adrianus *Poulain*. 38. D. Eustachius *Grugeot*.
39. D. Antonius 3. *de Gonzales de Alveda*
40. D. Placidus *de Brandt* 41. D. Bertinus *Portebois*. Ele-

(*a*) P. *Malbrancq*.

ctus 1702. obiit Parisiis apoplexia 24. Decemb. 1726.
42. D. Georgius *Marissal* Audomareus à Rege Ludovico xv. denominatus anno 1728

Anno 1075 subscribunt guido & frater Hugo litteris Philippi Regis Francorum, quibus ad petitionem Roberti Flandrię Comitis firmat res Ecclesiæ Ariensis in honore Sti Petri Apostoli Principis constitutæ &c.

Anno 1078 ad Guidonem & fratres ejus Hugonem & Eustachium litteras direxit Gregorius Papa, quibus clericis ac Canonicis Sti Pauli Censuram graviorem comminatur nisi Resecam gal. *Quesque* villam restituant Canonicis Sti Audomari, vel sane rationibus suis insistant coram judice à se constituto Huberto scilicet. Eædem litteræ vel earum exemplar ad Hubertum & Arnolphum Archidiaconos pertigerunt, qui Hugonis Diensis legati Apostolici freti authoritate rem deciderent universam & tres illos Candavenses Widonem, Hugonem & Eustachium sensim adduceret ad æquitatis se libellæ promptius sistendum; mordicus enim suorum Canonicorum jura tuebantur.

Profuit in Hubertum tanquam primarium utriusque partis judicem, electionem incidisse & infulam quæ homini cæteroquè ad maxima suscipienda nato, ponderi fuit & incitamento ad Clericos illos sanctpaulanos nonnihil compescendos & ad Audomarenses inclinandos ad nonnihil etiam præsumpto juri cedendum: & sic causa finita est mutuo concordato ad annum 1094 dato.

Epistola autem Pontificis hæc est Gregorius Episcopus servus servorum Dei Huberto & Clericis & omnibus Comitibus de Castro S. Pauli Widoni & Hugoni & Eustachio salutem & Apostolicam Benedictionem.

„ Clerici S. Mariæ & S. Audomari adeuntes sedem Apost.
„ conquesti sunt de vobis quod jam multo tempore, sibi &
„ suæ Ecclesiæ aufertis quandam Villam *Resecca* Nomina-
„ tam cum omnibus ad eam pertinentibus, atque cum multo-
„ ties de hoc in Provincialibus Synodis coràm Episcopo
„ vestro & ad ultimum coràm Hugone Diensi Coepiscopo
„ & confratre nostro Apostolicæ Ecclesiæ legato in Pic-

„ taviensi consilio querelam fecissent, atque ille ex autho-
„ ritate nostrâ præcepisset ut coràm Episcopo vestro, aut pro-
„ clamata Ecclesiæ præfatæ & clericis redderetis, aut quod
„ vestra jura esse debeant rationem diceretis, Episcopusque
„ vester 3. terminos vobis & ad ultimum Provincialem Sy-
„ nodum statuisset ut utrumlibet ageretis, vos tamen neu-
„ trum sicut nunquam ita quoque nec tunc facere voluistis.
„ Unde ex Authoritate Dei & S. Petri Apostolorum Prin-
„ cipis, præcipimus vobis, ut si ita est, prædictas res
„ prædictæ Ecclesiæ & clericis ejus sine dilatione Canonice
„ restituatis: aut si ita non est, & justa ratione pro certo
„ scitis ad vestram Ecclesiam eas pertinere debere, intra
„ 40 dies postquam litteras nostras videritis, vel si eas vi-
„ dere vitaveritis, postquam eas missas vobis cognoveritis
„ Hugonem præfatum Coepiscopum & fratrem nostrum ad
„ diem Ingelranno & fratribus ejus à vobis ante denomi-
„ natum atque pronuntiatum adeatis; ut utrisque partibus
„ coràm positis ipse legitimum faciat finem hujus contentionis
„ quod & si illud agere nolueritis infrà perscriptos dies, finitis
„ eis contradicimus vobis & Vidoni, Hugonique & Eustachio
„ Comitatibus Oliardo quoque subdefensori præfatæ pos-
„ sessionis omnibusque vobis à modo auxilium & consen-
„ sum ad hoc sacrilegium præbituris velut sacrilegis &
„ raptoribus omnem penitùs Ecclesię ingressum & Christia-
„ nam communionem atque gratiam B. Petri Apostolorum
„ principis & in vita & in morte, nisi fortè pœnitentiam
„ egeritis & injuste rapta Ecclesiæ præfatæ Canonicè resti-
„ tueritis.

„ Si autem: (quod absit ab omnibus Christianis) post
„ hæc omnia, diabolicâ infecti malitiâ in excommunica-
„ tione præscriptâ incorrigibiliter perseverare malueritis,
„ precipimus defensoribus & Patronis Ecclesiæ prædictæ
„ ut eidem & clericis ejus præfatas res restituere omnibus
„ modis Satagant. Data Romæ VII. Kalendas Decembris,
„ indictione VII.

Trinos afficit Comitis insignibus ritu Germanico, alio-
qui in Widonem seu Guidonem primogenitum devolutus

erat Comitatus.

Anno 1083 Guido Candavena Hugonis I filius primogenitus & Rogerii nepos vitam hanc mortalem meliore commutans, Hugoni fratri Sanpolinam relinquit Satrapiam ſeminis expers proliſve.

HUGO II. CANDAVENA NOMINE S. PAULI

DUODECIMUS COMES.

ILle eſt qui anno 1080 ſubſcripſit litteris Roberti Fland. Comitis, quibus Monaſterii Meſſinenſis à Matre ſuâ Adelâ Comitiſsâ conditi poſſeſſiones, petente Nathaliâ Abbatiſsâ, confirmat & auget; quas inter Villam *Crucicolas* (Gal. *Croiſettes* :) principatus titulo claram ſitamque juxta S. Pauli oppidum. (*a*)

Fratre igitur vitâ functo, Hugo hæres ſplendidus ſplendidum etiam Heliſendis adiit conjugium, è quâ ſuſcepit Ingerannum, Hugonem qui ſequitur, & Beatrix illa quæ nupta Roberto *de Boves* in Morinos Bovenſem illum ſanguinem prope Regium derivavit, ut patet ex genealogiâ à Dom. *de la Morliere* contextâ in ſuis Ambianenſibus apud quos Beatricis obitus conſignatur

Anno 1084 conditur prioratus de *Wulfraincourt* (hodie *Framcourt* vico a fano Sti. Pauli Lapide quaſi bino, disjuncto, in gratiam monachorum Hamenſium Ord. Sti. Benedicti, concedente Gerardo Morinorum Antiſtite, ad inſtantiam Militis Acardi, ut liquet ex diplomate ſequenti.

" In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, patris & Filii " & Spiritûs Sancti. Ego Gerardus Morinorum non meis " meritis, ſed ſolâ Dei clementiâ Epiſcopus, Notum fieri " volo univerſis Eccleſiæ filiis quod devotione ac precibus " cujuſdam militis Accardi nomine condeſcendens, altare " villæ quæ vulgo dicitur *Vulfraimcourt* ad opus Monacho- " rum Eccleſiæ *Ham* in prædicto loco Deo famulantium, " liberum omni exactionis debito concedo, exceptis XII.

(a) *Miræus in Diplom.*

" denariis quos annuatim in cænâ Domini huic matri Eccle-
" siæ fratres ibidem, commorantes persolvent. Aliud quoque
" Altare, quod dicitur *Altacloca* ibidem concedo liberum
sub personâ.

" Excomunicatos autem nostros sive pœnitentes non reci-
" piant; Oleum cum Crismate à nobis ipsi requirant.

" Donat etiam Acardus jam prędictus ibi mansionem
" suam in villâ quæ dicitur *Sains* cum quartâ parte ejus-
" dem villæ ad eum pertinente.

" Quod si locus præfatus divino munere adeo pullulaverit,
" ut prior aut Abbas ibi constituatur, electio ejus penes
" eosdem fratres & capitulum fratrum de *Ham* pendeat;
" electus vero Episcopo hujus sedis Teruanensis consecran-
" dus, præsentetur, cui debitam subjectionem impendat.
" Si autem aliquis istud violare præsumpserit, excommuni-
" cationi S. S. Apostolorum Petri & Pauli, ac nostrę sub-
" jaceat, quoad usque pœnitentiâ ductus satisfaciat.

" Factum est hoc anno incarnat. Dom. M. LXXXIV.
" indict. VII. tempore Gregorii Papæ VII. regnante Phi-
" lippo Franc. Rege, dominante Roberto Flandrensium
" Comite, anno præsulatus Gerardi primo præsentibus,
idoneis testibus.

" Ego Gerardus Epis. subscribo signum Roretonis Ar-
" chidiaconi, sig. Arnulphi Archidiaconi, signum Johannis
" Abbatis, signum Audœni Abbatis S. Milonis Decani,
" S. Odonis custodis, S. Raineri, S. Balduini, S. Bernardi,
" S. Atelmi, S. Roberti vice Comitis, S Eustachii Ad-
" vocati, S. Mantet, S. Arnulphi, S. Mainardi, sig. Hu-
" gonis Comitis de Sto. Paulo, S. Atesii Costard, S. Bal-
" duini, S. Eustachii S. Mainardii &c. *(a)*

Anno tandem 1094. Hæc mutua Intervenit pactio inter Ecclesias Collegiales Audomarensem & Paulopolinam pro jure ad vicum de *Quesque* anno 1078.

„ Omnibus Tervanensis Ecclesię filiis notum esse volu-
„ mus quod Canonici de Castro Sancti Pauli ipsi & Suc-
„ cessores eorum Canonicis Sanctę Dei Genitricis Marię &

(a) *Ex Cartula. Hamensi.*

„ Sancti Audomari ipsis & successoribus eorum per singulos
„ annos persolvere debent unam Marcam Argenti in festi-
„ vitate ejusdem S. Audomari quę est V. idus sept. ipsâ
„ die mittentes eam per legatum suum de possessione quę
„ Kegeca (Gal. *Quesque*) dicitur , quam tenent respectu
„ supradicti census , si autem negligenter , pręscriptam diem
„ transierint ut non persolvant , Canonicè reddere se de-
„ bere meminerint.

„ Statuent vero in Ecclesiâ suâ Altare nominis B. Audo-
„ mari , acturi festos dies illius celebritatis , erimusque fra-
„ tres & charissimi amici , cum prius fuissemus inimici ,
„ nam cum in injuriâ suorum perdurassent antecessorum ,
„ nec per crebras Synodales quærelas sufficisset Domni
„ Drogonis tunc Tervanensis Episcopi justitia ad determi-
„ nandam controversiam nostram, fratres nostri Ingerran-
„ nus videlicet, Erchenbaldus atque Thomas adeuntes sep-
„ timum Gregorium tunc Romanum Pontificem appulerunt
„ forte attulerunt litteras Romanę authoritatis plenas justitiæ
„ Ordinisque causarum ; sic textus earum in Ecclesiâ
„ nostrâ usque hodie reconditus pro equitatis suæ mode-
„ ramine scientibus manifestat. Sed sicut aliquando prose-
„ qui aut etiam respondere voluissent , Apostolicis Epis-
„ tolis ad diem & locum evocati Anathematizando inter-
„ dixit eis introitum omnium Ecclesiarum & in vitâ & in
„ morte segregavitque eos a sorte & hæreditate sanctorum,
„ quo ad usque redderent hęreditatem sanctorum quæ sum-
„ mi Pontificis vincula Dom. Hugo Sanctæ Romanæ Ec-
„ clesię legatus cum cęteris conciliorum decretis observari
„ pręcepit sed & Archiepiscopus Remensis Dom. Rainoldus .

„ Episcopus quoque Tervanensis Dom. Girardus damna-
„ tioni eorum consenserunt , sed tandem per gratiam com-
„ punctionis ad Ecclesiæ nobis reconciliationem ab Episcopo
„ absolutionem fratres lucrari maluimus , sicque oblivíscen-
„ tes nostrarum labores & damna viarum , suscepimus ab
„ eis concordiæ pactionem quam superius definivimus ,
„ quatenùs unum in Christo Corpus effecti secundùm Apos-
„ tolum pro invicem oremus atque fraternos obitus &

„ anniverſarios dies obſervemus.

„ Acta ſunt hæc anno Dominicę Incarnationis MXCIIII.
„ indictione ſecundâ, Papa exiſtente Urbano, Rege Philip-
„ po in Franciâ. Girardo reſidente in Epiſcopali Catedrâ,
„ Arnulpho Sancti Audomari præpoſito, ſignum Girardi
„ Epiſcopi, ſignum Arnulphi Archidiaconi, P. P. ſignum
„ Milonis Ordecani, ſignum Odonis cuſtodis, ſignum ful-
„ cini Cantoris, ſignum Joannis Abbatis, ſignum Girardi
„ Abbatis, ſignum Ingelberti Abbatis, ſignum Norberti Ab-
„ batis, ſignum P. P. Ubatani Buoldi, ſignum Lamberti
„ P. P. ſignum Balduini P. P. ſiquis hæc infregerit Anathe-
ma ſit &c. *ex archivis collegiatæ paulop.*

Anno 1096. Hugo & filius Enguerrannus, quem Albertus aquenſis militem vocat egregium, crucem ad ſacram militiam induunt cum Principibus Chriſtianis Godefrido Bullonio, Euſtachio & Balduino fratribus, Roberto Fland. Comite, Guillelmo Audomarenſi & aliis Belgicis & Gallis qui omnes ferè in præparationem tanti negotii eleemoſinas aut quædæm alia opera præmiſerunt maxime Godefridus.

Hugo autem priuſquam iter arriperet, in manibus D. lamberti Attrebatenſis Epiſcopi poſuit decimas & præbendas Sancti Leodegarii in *Luceu*, tradendas Abbatæ Moleſmianæ apud Lingonas &c. *Duchene*

Anno 1097. Godefrido deditur Nicæa, Cæſaque 40 Solimani millia, cum captiva uxore & liberis, inſigniter juvantibus Flandro, Sanpaulano & Veromanduo Comitibus.

Anno 1098. Enguerrannus Hugonis primogenitus, perfectiſſimę indolis adoleſcens ægritudine correptus validâ diem clauſit extremum ait *Guillelmus Tirius*, ſed verius traditur occiſus in obſidione Civitatis *Marræ* ſicut refert *Raimundus poldio* qui & præſens aderat & probat ex apparitione ejuſdem Enguerranni Amico ſuo Anſelmo de Ripamondi Caſtellano Valencenenſi his verbis. " Migravit hic
„glorioſè Anſelmus de *Ripamondi*, etenim cum ſurrexiſſet
„ mane, vocavit ad ſe Sacerdotes, & de negligentiis ſuis
„ & peccatis confeſſus miſericordiam à Deo & ab ipſis de-
„ precabatur, denuntians eis imminere vitæ ſuæ finem :

cumque

„ cumque admirarentur de hoc quia ſanum & incolumem „ eum videbant, dixit eis; nolite mirari, ſed audite me „ potius. Hâc nocte vidi Dominum Enguerrannum de S. Paulo „ qui apud *Marram* interfectus, non in ſomnis, ſed vigilan- „ ter, & dixit ad eum, quid eſt hoc ? quia vos mortuus „ eratis, & ecce nunc vivitis ! & ille reſpondit. E- „ quidem non moriuntur illi qui in Chriſti ſervitio „ vitam finiunt. Cum vero rurſùs quærerem ab eodem, „ de pulchritudine ejus quę nimia erat, unde accidiſſet „ ei? Reſp. mihi, non debes mirari ſuper pulchritudine meâ, cum „ in tam pulchram domum habitem; & continuo oſtendit mihi „ domum quamdam in cœlo ita pulchram, ut nihil pul- „ chrius ego crederem. Cumque obſtupeſcerem ad ſplen- „ dorem Domûs illius, dixit mihi, multo tibi pulchrior „ præparatur, uſque in craſtinum. Et his dictis ſublatus eſt.

„ Contigit autem eo die cum hæc pluribus enarraſſet idem „ Anſelmus, ut ad pugnam progrederetur contra Saracenos, „ qui Caſtello latenter egreſſi, uſque ad tentoria noſtra „ venire ſolebant, ut aliquid inde ſurriperent, vel alicui „ nocerent. Sed cum hæc pugna invaluiſſet ex utrâque parte „ & Anſelmus viriliter reſiſteret, de Lapide tormenti in ca- „ pite percuſſus eſt, atque ſic ad locum ſibi à Deo para- „ tum, Migravit ab hoc ſæculo. *Ita Raimondus de Agales Canonicus podienſis in ſuâ Hiſtoriâ Jeroſolimitanâ.*

Anno 1099. Monaſterium S. Mariæ in nemore juxtà Ruiſſevillam in Comitatu S. Pauli à Nobili Heroe-Ramelino de Crequy antea conſtructum: (temporis enim 1æ. Structuræ memoria nulla certa :) & opibus ab eodem donatum atque multis ornatum; Aroaſienſis Ordinis recens inſtituti Regulam excepit. *Locrius* qui mox ſubjicit ejuſdem aſceterii Abbates *Pag.* 254. *Chron. Belg.* hoc ordine.

Dominus Henricus.
D. Fulbertus.
D. Thomas.
D. Mathæus *de Dammard.*
D. Gerardus.
D. Vuillelmus. I.
D. Evalterus.
D. Stephanus I.
D. Robertus.
D. Joannes.

D

D. Vuillelmus. II.

D. Emerardus Al. *Everardus* præfuit dein Monaſt. Aroeſienſi.

D. Agidius *Fridevallius.*

D. Walterus.

D. Gilbertus.

D. Milo, inde Morinenſis Epiſcopus hoc nomine Secundus, ordine 31us ut ſcribit Chronographus Affligemenſis ad an. 1156. & ex Mon: Cœnobii hujus MSS. anno 1169. *ex Meyero.*

D. Balduinus indè Epiſ: Noviomenſis.

D. Lambertus.

D. Walbertus Secundus.

D. Petrus.

D. Oudardus à Summo Pontifice Bonifacio 8. Promotus circà an. 1292.

D. Robertus *Madidus* in S. Martini Iprenſis Præpoſitus obiit an. 1302.

D. Joannes de *Chauni*, obiit anno 1359.

D. Robertus (al: Vedaſtus) *Polon.* Arienſis obiit an. 1385.

D. Balduinus *Hericurtius*, obiit an. 1416.

D. Michaël *Verdurceus*, obiit 1460.

D. Guilielmus *Gloriant* is Cœnobio non parum profuit. Obiit an. 1476.

D. Reginaldus *Venault.*

D. Joannes *Maubailly* & hic res Monaſt. auxit & ornavit. Obiit anno 1506.

D. Hector *Flinghius*, obiit anno 1515.

D. Nicolaus *Pratanus*, obiit anno 1531.

D. Philippus *Marcenellius*, Obiit anno 1552.

D. Hadrianus *Harlinus* Paulinas, Obiit anno 1596 & ſepultus apud noſtros FF. Præd. Audomarenſes.

D. Philippus *de Lannoy*, Betuneus ob. 21. Octob. 1633. ætat. 88. præfuit 45. annis.

D. Jacobus *Couſin*, Betuneus ob. 11. Sept. 1638. rexit 5. an.

D. Philippus *le Roux* Betuneus. ob. 9. Octob. 1641. ætat. 38. præfuit 3. annis.

D. Auguſtinus *Deſmons* Audomareus creatus Abbas 17 Feb. 1642. ob. 17. Julii 1677. æt. 80. rexit 35. annis.

D. Auguſtinus *de Neufville*, Gandenſis nominatus Præſul 1. Novemb. 1677. ob. 29. Octob. 1683. ætat. 42. præfuit 6. annis,

D. Ambroſius Thery Fontanus in Hannoniâ ob. 18. Junii 1696 rexit 15.

D. Gregorius *Campion* Arienſis creatur Abbas 24 Novemb. 1698. præfuit 27.

An. abdicavit anno 1725. in gratiam sequentis D. Stephani pensione retentâ. D. Stephanus *Loiselle*, Audomarensis à Principe LUDOVICO XV. Denominatur Dyplomate dato 7. Novembris 1725. is jus Mitræ ferendæ sibi & Abbatiæ comparavit, indulgente Summo Pontifice BENEDICTO XIII. eodem anno.

Pii verò fundatoris olim cernebatur Tumba Marmoreâ propriâ effigie supereminenti in ipsius Templi Cornu dextro cum hâc Epigraphe.

CI gist Haut & Puissant Seigneur RAMELIN, Sire de Creky, qui fonda ce Monasterl'an de Grace M. L. XXXXIX. *priés Dieu pour l'ame.* Ad latus autem extabant insignia Crekiana, Sampolana, Lovaniensia, Bethuniensia &c. (*a*)

Apositè quidem appicta insignia Sampaulana, quia Ramelini Mater fuit Richildis Al. Mechildis Arnulphi seu Anselmi S. Pauli Comitis.

Lovaniensia pariter quia sunt Margaretæ Lovaniensis Dominæ de *Bierback* Ramelini Aviæ nuptæ Balduino de *Crequi*, è quibus Burcardus primogenitus fuit ejusdem Ramelini Pater qui duxit Richildem præfatam.

Bethuniensia, quia Ramelini Proavus duxerat D. N. de Bethunâ. Proavus ille D. de *Crequi* & *Fressin* audiebat, utriusquè conjugis nomen latet.

Porrò quod repertum est anno 1349. Epitaphium supradictum postremæ Ramelini sub mortem confirmationis videtur esse Monumentum. (*b*)

Anno 1100. Godefridus Bullonius: (de Bolonico oriundus genere) egregius Terræ Sanctæ recuperator atquè Rex vitâ fungitur eiquè in Regnum electione successit Balduinus Frater Comes Edessanus. Sepultus est, ut & Frater è Regione Golgothæ in Ecclesiâ Dominici Sepulchri, ubi humilis Princeps humile habet Mausoleum Lapide pario constructum, cui Epitaphium hoc incisum, *hic jacet inclitus Dux Godefroy Duc de Bouillon, qui totam terram istam acquisivit cultu (al. cultui) Christiano, cujus anima Regnat cum Christo. Amen.*

(*a*) *Hist. N. D. de Foy.* (*b*) P. *Malbrancq.*

Anno 1105. Attrebati in Cathedrali Templo Cereus per orbem Belgicum memoratissimus duobus Histrionibus seu Citharœdis Iterio Brabantino & Normanno Paulinati ab ipsâ Dei-Parâ Cœlitus affertur ardenti igni tunc passim grassanti extinguendo promptissimum & singulare remedium ; ex quo quidem Cereo nihil hactenùs imminuto multi alii Cerei conflati fuerunt ; undè non prætereundum à Petro Nortmanno aliam Stillantis candelæ impetratam portiunculam, quam suis Sancti Pauli concivibus impertivit, confecto exindè Cereo, cui asservando Sacrariolum erectum, nec non confraternitas, ut vocant *de Notre Dame du Joyer*, Attrebatensi similis ; sed hæc omnia temporum injuriâ ; seu bellorum iniquitate conciderunt. (*a*)

Hugoni Palæstinâ reduci bellum declarat Balduinus Comes Fland. & inter alia anno 1115. ejus Encerias suas fecit, quas unâ cum Ambianensi Comitatu dedit CAROLO DANO, dum nuberet Margaretæ de *Clermont.* Placet verba *Anselmi Gemblacensis & Meïerii* referre.

" Castrum *de Encres* ait *Ansel.* Hugone pulso qui illud " usurpaverat, BALDUINUS Comes Fland. cœpit & " CAROLO CONSOBRINO dedit ; infensus scilicet erat " Hugo Principi, quia in fide contineri non potuit, sed " Dominandi accensus libidine, Flandriæ ditionis fines " vexavit, quæ verba videntur inferre Clientelam Comitis & Comitatus Sancti Pauli, sed perperam, etenim responsum est in contrarium multis rationibus à D. JACOBO DE LA GUESIE Regio Galliæ procuratore in Libro cui titulus, *Traité en forme de contrédit touchant le Comté de S. Paul, dreßé par le Commandement du Roy Henry le Grand, & auquel les Droits de la Couronne sur ledit Comté sont amplement exposés & l'injuste prétention &c.* rem fusius enarrat, *P. Malbrancq* his terminis.

" HUGO CAMPDAVENA Sancti Pauli Comes Vasto " Vir animo & in principatûs sui finibus propagandis " suprà modum Exardescens in fide contineri non potuit ; " si quidem Balduini Leges respuens, iisdem subdi

" nequaquàm suos passus est, contrà in Flandriæ fines
" ac Territorium Populabundos transmittebat; Lilerium,
" Ariam, Audomarum usquè excurrebant Santpaulani
" atquè etiam in Attrebates, hincquè Balduinus Hugoni,
" qui suis frangendi Leges causa existetet, graviter fuit
" infensus; Gravissimè vero ut vidit longè ulteriùs,
" quam par erat, dominandi accensum libidine: nàm
" Enchrias (Castrum est ad SOMONAM cum Nobili vico)
" suas fecerat: quocircà certus est BALDUINUS coacta
" MORINENSIUM FLANDRORUM non exiguâ manu,
" eum indè depellere; quod brevi fœlicique exitu, sed
" etiam Hugoni sævius novam grassandi materiem dedit."

" HUGO Sancti Pauli Comes Enchriis tanquàm remo-
" tioribus deperditis in Morinorum & Fland. interiora,
" quo se ulciscendi expleret libidinem, grassabatur. Coactus
" est Securicola Princeps exercitum conscribere, ut ejus
" vicissim invaderet Principatum, & quo celerius rem
" conficeret, MEDULLITIUM ipsum adoritur, adeoquè
" Paulopolim ipsam strictâ cingit obsidione, hinc Eusta-
" chius Bononiæ Comes, cum pernosset acres admodum
" utriusque Principis animos, & in mutuam haud dubiè
" cædem conjuratos, suo interventu & Bellicâ suâ, quâ
" cum Regiis Fratribus hactenùs prævaluit, authoritate
" effecit, ut ad pacis fœdera veniretur & castra amove-
" rentur; ei propterea MORINI FLANDRIQUE grates
" habuere quanto maximas nec-non Paulopolis ipsa,
" atquè etiam secundam ab Normannicâ illâ tempestate
" Præsidis sui & Patroni Faustricem manum deprædica-
" bat." (*a*)

Sed ut magis ac magis res elucescat, audiendus etiam *D. Oudegherst* suo patrio sermone.

Gaultier Comte de Hesdin, se rebelle contre Bauduin Comte de Flandres, ayant attiré à son assistence Hughe Champd'avaine Comte de S. Pol, qui fut la cause que le Comte Bauduin se mit en armes, & que peu après il prit la Castel d'Encre, lequel il donna à Charles Fils du Roy de

(*a*) *Hactenùs P. Malbrancq.*

Danemarck son Cousin germain, duquel il pratiqua peu après le mariage avec Madame Marguerite, fille de Rainault Comte de Clermont, avec laquelle ledit Charles eut la Comté d'Amiens & le Chastel de Jereuse ; " ce fait considerant que ledit Hue Champd'avaine ne cessoit de piller & molester la Flandres, où il avoit bouté le feu en plusieurs lieux, le Comte de Flandres avec une bonne troupe des gens, qu'à ces fins & à la legere il amassa, vint assieger la Ville de S. Pol, (en 1117. *) à la poursuite & par l'entréparler d'Eustache Comte de Boulogne, il s'accorda & fit finalement paix avec ledit Champd'avaine, &c.*

"Anno 1119. Balduino ex vulnere vivis erepto, Carolus "Bonus hæres & successor deligitur, cum verò primùm "inaugurareturr, accerrimam habuit adversariam Clemen- "tiam Burgundam Balduini defuncti Matrem, quæ "Guilelmo Iprensi Philippi Flandrensis Filio notho, cui "nupta erat quædam ejus neptis, Principatum deferre "conabatur, ad quam rem conficiendam Comiti Lova- "niensium Gothofredo nupsit, Balduinumquè Montensem, "Hugonem Comitem Fani Pauli, Eustachium Bononien- "sem, Galterum Hesdiniensem, Thomam Condiacensem, "Eustachium Tervanensem cum aliis quibusdam magna- "tibus attraxit in suam factionem, Aldenardamquè inva- "sit, atquè incendit, ibiquè Cives quosdam ultimo affe- "cisse fertur supplicio, Hugone Comite Sani Pauli Occi- "dentalem intereà depopulante urentequè FLANDRIAM. "Hactenùs *Meyerus* Hugo (*ait vita ejusdem Caroli*) "Comes Sancti Pauli hac suæ malitiæ exercendæ oppor- "tunitate perspectâ, antiqua & inveterata priùs contrà "eum odia renovare, & partes sibi terræ contiguas "incursare, & tam incendiis quàm rapinis, vehementius "solito cœpit more suo omnia devastare.

"Inter hæc Carolus Princeps de rebus suis sollicitus, "contracto in oppidum D. Audomari optimatium Consi- "lio, Flandriam universam certatim nomina dantem "eduxit juventutem, parvoquè negotio omnium adversa- "riorum suorum fregit dissipavitquè vires, Fanum Pauli

" obsessum, ac in potestatem redactum diripuit, incendit
" repletisque fossis solo æquavit, Gualterum Hildiniensem
" dominatu patriaquè exuit ac pepulit in exilium, &c.

" Hugone verò in suâ proterviâ perseverante (addit " *Vita Præfata*) Sancti Pauli Castrum postmodum Carolo " deditum destruxit, & munitiones omnes in planitiem " redegit, & ipsum in posterùm quietius degere, & " agriculturæ, quam priùs circumquaquè debaccando, " inhibuerat, operam dare invitum coegit; sed posteà, ut " dicunt, necessitate in voluntatem commutatâ, hic ipsum " visus est libenter amplecti, & quamdiù idem Princeps " advixit, commodius arbitratus est pacis securitate gra-" tulari, quam rapinarum & incendiorum jacturis tur-" bare & turbari. Ita *vita* Sancti Caroli Boni Authore " *Waltero* Archidiacono Morinensi.

" Carolus iste ait *Iperius* Hugonem Comitem Sancti " Pauli vicit, & Castrum Sancti Pauli cum aliis muni-" tionibus ad terram usquè prostravit, Walterum Hesdi-" niensem Comitem sibi subdidit, & eo de terrâ fugato, " Comitatum alteri tradidit; sibi tamen necessaria assig-" navit, &c. Sic autem *Oudegherst*; ad eundem annum idiomate vernaculo.

Au moyen de quoi, le Comte de Flandres (Charles le Bon) assembla une troupe de Gens, & assaillit le Chastel de S. Pol, qu'il fit démolir, prit Prisonnier le Comte Gaultier de Hesdin, lequel il desherita perpetuellement de sa Comté, qu'il apliqua au Domaine & à son Pais de Flandres.

" Tandem hæc Lego in aliâ Comitum Flandriæ Genea-" logiâ, ad prædictum annum, cum sublimatus esset " (Carolus) in regno Ecclesiam S. Audomari ingressus, " cum principibus Regni primam curiam tenuit."

" Et eodem anno 1119. Castrum *Sempol* in quo Hugo " perfidus Campus avenæ dictus, prædonesquè multi " latitabant penitùs detruxit, fossamquè circumfluentem " impleri jussit, perversorumquè munitiones undiquè " viriliter delevit & sibi Regnum Nobiliter subjugavit."

Perfidum vocat Hugonem Autor Flander sicut & *Meierus*

qui de eodem Hugone scripsit *in fide contineri non posse* contendens uterquè Comitem & Comitatum Sancti Pauli immediate à Flandrico dominatu pendere, at perperam, undè hujusmodi scriptores pluribus repressit Fiscus regalis *D. de la Guesle*, Libro peculiari ut præfatum est.

Profuit Victo Hugoni sincera reconciliatio cum humillimo Victore, etenim anno 1122. Carolus ipse agnovit & declaravit Hugonem Comitem Sancti Pauli Eustachium Bononiensem & Robertum Bethuniensem curiæ suæ primores in judicando. (*a*)

Per hæc tempora Godefridus D. *de Rullecourt*, (Al. Rollecour) stimulante Roberto Attrebat. Episcopo Prioratum excitavit in Vico *de Bailleulet* duobus Milliaribus ad meridiem à Fano Sancti Pauli abjuncto, quem Personatu exstante ad pagum *de Baillœul aux Cornailles*, juxtà eundem Prioratum ad Orientem ditavit ad suam collationem: Ipsum suo ævo pendere à Monasterio Bertiniano Aud. Scribit *Locrius*, jàm verò ad asceterium *de Samer* in Bononeso ad mare pertinet

Anno 1123. Hugo agrum suum *de Paldinghe* Broburgo adjaçentem donat Loci Monialibus in gratiam Gothildis Antistitis & Clementiæ Fland. Comitissæ Sororum Calixti Papæ. (*b*)

Moritur Hugo II. Candavena Secundus nomine anno 1126. vel circà. Arci ejus Paulinæ præerat Castellanus Hugo Avenæ. (*c*)

(*a*) *Duchéne.* (*b*) *Vide P. Malbrancq, T.* 3. *pag.* 708. *& Seq.*
(*c*) *Locrius.*

PROPAGO HUGONIS II.

Ex Helisente genuit masculos duos & fœminam.

1. Ingelrannum in Palestinâ interemptum.

2. Hugonem, qui sequitur, &c.

3. Beatricem nuptam Roberto *de Boves*, ut patet in Genealogia à *D. La Morliere*, contexta in suis Ambian. apud quos Beatricis obitus consignatur his Necrologii verbis.

4. *Nonas Martii obitus Nobilissimæ Matronæ Beatricis Sororis Hugonis Comitis de Sancto Paulo strenuissimi Militis & uxoris Roberti D. de Bova & Matris Thomæ Præpositi hujus Ecclesiæ.*

Tradunt bonæ notæ Scriptores Hugonem nostrum Secundas contraxisse nuptias cum Margaretâ *de Clermont*, Caroli Boni Flandriæ Comitis relictâ, è quâ geniti

1. Radulphus, &
2. Guido.

Imò Autumat *D. Duchêne*, nostram Beatricem non è primo, sed ex hoc secundo ortam connubio. Hugo obiit Primus, multo confectus Senio, Margareta subindè tertio nupsit Balduino *de Encheriis*, &c. (*a*)

Quandòquidem præcipuum Annalium munus est ex *Tacito*, ut non solùm virtutes scribantur, sed & vitia, quo pravis dictis factisquè ex posteritate & infamiâ metus sit; hinc priusquàm articulus hic expediatur abs re non erit lectori aperire quid de supràdicto Roberto de *Boves* in Historiâ compertum est, ut sponsæ suæ Beatricis innocentia, nec non & gentis Campavenensis splendor & potentia palàm & planius fiant.


Itaquè Robertus ille vir admodum truculentus & adeò suspiciosus fertur ut uxorem fidei violatæ suspectam haberet, quid indè? auscultemus Dominum Waterlo Canonicum Regul. Cameracenum.

„Anno MCLV. miraculùm quod hujusmodi temporibus „Roberti Tyranni Filii Thomæ *de Cochi* contigit, primò „posteris memorandum, prædictus verò Tyrannus suspicio- „nem pessimam circà uxorem diù in mente deliberans, cum „nequaquàm illam ludibrio ac voluntati timore parentum „illius posset turpiter illudere, quia Nobilis erat, utpotè „Filia Comitis *Campdavene*, tamen unam de famulabus illius „quæ familiaris semper ei in obsequio cernebatur, & quosdam „de familiâ, utpotè conscios actuum Dominæ suæ, in „conspectu multorum accersivit, criminavit ac pessimè „divulgavit. Statim illos comprehendi jussit absquè rationis

(*a*) *Duchêne.*

„ libramine , sicquè indiscussos & inauditos in quodàm „tugurio extrà oppidum deduci præcepit, rogoquè succenso „in medio eos præcipitare mandavit. Sed illa virtus antiqua „& verè Divina, quæ tres Pueros de incendio ignis liberavit „temporibus Nabuchodonosor Regis, non defuit, sed affuit. „Ignis quippè in conspectu omnium tugurium devoravit, „eorumdem ligaturas incendit, Capillos vel vestimenta eorum „in nullo pœnitus fuscavit. Sic sine læsione rogi; Deo „miserante ac concedente illæsi exiere, magnificas gratiarum „actiones Christo Domino liberatori suo ex intimo cordis „reddidere &c. (*a*)

(*a*) *Duchéne, Hist. Guin.*



HUGO III. CANDAVENA SANCTI PAULI
COMES DECIMUS TERTIUS.

HUGO Secundò ex Helisende, genitus nupsit Nobilissimæ Dominæ, cui Nomen Beatrix, cujus genus latet nos.

Anno 1127. Subscribit Litteris Guilielmi Normanni Flandrensium Comitis, quibus ad instantiam Burgensium Fani Sancti Audomari confirmat eorum Leges & consuetudines 18. May. (*a*)

(*a*) *Duchéne.*

Illâ quoquè tempestate Hugo Campus-Avenæ & Walterus ex Frorerdeflo cum suis apud Ariam Castrum insultum fecerunt, ubi Willelmus... adulterinus Comes Iprensium intus se suos receperat, & Locum & Castrum præmunierat. Ipse enim Comitatum arripuerat, violenter obtinuerat Flandriarum Castra & munitiones adhuc plures Sc. Ipram Castrum, Formesellam Oppidum, Casletum Castellum, Furnum Castrum, Ariam Castrum, & omnem Viciniam circà Castra prædicta, & Bergas Castrum &c. Ipse namquè de lineâ Comitum spurius erat, atquè ea affinitate Cognationis Comitatum obtinuisse existimaverat. Duos igitur Milites Præfati Principis dejecerunt, & æquos quinquè lucrati sunt. (*a*)

Anno 1129. Hugo Commendatur in numero eorum qui adesse debebant nuptiis Willemi Bitunienſis Advoc. cum Clementiâ Hugonis Castellani Cameracensis &c.filiâ; verùm excessibus suis posterioribus nomini labem non modicam attulit in varias Morinorum oras sæviendo.

Anno 1131. Aluisius Episcopus Atreb. Albiniensem Ecclesiam Canonicis Sęcularibus qui inibi (*Aubigni*) agebant dimissis, Hugoni Montis Eligiani Abbati tradidit, impertiitquè Facultatem aliquot sui Monasterii Monachos Deo in perpetuum ibi militaturos transmittendi, qui sub uno Priore conviverent, idquè in nostra tempora perseverat; (de assensu nostri S. Pauli Comitis) Approbarunt Eugenius III, & Alexander III. Pontifices Max.(*b*)

Eodem anno, Hugo Primùm in Richarianos insurgit, quorum partes cum cerneret complures dynastas, qui è *Colletonum* (Gallice *Colletois*) familiâ oriundi, Bellrinio (Gal. *Baurain*,) totâquè Castellaniâ dominabantur, tueri, coactis undequâquè viribus, certus est Centulam adoriri & oppugnare, non nescius Colletones illos intrà ejus pomæria delitescere, munitionemquè augere Civitatis.

Hugoni Candavenæ junxerunt se Auxiacensis dynasta ad Altheiam Fluvium prædia sua longe latequè exporrigens,

(*a*) *Galterus not. in Bolland.* 2. *Martii.*
(*b*) *Ex Monum. Eccles. Attreb. & Iperiæ.*

deindè Bellovallensis *Beavuel* & Saltiensis (Gal. *Saultii*) quibus castella erant munitissima & cum Hugone omnibus aliis Satrapis potentiâ prævalebant, propterea omni studio nitebantur Colletonum familiam in dies accrescentem deprimere.

Stricto igitur obsidio Richariopolim cingunt, Machinas admovent & Catapultis impetunt; sed cum Mœnia crebris & validis turribus interciperentur; collocarant in iis *Colletones* sagittarios insignes fundibularios, balistarios qui continenter, ita in hostem ejaculabantur, ut non-nisi cum capitis discrimine integrum esset accedere.

Indignatus Hugo frustraneos adeò conatus & suorum stragem, ad industriam non tenuem se convertit, Græcis ignibus, ut vocant, missili ferro inhærentibus ejaculatum in D. Richarii Basilicam, & in varias Urbis partes: quod sic interiora penetravit, ut Monachus Summo Sacro ad ARAS operans eo correptus arserit, factusquè victima turbatis misteriis occubuerit: etiam tactum Archivium (quod summoperè indoluerunt ascetæ) tabulas publicas & privilegia dedit incendio: multi deindè in eâdem Basilicâ haud abiere immunes: pariter per omne oppidum quâ viri quâ mulieres, quâ infantes eo igne percussi ad bis mille & septingentos sunt interempti. Ita porrò fert ejusdem Ecclesiæ Martyrologium Quarto Calendas Septembris Sancti Joannis Baptistæ Festo die anni 1131. At sic *P. Bollandus.*

" Anno Domini CIXXXXI. V. Kal. Augusti, Hugo
" *Campd'avaine* Comes Sancti Pauli, quod inimicis qui-
" busdam suis Centulæ concessum esset asylum, sibi verò,
" ne id profano furore violaret, portæ obseratæ, igne
" Græco totum oppidum succendit: tali modo (*inquit*
" *Chronicon Centulæ minor*) quod Religiosus ut Missam
" magnam celebrans contrà majus altare fuit combustus,
" & cum eo tam in Ecclesiâ quàm in Villâ MMDCC.
" promiscui generis igne & flammâ mortui sunt, &c.

Satis superquè habuit Sanpaulanus eam cœdem innocuis creasse, Jovem se alterum quodam modo deprædicans,

ſed caro ei conſtabit ea obſidio ut ſequentibus annis narrabitur.

Inſecutum eſt enim illud Remenſe Concilium ab Innocentio habitum Pontifice : quo ſe contulit Anchierus Abbas , cum Milone Terüanenſi & Epiſcopo Ambianenſi,quæribundus ſuper ſuâ Eccleſiâ Prænobili , quam ita defœdarat Hugo Candav. tot Innocentium cæde furias ſuas exſaturans , audivit etiam Innocentius, ac primùm iſtius Comitis cauſam Epiſcopis ac proceribus poſtmodùm Ventilandam relinquens, cum iis convenit, ut intereà quiſquè de ſuo non nihil numeroſo Sancti Richarii Aſceterio per haſce ærumnas ſubveniret , undè Simon Tornacenſis Epiſcopus præ cæteris quidpiam ratum fixumquè voluit primùm Rhemis , dein Brugis , cujus territorio *Bredenaye* Eccleſia, Tornacenſium Juris, hactenùs binis Præsbiteris luculentam ſuſtentationem ſuffecerat. Quare cautum eſt , ut unius ſolummodò Præsbiteri munere utatur Eccleſia , ſicquè alterius portio Centulenſibus Monachis obveniat. Actum Brugis anno 1131. (*a*)

Anchiero igitur Abbate Religioſiſſimo , agente in Remenſi illo Conſilio non nihil in Candavenam animadverſum eſt : quæ verò ſequuntur facinora , Pontificium telum magis in eum exacuerunt. Cum ſcilicèt pro libitu nequiiſſet in *Colletones* illos ſibi infenſiſſimos hoſtes furorem & omnem ſtomachum evomere, id in eorum caput viſum eſt perficere. Animadverterat Robertum Pontivi Comitem Sanguine ſibi vinctum venationibus ſeſe plurimum oblectare & frequenter , itaquè obſervat horam, quâ Redux Domum advolaret , partitoquè per binos ternoſve viarum exitus luculento Satellitio , ex inopinato Comitem adoritur & obtruncat immaniſſimè, quò Hugonem ejus filium , & omne in ſe Pontivum concitavit , dein ſubſecuto facinore omnes interioris Galliæ Epiſcopos , ſed nondum ſtatim finis.

Sudes ei erat in oculis Præsbiter quiſpiam è Vico Bellovacenſi (Gallicè *Bauvois*) ad Altheiam fluvium Dur-

(*a*) *Vide Hiſtoriam Eccleſiaſticam Abbatis Villæ.*

lensum inter & Alxiacum : is ex candidâ animi libertate paulo audacius in Sanpaulani Comitis intolerabile imperium invehebatur : hinc nescio quibus furiis œstroquè percitus, convolat in ejus ædes, illic non reperto, rectâ in Templum se vertit, & furore omnem loci Reverentiam amovente, transfodit ad Aras operantem.

Tum atrocitate facinoris permoti Præsules, ad Innocentium Papam scripsere, qui brevi respondit non solùm Episcopis, sed etiam acerrimis litteris ipsum Hugonem perstrinxit, eum dirissimo Anathemate ferientibus; quot verba tot fulmina visa sunt legenti, ingentem prætexens scelerum ab hujus sæculi exordio patratorum Catalogum, indignum arguit qui principis Christiani gerat nomen, indignum, quem mundus sustineat, dignum verò, quem, sese aperiente sursum terrâ, vivum inferi diglutiant cum Dathan & Abiron; ubi non Greçcos illos ignes quibus Centulam adussit, sed mœretur sempiternos, æternumquè lancinantem tot scelerum conscientiæ vermem. Quantùm pudere debeat Comitem Sancti Pauli se insignire nomenclaturâ, & plusquàm Diabolica excogitare flagitia, Judeus olim semel superno ictus fulmine, sapuit in posterum, ipse verò cum tot jàm Episcoporum Comminationibus induruisset, propterea dandus sit Sathanæ & Angelis ejus in interitum.

Porrò Rex ipse Ludovicus tot & tantis motus excessibus Alvisio Atrebatensi Episcopo mentem his Epistolæ suæ verbis explicat, " Ludovicus Dei gratiâ Francorum " Rex Alvisio venerabili eâdem gratiâ Attreb. Epis. amico " & fideli nostro Carissimo salutem.

" Super hoc autem quod de Tyranno & Sacrilego illo " Hugone Campo Avenæ nobis significastis vestræ pru" dentiæ respondemus, quod quidquid vestra ordinabit " discretio, quod ullo modo super hoc facere possimus " aut debeamus, pro amore vestro aggredi & exequi " omnino parati sumus, &c.

His & hujusmodi mirificè punctus est Candavena sed magis, ut vidit sibi Templa obserari, Sacramentorum

uſu interdici, privari ſe ſpiritualibus ſuffragiis & Sanctorum communione, velut a lue tacto fugere mortales, à familiaribus, domeſticis, à parentibus ipſis exſibilari, non potuit quin intimum pectoris in Conclave ſecederet attentiuſquè animæ ærumnas meditaretur; ita ut Præſules ipſi, ad quorum genua jàm ſeſe acclinat, mirarentur abjectos oculos inſuetum in facie pallorem, quæ priùs vibrare fulmina quodammodò videbatur. Jàm lautiores menſas ſubterfugere, pravorum conſortia declinare quibus ad peſſima quæquè erat incitamento, ſcelerum ſuorum deteſtari magnitudinem, deniquè irrequieto eſſe animo, dùm præmente nimium *Excommnnicationis* nexu ſolvatur.

Tranſmiſſus primùm Romam libellus ejus ſupplex, & deſcripta hominis truculentiſſimi in manſuetiſſimum converſio; & cum *Benjamin Lupus rapax* factus ſit agnus, quid de Sancti Pauli Comite ſit agendum? lætus admodum hâc animi converſione Innocentius, mandavit abſolvi reum, modo inſignem mulctam tot diſpendiis conſentaneam ſubeat. Non prætermiſere hanc Pontificis Legem Epiſcopi, quin ita implevere, ut planè quis cenſuerit *menſuram coagitatam & ſuperfluentem*, ſed ejus in animæ bonum eos præfixiſſe: equidem anno 1137. coactus Epiſcoporum cœtus in quibus Ambianenſis Guarinus, Sueſſionicus Joſlenus, Terüanenſis Milo, Atrebatenſis Alviſius, Noviomenſis Simon, Bellovacenſis Odo, (hi porrò maximè ejus impios Conatus perſenſerant) communi Sententiarum Decreto ſtatuerunt, ut Hugo Comes peccata ſua, quo grandiora, eo grandioribus eleëmoſynis redimeret. In primis Sancti Richarii urbem antiquiſſimam, Cœnobiumquè nulli ætati, ſexui, nec ordini parcens, veſano igne graſſatus Maximo Domorum excidio, cœdibus hominum crudeliſſimis affecerat: quo circà ipſe & Beatrix conjux ampliſſimi territorii (360 turriti pagi in eo numerantur) Comites ad Monaſterium opportuniore ad flumen loco exædificandum, variiſquè poſſeſſionibns locupletandum addicuntur.

Delectus Quantiæ fluvius, qui præter cæterorum fluminum morem trutarum (quos troctas à voracitate Greci appellant) est ferax : quod ea ferantur ad ortum contrà vim fluminis, obnitentes, levibus pinnis remigando, non procùl ab fluvii istius principio collocatum domicilium, nequè etiam procùl à Fervento Sampaulani Comitatus oppidulo, ubi piscinę seu vivaria (quod Cistersiensibus ad quorum Regulam efformandam institutum commune est,) spatiosissimè exporrecta visuntur, piscatu non infœcundo, uti ab alterâ parte Sylvæ & nemora materiam lignandi & ædificandi suppeditant amplissimam; evasit porrò Monasterium structuris adeò præcellens, ut complures Principes ac Heroïnæ maximè Sanpolenses non alium sibi delegerint tumulum, ære vel marmore dædalæâ prorsùs manu elaborato divitem, in Primis Hugo ipse ibidem sepeliri voluit anno 1142. undè inibi hæc leguntur Disticha.

CLARA DOMUS MULTOS, CONDIT TELLURE SEPULTOS,
PAULINOS COMITES, VENDOMIOSQUE DUCES,
ET LICET EXTREMIS PATRIÆ, SITA FINIBUS EXTET,
TUTA TAMEN QUOVIS, SEMPER AB HOSTE FUIT,
NUMINIS ID PIETAS FACIT ET CLEMENTIA REGUM.
PRO QUIBUS ASSIDUAS FUNDIT AGITQVE PRECES.

Cum jàm de Monastici Ordinis genere ageretur; suasum à Præsulibus Hugoni, ut Antisiodorum se transferret, illicquè attentius viseret Cistercīensem quampiam familiam magni Bernardi institutis florentissimam, è quâ haud dubiè nonnullos adcisceret sibi, qui cœptas ad Quantiam Morinorum cellas excolerent perlubenter, uti reverâ evenit; nàm Præsulum istorum commendatitiis fretus, egregium indè sibi assumpsit manipulum, Duce Jordano Pontiniacensibus oriundo qui primam Abbatici muneris Obiit dignitatem, & eo lubentius quo amplissimum sibi vidit aperiri Campum ad copiosam admodum ascetarum multitudinem adgregandam : namquè uti jàm innuimus, Præsules

vicina circumquaquè Hugonis obeunte Lati-fundia, censuerunt plurima illic terræ præsertim Arabilis, nonnullaquè pascuæ jugera Monasterio attribuenda; miratus Primâ fronte Comes Episcopos in vastam quidem prædiorum suorum amplitudinem, sed falcem nimium prodigam immittere, responsum verò, nihil hic immodicæ libidini & enormi peccatorum ejus numero dissentaneum.

Numerant autem Caricampenses ascetæ in tabulis suis terræ Arabilis jugerum duodecim millia, pascuæ verò duo millia; undè conjectes ingentem fuisse Hugoni mulctam impositam, quæ porrò fertur accrevisse duplici alio Cœtu erigendo, seu ampliando, scilicèt Ursi Campensi, seu Auri Campensi, & Claro Campensi, sed perperam, etenim Ursus Campus exat in Diœcesi Noviomensi fundatus anno 1126, à Simone Præsule: & Clarus Campus in Diœcesi Trajectensi fundatus anno 1165. Attamen ad annum 1140 lego Comitem nostrum, quo ęvo Caricampum, eodem alteram Ord. S. Aug. Condidisse Abbatiam Fagetum seu Flagetum (gal. *Clairfay*) nuncupatam, quę temporis iniquitate concidit: extabat autem Attrebatum inter & Ambianum in Pontivi finibus, cujusque donationem Anselmus filius ratam habuit, addito jure justitię inferioris & superioris, totoquo loci dominatu: ipsius Abbatię proventibus donatus est D. *Fauvet* Ecclesiæ S. Quintini Cantor, &c.

ANNALES CISTERCIENSIS Ordinis fundationis annum assignant 1137, ut patet ex his Gallicis versibus qui in eorum Bibliothecâ leguntur.

L'an mil cent trente quatre & trois,
Pour avoir gloire Souveraine,
Regnant LOUIS sur les François,
Et INNOCENT en Cour Romaine,
Le Noble Comte Hues Campd'Avaine,
Alla querir en Auxerrois,
Abbé & Convent qu'il amaine,
Cy servir Dieu le Roy des Rois.

(a) D. *Faunier Benedictinus. Recueil des Evêchés & Abbayes.*

Qui verò versus non sic intelligendi sunt quasi hoc anno Monasterium Cœperit, cum quatuor adhuc annos sustinuisse testetur vetus ejusdem Domus *Chronicon* quod in *Ferreoli Locrii* Bibliothecâ vidisse se *Miræus* perhibet; concordantibus Pontigniaci tabulis, itemquè Chronologiâ Ecclesiarum Cisterciensium. Hoc ergo anno ædificium cœptum est, forte & ascitus Guicardus ex Pontigniaco lustrando loco, exibendoquè exemplari ad cujus instar officinæ perficerentur. Nec aliud credo voluere *Locrius* & *Miræus*, dum in hunc annum referunt initia Domus. Qualiter autem quadriennió perfectum opus, Monachos tandem Abbatemquè susceperit anno 1141, quo evenisse constat, refertur ab Angelo *Manrique* in Annalibus prædictis. (*a*)

Cœterum ut omnium oculis pateat quàm congruè Hugo indiderit suam Monasterio nomen-claturam *Chercamp* seu charum campum nuncupando, juvat huc afferre quæ ipse & alii suæ ditionis proceres contulerunt, quæquè rata habuere Theodoricus Ambianensis & Milo Morinensis Episcopi, hoc Diplomate.

In Nomine Patris & Filii, & Spiritûs Sancti. Amen.

Ego Theodoricus Ambianensium, & Milo Morinorum Dei Gratiâ Episcopi, tàm præsentibus quàm futuris in Christo fidelibus in perpetuum. Sæpè longiturnitas temporum aufferre solet notitiam rerum; labilis enim & caduca naturę humanæ conditio, dùm juxtà morem deperit, subsequentem nimirum se à certitudine transducit, ea propter, fili Hugo Abba Venerabilis Caricampi, collatas à devotis viris eleemosinas tibi Monasterioquè tuo in perpetuum possidendas, scripto & memoriæ commendare curavimus, quarum eleemosinarum nomina condonatoribus suis subscripsimus.

Noverint igitur omnes homines, tàm præsentes quàm futuri, quod cum diù Hugo *Candavene* propter combustionem Villæ Sancti Richarii sub Anathemate mansisset, tandem concedente Domino Papa Innocentio meruit ut pœnitentiam in terrâ suâ ageret, & de suis possessionibus Abbatiam quamdàm construeret. Ecclesiam itaquè Cistertium,

(*a*) *P*, 331 & 417. & *Seq*.

quæ de Caro Campo dicitur, constituit, quem terris & possessionibus dotavit: hæc sunt nomina possessionum. Tertia pars Haiæ atquè Cari Campi, terra ad duas Carrucas, & quidquid juris in eodem territorio habebat. Hoc laudaverunt filii ejus Engelrandus & Hugo, Anselmus, Radulfus & Wido, hujus rei testes sunr Balduinus Sacerdos S. Hilarii, Arnulfus Clericus de Sancto Paulo, Andreas de Baldemento, bona fides Monachi, Adam *Chareth* & Hugo de *Hestruz*, & multi alii.

Anselmus de *Paz* dedit Beatæ Mariæ medietatem Cari Campi. Hoc laudaverunt Helfridus frater ejus & sorores Ælidis, Gisla & Enmna. Huic rei intersuerant Hugo Comes *Candavene* & Balduinus Sacerdos Sancti Hilarii, Atnulfus Clericus de Sancto Paulo, Andreas de Baldemento & bona fides Monachi, Balduinus & Gosselinus de Ortevilla, Hugo de *Hestruz* & Adam *Chareth*.

Mainardus de Maritaniâ dedit se Beatæ Mariæ & quidquid habebat in territorio Cari Campi; hoc concessit *Miriadoil* & uxor ejus Clemens & filii eorum Engelrandus, Balduinus *Miradoil*, & Arnulfus, & filia Clemens.

Radulfus *Luvel* dedit Beatæ Mariæ Medietatem terræ Cari Campi & nemus, hujus rei testes sunt Hugo *Candavene* & Engelrandus filius ejus, Andreas de Baldemento & bona fides Monachi, Balduinus Sacerdos Sancti Hilarii, Arnulfus de Sancto Paulo, Balduinus & Gosselinus de Ortevillâ, Robertus de *Durlez* & Hibertus frater ejus, Robertus *Wastavene* & Odo frater ejus, & Hugo de *Hestruz*, Nicolaus de *Erin*, Adam *Chareth*, Robertus de *Hailly*, Bacheler de *Heseche* & multi alii.

Engelrandus de Vaccariâ, & Rogerus dederunt quidquid habebant in territorio Cari Campi, quod laudaverunt filii eorum Petrus, Mainardus, Balduinus, Engelrandus, Radulfus & frater ejus: hujus testes Radulfus *Luvel*, Rogerus *Spinoe*, Vivianus de *Paz*,

Lambertus de Arbruviis dedit B. Mariæ, quidquid habebat in territorio Cari Campi: *Burnel* & filii ejus Vivianus de *Paz* & Landricus Frater ejus, Rainelmus concesserunt B. Mariæ, quid-

quid habuerunt in territorio Cari Campi. Hujus rei testes sunt Anselmus de *Pas*, Balduinus Sacerdos S. Hilarii, Radulphus *Luvel*, Hibertus Disalteus, Rogerus *Spinoë* & Balduinus filius ejus, Galterus *Gohart* & Hubertus de *Vaux* & uxores eorum, filii & filiæ eorum concesserunt B. Mariæ, quidquid habebant in territorio Cari Campi, hujus rei testes sunt Rogerus de *Spinoë*, & Balduinus filius ejus, Girardus Sacerdos de *Bailli*, Amaisardus, Odo & Joannes filius ejus. Hoc factum est anno ab Incarnatione Domini, MCXXXVII.

Anno 1138. Hugo Candavena Religiosorum Virorum Consiliis acquiescens & suam culpam recognoscens, Canonicas Sancti Gervatii de Encrâ quas contrà Canonum instituta jure hæreditario usurpaverat & diù per peccatum suum tenuerat in manus Dom. Guarini prædecessoris nostri reddidit, & ut eas Monasterio Sancti Martini à Campis redderet, postulavit. (*a*)

Eodem anno Hugo & Filius ejus Hugo subscribunt Cartæ Theodorici Comitis Flandriæ, quâ confirmat donationes à se factas Ecclesiæ B. Mariæ de Dunis in Furnensi territorio Sitæ. (*b*)

(*a*) *Theodoricus Ambian. Episc. in suo Diplomate.*
(*b*) *Ex Cartulario Clarim.*

SERIES
Abbatum Monasterii Cari Campensis.

HUgo Campavenensis prisce Campus Avenæ & Beatrix ejus conjux, Amplissimi territorii Sancti Pauli Comites Caricampense Monasterium à fundamentis exædificant, Variisquè possessionibus locupletant anno 1137. (*a*)

In hoc Asceterio præfuerunt qui ex Ordine sequuntur Abbates.

Dominus Jordanus. Pontiniaci in Natalitio solo, obiit anno 1142.

D. Hugo. ejus tempore incoatum fuit Cœnobii Templum, quod longè est Am-

(*a*) Vid. *Locrium p.* 294.

plissimum, obiit 13. Maij 1154.

D. Urbanus. Obiit pridiè Cal. Sept. anno 1166. inquè Capitulo, ut vocant sub marmoreo Monument. ejus Corpus tumulatum.

D. Helselinus. Obiit Pontiniaci in Patrio Solo.

D. Albanus Obiit 1181.

D. Petrus. Obiit 4. Maij 1188.

D. Artandus. Is Præfecturam Hugoni resignavit atquè Pontiniacum, ubi Professus, concessit.

D. Hugo. Et hic dignitate abdicatâ, Pontiniacenses pariter repetit, undè in Ungariam ad aliam accersitus Prælaturam, ibidem vitæ terminum posuit.

D. Urbanus. Hic varias possessiones ab Aroasiensibus prętio acceptas, Monasterio acquisivit.

D. Robertus. S. Theologiæ Doctor, à quo Templi Ornatus magnopere crevit: pręfuit annis viginti.

D. Aroaldus (fortè Alardus.) rexit annis 14.

D. Adamus. Hic Bellorum iniquitate fractus, dignitati renunciavit.

D. Robertus. Sub quo mitior Aura affulsit.

D. Vedastus. Monasterio non modice profuit.

D. Joannes. Rexit an. 22.

D. Willardus Eo regnante Ecclesia Caricampensis Asceterii Deo Optimo Maximo, ejusquè S. Matri fuit dedicata anno 1262. sedentibus Petro Attrebatum, & Rodulpho Morin. Episcopis, atquè Gilleberto Bertinensium Abbate, sub Roberto Illustri Principe Fladriarum.

D. Gerardus. Interfuit Translationi Reliquiarum Attrebatensium, quàm Guillelmus Isiacus Episcopus, anno 1287. est operatus.

D. Martinus. 3. Præfuit annis.

D. Joannes. 2. S. Theologiæ Licent. annis 15. imperavit.

D. Nicolaus. Obiit 18. Feb. jacet in Capitulo sub Tegumento Marmoreo.

D. Joannes. 3. Rexit annis 11. indè Paralisi tactus dignitati cessit, Sept. 14. mortem oppetiit, atquè Capitulum Sepulchri locus fuit superjecto marmore, cui insculptum legas; *hic jacet Dom. Joannes vigesimus primus Abbas Cari-Campi Obiit.*

D. Joannes. 4. etiam & & hic in Capitulo quiescit sub marmore in cujus super-

ficie ſcriptum. *Hic jacet D. Joannes de Cheſalo, Venerabilis quondàm Abbas* 22. *Cari-Campi*, obiit 20. Feb.

D. Guillelmus. Ex *Nova-Villâ* oriundus.

D. Ingerramnus Rexit 16. annis.

D. Joannes Quintus.

D. Robertus Secundus. Obiit 27. Aprilis.

D. Thomas. Obiit 10. Janu.

D. Joannes Sextus, obiit 7. Aprilis.

D. Joannes Septimus, Pariſiis dùm Monaſterii negotia curat fatum oppetit.

D. Joannes Octavus, Obiit 31. Maij ſepultuſquè in vetere B. Mariæ Virginis Sacello.

D. Petrus Romæ, Obiit 20. Aprilis.

D. Joannes Nonus, præfuit anno 9. Templi ſui Campanile inchoavit, atquè Nobili datum piramide ad Coronidem perduxit.

D. Ingerramnus *Crequius*, Gal. *de Creques* hic annos totos octo ſuprà viginti rexit, atquè ædificiis Cœnobium auxit pietatis gloriâ celebris. Obiit anno 1484. 14. Decembris, jacetquè in Beati Bernardi Sacello, ubi hodieq; Gallicum ejus legitur Epitaphium.

D. Joannes Decimus. *Laurentius Le Francq*, cognomento, rexit annis 19. villam Bucci, *Bouc Maiſon*, prætio comparavit. Obiit anno 1503. 23. Auguſti è Regione Sacelli B. Joannis Baptiſtæ tumulatus.

D. Ludovicus *Vignon*. Hic molam alatam ſivè pneumaticam (ut Junius loquitur) *Bucci Villæ*, adjunxit. Obiit 1512. Jan. 12. communem in Templo ſuo cum Nicolao *Vignon* & Philippa *Morel*, Parentibus ſuis iniit Sepulturam. Anno 1506.

D. Petrus Cognomine *Bonus*, aliàs Ambianenſis Sacræ Theologiæ Baccalaureus; qui Pariſiis anno 1512. per Ciſtercienſem Antiſtitem inauguratus, omnium etiam principum totos 38. quibus præfuit annos cumulatiſſimè ſatisfecit votis. Obiit anno 1550. Auguſti 21. ætat. 84. in chori medio fœlicem illam diem expectat.

D. Joannes Undecimus, *Rougetius* ejus tempore, ſc. anno 1558. arſit Eccleſia cum Campanili. Obiit Attrebati anno 1569. Prid. Cal. majas atquè in Templum ſuum relatus eſt.

D. Philippus de *Santy*,

anno 5. præfuit, Templiquè ruinam instauravit. Obiit 16. Aug. anno 1575.

D. Germanus *Pecqueur*, hic 3. an. præfuit. Obiit an. 1578. Aug. 15.

D. Eustachius de *Bayard*, Al. *Gantau*, rexit 36. an. ob. 1613. 8. Augusti.

D. Philippus de *La Haye*, Sacratus ab Epis. Audomar. An. 1614. Obiit 1618. Sept. 17.

D. Franciscus *Monchiet*, inauguratus à D. Abbate Cambronensi Belgii Vicario generali an 1618. Ob. 1626, die Cinerum.

D. Jacobus *Le Maire*, ab eodem Præsule Benedictus in Abbatiâ *Desprez*, Duaci 1626. Obiit 16...

D. Antonius *Gery*, Obiit Audomari.

D. Ludovicus Secundus *Le Liévre*, Obiit etiam Audomari an. 1658. tumulatus apud confratres de Claro Marisco, ubi Regulam Professus; præfuit an. 8.

Hi duo postremi Abbates rexerunt minimè pacifici, quod ab Hispaniarum Rege fuerant nominati, & eo ipso tempore Rex Galliarum unum de suis elemosinariis constituerat nomine *Picot*, qui Litteris non obtentis Abbatiam cessit D. Cardinali Mazarino: hic autem in ascetterium Copias direxit frequentes ut sibi solverentur Abbatiæ redditus qui subsunt ditioni Gallicanæ; & hoc ita gestum, quia facta oppositio Litteris Patentibus ejusdem Cardinalis, subindè verò D. *De Lionne* Regni Minister & Romæ Legatus Bullas pro filio obtinuit, qui primus fuit Abbas Commendatarius.

D. Justus Paulus de *Lionne*, anno 1663. obiit 5. Junii 1721.

D. Guillelmus *Dubois* Primus Regni Minister & Cardinalis, Abbas nominatur à D. Duce Philippo Aurelialensi, Regni Regente: Obiit anno 1723. 10. Augusti.

D. Ludovicus Tertius, Borbonius de *Condato* Comes de *Claromonte*, Regii Princeps Sanguinis ætat. 15. nominatus Abbas anno 1723.

A Condito pœnè Cari Campensi Cœnobio, gravioribus facinoribus abstinuit Camdavena, non tamen martio exercitamento: nàm apud S. Bertinum legitur ad Verbum.

" Anno 1140. Stephanus Rex Anglorum, & Balduinus "Hannoniensis Comes cum Hugone Candavena contrà Theo- " doricum Comitem Flandriæ conspiravit, quibus ille non " sine illorum gravi jacturâ, ferro, hominum captione, " Animalium deprædatione, & castrorum subversione vasta- " tis, Viriliter resistit. Conspirationis causa non legitur, quæquè sit, profuit Hugonem compescuisse, & ad mentem, suæquè animæ tutelam reduxisse, equidem biennio exindè ægritudinibus apprimè pulsatus, de medio sublatus est, 1142. *Ex Monu. Cari Campi.*

Anno præcedenti 1141. Hugo Candavena Ratum habuerat jus Abbatis Fiscamensis in Blangiacense Monasterium hoc Diplomate.

" Notum sit omnibus, tàm præsentibus quàm futuris, " quod ego Hugo Candavena Comes S. Pauli Domini Henrici " Fiscamensis Abbatis, videlicèt amici & cognati mei petitio- " nibus ammonitus Ecclesiæ Fiscannensis in Blangiacensi Eccle- " siâ jus antiquum & pristinam dignitatem, quam Prædecesso- " res sui temporibus Antecessorum meorum habuerunt, Re- " cognovi & concessi, & Sigilli mei autoritate perpetuo te- " nendam confirmavi. Hujus autem rei testes fuerunt ex parte " Prȩfati Comitis Godefridus Cancellarius suus, Arnulfus & " Henricus Sancti Salvatoris Canonici, Hugo de *Estruz*, " Robertus de *Asli*, Henricus de *Frevent*, Gauterus *Pisat.* " Ex parte Abbatis Gislebertus Abbas Blangiacensis, Godescal " Abbas de Aucieo, Milo Tervanensis Archidiaconus, Ale- " xander Canonicus, Rainaudus & Rogerius Fiscanenses Mo- " nachi, Isaac & Joannes frater ejus, Hugo & Droaldus " de Blangiaco. Anno ab Incarnatione Domini MCXLI. Actum " est hoc apud Blangiacum, Ludovico Rege Francorum, " Milone Epis. Teruanensi, &c.

Quæ gessit Hugo justum caperent volumen at utinam laudabiliter omnia, vasto vir animo & sui impotens, omnia audaci sua indole minora reputabat, & torrentis instar violentissimi Regios etiam obices perfringere se posse non diffidebat. Etiamnum (anno 1632.) patet Templi in

(a) Ex Archivis Monas. Fiscanens.

Meditullio egregium ejus Mausolæum parmis stemmaticis multiplicibus insignitum, sed (Reor) eas adscititias, quæ Castellionensium ostentant insignia; nàm certum est posteriore primùm sæculo, prole deficiente mascula, Elisabetham hæredem nupsisse Galtero de *Chastilion*, qui Campavenarum Mergitem gentilitiâ suâ Castellionensium parmâ commutavit & forsan hocce dederit ipse Mausolœum, cum Primarium locum obtineat Domus Castellonica, nec pareat ullibi merges aureus Cœruleo æquori insitus, Campavenarum insigne, & cognomento afficiens familiam: quod forte vile quid sonans despexerit, nescieritquè (uti fert aliquorum opinio) & ipsam Archi-Polim *Tervanam*, quasi Avenæ terram dictam & territorium Candentis Avenæ Campum, tanquàm illius frugis feracissimum & qui olim Romanorum pascendis equis esset opportunissimus, appellatum. (*a*)

PROGENIES HUGONIS III. CANDAVENÆ.

MAsculas quinquè & fœmineas duas proles Hugoni superstites facit Genealogia. Primò Ingelrannum. Secundò Hugonem. Tertiò Anselmum. Quartò Rodulphum. Quintò Guidonem. Sextò Aiglinam & Septimò Adelidem, è Beatrice emiminentissimâ fœminâ susceptos.

Ingelrannus in Patris ivit Comitum, sed brevibus circumscriptum terminis, nàm eum corripuit ægritudo simùl & Hugonem fratrem qui ita cum primogenito abreptus est, ut nullâ uterquè Relictâ prole, ANSELMO tertio natu filio principatum transmiserint.

De Rodulpho traditur quod maritatus unam genuerit Beatricem Guidoni *Corbet* nuptam, ut colligere est ex Epigraphè sepulchrali Rodulphi eorum filii apud Caricampum, quæ sic habet, *hic jacet strennus Miles Rodulphus Corbet filius Quondam Guidonis & D. Beatricis filiæ D. Rodulphi dicti de Campis avenis militis*; Obiit die decimâ quartâ Aprilis, anno MCLXII. orate pro eo.

Supereminebat figura Rodulphi cum parmâ ad pectus præferente tres corvos Margite mediante. (*b*)


(*a*) P. *Malbrancq.* (*b*) J. *Carpentier.*

De Guidone legitur quod nupſerit Malthildi filiæ Jouberti Junioris, aliàs *Le Jeune de Dourlens*.

Angelina ſeù Aiglina nupſit Anſelmo de *Houſdain* uterquè conjux Aquecurtienſi Cœnobio varias profeſſiones, quas in *Courcelles le Comte*, *Bailleſcourt*, & alibi obſtinebant, dono dedit, anno 1145.

Adelidis verò ſeù Alix nupſit Roberto le *Roux* Dominus Bethunienſis. De his plura apud *Andr. Duchéne*, in Domo Bethuneâ. (*a*)

(*a*) *Lib. 2. Cap. 6.*



INGELRANNUS CANDAVENA SANCTI PAULI COMES DECIMUS QUARTUS.

PRimò Conſulatus anno dat Aquecurtienſi Abbatiæ in elemoſinam & liberum Alodium quidquid pater ejus, Hugo jure hæreditario poſſederat in *Courſelles le Comte*, & quidquid habuerat apud *Balleſcourt* in Molendino, in pratis, in aquis, &c. Subſcribit Ingelrannus Ternenſis, Anſelmo *de Hoſden* cum Aiglinâ uxore & Adelide Sororibus Ingelranni, hoc ipſum annuentibus, &c.

E contrà ipſo Anſelmo cum ſponſâ eidem Abbatiæ donationem quaſi parem facientibus aſſentitur Ingelrannus, ut conſtat ex hâc cartâ. " Ego Theodoricus Fland. Comes

" notum facimus & quod Anselmus *de Hosden* & Aiglina
" uxor ejus quidquid jure hæreditario possidebat apud Villam
" *Corcellis* Comitis, & tertiam partem Molendini de *Baillescourt*
dederunt Ecclesiæ D. *Eeaucourt* de consensu Roberti
" de *Hosden* Ingelranni Comitis Ternensis, &c Signum
" Theodorici Comitis Flandriarum, Signum Alvisii Epis.
" Attreb. Lucæ Archidiaconi, Gisleberti de *Bergues*, Rasonis
" de *Gavre*, Walteri Castellani Sancti Audomari, Arnulphi
" Comitis de *Guisne*, Balduini & Anselli *de Bailloeul*, Roberti
advocati Bethuniensis Varini de *Anchin*, Henrici
" de *Burbur*, Roberti *Le Brun*, Balduini Castell. Atrebat.
" Hugonis de *Bailloeul*, Anselli Al. Anselmi fratris Ingerranni,
" Balduini *Miete*, & Hugonis filii ejus, Walteri *d'Averdoin*,
" Erlebordi de *Brusquoy*." Balduini fratris ejus, Radulphi
"*Colet*, & aliorum militum. Actum semel apud Attreb. dein
"apud Ariam confirmatum anno MCXLV. &c. (*a*)

Anno 1145. In Sancti Pauli Comitatu, juxtà Oppidum Pernense Balleolanus pagus per Andream ejus loci Dynastam, Sacrario ad Divina peragenda, Eugenii Papæ concessione exornatur; verùm cum Parochialis Ecclesiæ Hamettensis, quæ in proginquo visitur, Appendix esset, atquè adeò incommodis suis non Careret, à successoribus prospectum, anno enim 1230. pietate & diligentiæ Nobilis Viri Joannis, æquestris (velut Andreas) Ordinis, dictiquè loci ex hæredis Dynastæ, Cooperante in vota Beatrice conjuge, alterâ paræciâ recissâ, nova apud Balleolanos instituta est, quàm honesto censu idem Joannes auctum ivit, annuente Beatrice & Adamo eorum primogenito. (*b*)

Anno 1149. Ingelrannus Comitis titulum de Sancto Paulo induit hujusmodi. "Ingelrannus Dei Gratiâ Comes de
" Sancto Paulo omnibus notum fieri vult quod fœudum
" suum, qui vulgo *Gavulium* dicitur de Beveri Villâ Sanctæ
" Rictrudis Ecclesiæ Marchianensi (Gal *Marchiennes*)
" contradidit, annuentibus Anselmo fratre Anselmo sororio
" &c. Testibus Hugone Præsbytero de Sancto Paulo,
" Balduino de *Crivillâ*, Waltero de *Averdoin*, Hugone

(*a*) *Duchéne*. (*b*) *Locrius*.

" de *Hestrum* , Balduino de Sancto Paulo Præposito &
" aliis multis." (*a*)

Ingerannus Consilio & curâ Rogery Dapiferi Flandriarum Idam filiam Nicolai de *Avesnis* , obtinuit in sponsam sibi, cui totum *Buscoy* & appenditia ejus & *Duisans* totum, & terram suam *de Imblingeen* , cum appenditiis ejus in dotem concessit ; nuptiæ autem factæ sunt apud *Fares* præsentibus Theodorico & Philippo filio Flandriæ Comitibus , Castellanis Insulensibus & Duacensibus , Guidone Ingerranni Fratre & aliis multis &c. Anno 1150.

Sed Paulo post nuptias , nullâ Sobole Relictâ vivis eripitur & Comitatum adiit Anselmus frater. Intereà Beatrix eorum parens vivere desinit, anno 1148. inquè mediâ Caricampensi Ecclesiæ Navi sepelitur , superjecto exiguo Marmore in quo incisum : *Hic jacet Beatrix uxor D. Hugonis Campus Avenæ : Orate pro ea.* Ferunt aliqui Hugonem, quem ad annum 1142. ex humanis extulimus , juxtim esse sepultum. (*b*)

(*a*) *Duchene. J. Charpentier.* (*b*) *Monumenta Caricamp.*

ANSELMUS CANDAVENA SANCTI PAULI

COMES DECIMUS QUINTUS.

ACcepit in uxorem D. Eustachiam de Campaniâ, dein anno 1154. in pietatis potiusquàm in potestatis Præsidia animos inclinans, D. Gervasii ad Encræ Oppidum Sacerdotia à majoribus suis hactenùs distracta & possessa genuinis Templi Dominis benignè restituit, Theodorico Ambianensi Præsule gratis manibus acceptante , & ea Sancto Martino Campensi adscribente.

Anno 1169. Anselmus Dei Gratiâ Sancti Pauli Comes evulgat Walterum de *Botri* terram , Corbeiensium terræ contiguam, in Ternensi Regione , per manum suam omni exactione immunem Ecclesiæ Sancti Augustini ad Teriianam dedisse in Concambium , advoventibus vicinis circumquaquè militibus , Hugone de *Hestruz* , Oilardo de *Kerkii*, Adamo

de *Briast*, Adamo de Sancto Martino, Winemaro de Encra, Balduino de *Orvilla*, &c. (*a*)

Hæc pauca sunt quæ de Anselmo legimus, sed multa, quia benè ordinata, sicut autem piè & pacificè Comitatum rexerat, pari animo eundem suis reliquit; in extremis enim cum positus esset, duas partes decimæ in *Busquoy*, quas possidebat, tàm in nemore quàm in plano, Ecclesiæ Sancti Leodegarii M. de Lucio (*Lucheu*), pro animâ suâ in elemosinam dedit, quod Hugo filius ejus & hæres ratum habuit. Ut mox, &c.

GENERATIO ANSELMI EX EUSTACHIA

MOrtem itaquè appetiit Anselmus ad 1174. Relictis Primo Hugone Campavena primogenito & hærede. Secundo, Ingelranno Patre (ut volunt aliqui) Hugonis Dynastæ de *Beauval*, anno 1223. Florentis.

Tertiò, Guidone Pontiversium Senescalco, &c. & Quartò, Beatrice, quæ nupsit Joanni Pontivensium Comiti, cui avus *Talvas* dictus, Belismi, Pontivi, Alenconii Comes, &c. Joannes ille anno 1189. Comitabitur Hugonem ad Sacram militiam.

Porrò sub Anselmo militabat Castellanus nomine Radulphus *Corbet*, filius Guidonis & D. Beatricis filiæ D. Radulphi dicti de Campis-Avenis militis &c. Obiit autem Radulphus *Corbet*, anno 1162. (*b*)

(*a*) J. *Carpentier.* (*b*) *idem.*

HUGO CANDAVENA IV. SANCTI PAULI

COMES DECIMUS SEXTUS.

ULtimus quidem Candavenarum Dynasta, sed magno vir animo & singulari pietate præditus à sui Regiminis exordio probavit (ut innuimus) paternam in Basilicam Sancti Leodegarii de *Luceu*, elemosinam, quod ut planius fiat, placet Hugonem ipsum audire. "Et Ego, inquit, Hugo « filius suus (Anselmi) & hæres, & Ingelrannus frater « meus, unanimiter & devotè concedentes, donum ipsius

" decimæ cum Ramo & Guasone super altare præfatæ
" Ecclesiæ posuimus, postquàm verò militaturus arma militiæ
" suscepi, & uxorem maritali lege mihi copulavi, Præfatum
" donum decimæ ego Hugo & uxor mea Jolendis & frater
" meus Ingelrannus iterum Pręfatę Ecclesiæ Sancti Leode-
" garii Mart. dedimus, &c." (*a*)

Hugo ab Eximiâ majorum suorum Religione non defecit, si ab avi Amplissimis prædiis exierit Nobile illud Cari-Campi Monasterium, si ab Anselmo parente Sacerdotia S. Gervasii Encrensis, Theodorici Ambianorum Epis. manibus redhibita hoc anno 1175, Canonicorum S. Salvatoris ad Paulopolim Collegium ipso agente, ita per Pontificem Summum firmatur, ut à posteris ne minimâ sui parte lædi possit; equidem Alexander Papa illud per Rogerum Comitem constitutum & variis possessionibus ac Privilegiis exornatum, novo Diplomate, quo suis juribus ac possessionibus Canonici in ævum frui possint, impertit. Quod sic incipit.

" Alexander Servus Servorum Dei Dilectis filiis Præposito
" & Canonicis Ecclesiæ Sancti Salvatoris sitæ in Castro
" Sancti Pauli, eorumquè Successoribus Canonicè substi-
" tuendis in perpetuum."

" Quoties à nobis illud petitur quod rationi & hone-
" stati convenire dignoscitur, nos decet libenti animo
" concedere & petentium desideriis congruum impartiri
" suffragium, ea propter dilecti in Domino filii vestris
" justis supplicationibus libenter annuimus, & præfatam
" Ecclesiam in quâ Divino estis mancipati obsequio, sub
" B. Petri & nostrâ protectione suscipimus & præsentis
" scripti Privilegio communimus, statuentes ut quascùmq;
" possessiones, quæcumquè bona eadem Ecclesia impræsen-
" tiarum justè & Canonicè possidet aut in futurum conces-
" sione Pontificum, Largitione Regum vel Principum
" oblatione fidelium, seu justis aliis modis præstante Do-
" mino, poterit adipisci, firma vobis vestrisquè successori-
" ribus & illibata permaneant."

" In quibus hæc propriis Duximus exponenda vocabulis

(*a*) *Vid. infrà ad An.* 1186.

"Villam *Quesquè* cum appenditiis ſuis, & quidquid ibi
" tàm in terris quàm in decimis rationabiliter habere
" noſcemini; in paræciâ D. Pauli duas partes decimæ, in
" Caſtro ipſo 12. Manſuras, furnos, & unam Cambam,
" ſicut bonæ Memoriæ ROGERUS COMES, Eccleſiæ veſtræ
" pro animæ ſuæ remedio noſcitur contuliſſe; ſtatuens ut
" de ſingulis aliis Cambis de Atrio 3. Quarterias Cereviſiæ
" habeatis, quoties ibi Cereviſia fiet. Duos Molendinos
" apud *Agnés*, cùm tertiâ parte decimæ ejuſdem Villæ
" apud *Morelcourt* 2. partes decimæ. *Pruniaco* tertiam
" partem decimæ ejuſdem Villæ. Apud *Bellumquercum*
" altare cum 2. partibus decimæ. Apud *Fies* duas partes
" decimæ ejuſdem Villæ. Apud *Frevench* altare cum terrâ
" quam ibi prædictus Comes poſſidebat. Apud *Auream-*
" *Villam* altare cum ſuis & his Villis; *Ampliers*, Terri-
" torium *Maiſnil*; dimidium Molendinum de *Marcoina*,
" Medietatem vectigalis de *Poupliers*."

" In Caſtro Sancti Pauli unam Manſuram in quâ manet
" Cuſtos Veſtræ Eccleſiæ. In Parochialibus autem Eccleſiis
" quas tenetis liceat vobis Sacerdotes eligere & Epiſcopo
" præſentare; quibus ſi idonei inventi fuerint, Epiſcopus
" animarum Curam committet, ut de plebis quidem cura
" Epiſcopo, vobis autem de temporalibus debeant reſ-
" pondere, cum autem generale interdictum terræ fuerit,
" liceat vobis clauſis Januis, excluſis excommunicatis &
" interdictis, non pulſatis Campanis, ſuppreſſâ voce
" Divina officia Celebrare. Sepulturam quoquè illius loci
" liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni & extremæ
" voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè
" excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalvâ
" tamen juſtitiâ Eccleſiarum illarum, à quibus Corpora
" mortuorum aſſumuntur; decernimus ergo, &c. Dat.
" Anaginæ 7. Cal. Aug. Ind 7. Incarn. Dominicæ, anno
" 1175." (*a*)

(*a*) *Locrius*.

FUNDATIO

Abbatiæ Sancti Andreæ in Nemore, *anno* 1175.

DOmartinensibus Norbertinis per Milonem Morinorum Antistitem fundatis, eorumdem fratrum in Maresquellium (*Maresquel*) Colonia ducta est, nomenque *Lannoy* inditum, anno hoc 1156. Hanc Milonis suasu adiit Guillelmus Castellanus Audomarensis & loci motus genio (quem aquarum & paludum frequentia Incolentibus salubrem minimè redderet, atquè ipsa ædificiorum angustia justi Ascetarum numeri incapacem) idipsum, quod hodiequè superest, Cœnobium, Spreto altero struxit annuisq proventibus è Belrinensi suo territorio detractis ampliùs ornavit.

In Nemore autem struxit solitudini opportuno, æquabili ferè intervallo inter Hesdiniense & Monstroliense oppida. Laudavit Milo generosam Castellani indolem, Molemquè miratus citis adeò operis elegantem in Silvestri planitiè fabricam assurrexisse. Quare invitatis undèquaquè Præsulibus & Ecclesiasticis, nec-non Morinorum Comitibus ac Baronibus D. Andreæ Sacrata ædes, & ex Lanoyensibus dicti ascetæ Andreani & Nemorenses sub primo Præsule Ancarrano.

Ex his loci fundator merito Celebratur Guillelmus qui longè numerosiorem dedit cœtum & commodissimo situmloco, hinc vicino mari piscium, illinc Hesdino terrestrium fructuum & ciborum copiam subministrantibus. Hic tumulum suum voluit Castellanus post fata quæ piè & feliciter obiit, à Monachis funebri pompâ ad chori medium deportatus; ubi jacet sub Marmoreo Cœnotaphio, cui insculpta ejus insignia cum Epitaphio quod legere vetat talium vorax Antiquitas; at in Templi Novi ad parietem ejus Icon simul & Ancarrani Abbatis parent, subjecto quodam tetrastico Gallico quod tale est.

Pour acquerir salut d'immortalité,
Durant la paix & tranquillité;
J'ai pour les Louanges de Dieu Chanter,
Prié l'Abbé & Couvent de Lannoy en ce lieu habiter. (a)

(a) P. Malbrancq.

GERMANIS

GERMANIS ad sublimiora connubia evectis, nolens cedere Comes noster suum distulit in annum 1178: cum enim anno superiore è vitâ excessisset Ivo Senior Suessionum Comes & Nigellæ Dominus, illicò ad relictæ uxoris Jolendis nuptias anhelavit, etsi septimum suprà quadragessimum ætatis annum hæc superasset: nata erat Balduino Hannoniæ Comite celeberrimo, & Alice Namurensi; erat amitta Elisabethæ Hannonicæ; quæ paulo post fœlice connubio adepta est diadema Francicum Elsatio Philippo Avunculo agente.

Anno 1179. Philippus Ludovici Regis Galliæ filius Remis ab Guillelmo Pontifice in Galliarum Regem Inungitur atquè coronatur, Philippo Elsatio gladium Regium, utpotè inter Pares Franciæ primas, præferente, sub sequentibus, suo post ordine primariis è Morinis Comitibus Joanne Pontivensi, Hugone Sanpaulano, & aliis.

Anno 1180. Rex Philippus Nubet Elisabethæ Balduini Hannoniæ Comitis & Margaretæ Elsatiæ, filiæ Philippi Elsatii Fland. Comitis ex Matre nepti; Celebrata Sponsalia Magno-apparatu Bapalmæ in Castellanorum è Morinis & Flandricis Coronâ & oculis, qui Regi ac Reginæ, quorum Dominationibus essent subjiciendi, clientarem sponderent fidem, Rogero Laudunensi Præsule nuptias firmante. Aderant inter Regni primores Joannes & Hugo Pontivi & Sancti Pauli Comites; adauctâ, quàm in Auguratione Philippi exhibuerant, Magnificentiâ.

Accepit autem Elisabetha in dotem ab Elsatio avunculo, Attrebatum, Audomarum, Ariam, H sdinum, Bapalmam, Lensium, cum Homagiis Bononiæ Maritimæ, Saucti Pauli, Gisnæ, Lilerii, Ardæ, Richeburgi aliaquè citrà fossam novam Advocatiæ Bethuniensis loca, quæ singula ad posteros perpetui hæredii jure transmitteret, post Philippi Comitis fata.

Hinc prima Comitatûs Artesiani Origo cum perpetuâ nominis & Jurisdictionis ab Flandriâ disjunctione: infaustæ Bergensibus Cassetanis; Brocburganis, Iprensibus, Gan-

densibus, Bruginis nuptiæ, quæ Flandriam ipſorum ita deartuarunt & decurtarunt: Attrebatum fuerat olim totius Flandriæ Metropolis, nunc ſolius Occidentalis eſſe cœpit Orientalis Gandavum.

Veromanduos, quos eâ tempeſtate ſolùm dotales Elſatius poſſidebat, continuo jure tenendos in dotis vicem accepit. Sed poſteà Philippus Rex id compenſationis irritum voluit, quod in donis hujuſmodi adoleſcentiam ſuam circumventam fuiſſe arbitraretur: contrà, Elſatio fortiter reluctante, aliisquè Flandriam Occidentalem ſibi reddi poſtulante, exoritur flamma bellorum, quàm non-niſi quiquennium extinxit.

Adhærebant autem Philippo Comiti multi Magnates inter quos Henricus Lovanienſis cum 40. equeſtris Ordinis viris & Hugo Comes Sancti Pauli, & Hellinus Wavrinius, (cujus familiæ inſitum Liberium,) & alii &c.

Circà annum 1183. Joannes Secundus, Comes Pontivi & Monſtrolii cum Beatrice uxore Anſelmi Comitis Sancti Pauli filiâ ultrà vigenti Canonicatus, quos pater ejus fundavit in Eccleſiâ Sancti Ulfranni Abbavillæ, dotat ſex alios Canonicatus ob ſalutem animarum ſuarum & Willerni filii, &c. (*a*)

Anno 1186. Hugo Blangiacenſi aſceterio poſſeſſiones, quas à majoribus ſuis uſurpatas acceperat reſtituit, aſcetasquè in bonorum, jurium, ac Privilegiorum pacificam fruitionem reintegravit, quod ratum fixumquè habuerunt Gualterus & Guido Caſtillionenſes, uti videbitur.

Dictum ſuprà Comitem noſtrum, duas partes decimæ in Elemoſinam B. Leodegario M. in *Luceu*, ratas habuiſſe hoc anno integram contuliſſe decimam, ex ejus ore auſcultemur.

“ Anno poſtmodùm Incarn. Domini M.C L. XXXVI.
“ tempore videlicèt quo adversùs Robertum filium advo-
“ cati Bituniæ in legem dimicandi extiti, omnem ſuprà-
“ dictam decimam, quam inſano & infideli Conſilio per
“ plurimos annos ſupràdictæ Eccleſiæ Sancti Leodegarii

(*a*) *Bollandus* 20. *Martii*.

" subripueram, omnibus qui eandem decimam tenebant " Vavasoribus sivè militibus concedentibus, ad consilium " Domni Artaudi Abbatis Caricampi, ipso utiquè præ- " sente, super altare B. Leodegarii in perpetuam elemosinam " & hæreditariam reddidi, & pro voluntate Monacho- " rum Ecclesiæ satisfactionem feci. Et ut ipsum donum " perpetuis temporibus ratum esset, præsentem scriptio- " nem Sigillo meo muniri præcepi. Hoc namquè, donum " factum fuit de assensu & voluntate D. Joannis Comitis " Pontivensis & D. Petri de *Braio* Castellani. Hujus doni " testes sunt D. Artandus Abbas Cari-Campi, Martinus " Prior & plures alii &c. Hactenùs Hugo *ex Cartulario Abbat. Molemensi.*

Hinc Colligitur Rixa non modica inter Hugonem S. Pauli Comitem & Robertum Bethuniensem, cum singulare certamen inierint, sed quàm ob causam & quis indè eventus latet nos.

Anno 1187. Canonicis fani Sancti Pauli Decanus à Desiderio Episcopo præficitur aliaquè ordinantur ut ex his ejus Litteris patet.

Desiderius Dei Gratiâ Morinensis Episcopus omnibus Christi fidelibus ad quos Litteræ istæ pervenerint salutem in eo sine quo non est salus.

" Universitati vestræ liqueat, quod cum venerabilis " & dilectus noster Theobaldus Ambian. Epis. accepisset " in mandatis à fœlicis Memoriæ Urbano Papâ, ut ad " Ecelesiam Sancti Salvatoris in Castro Sancti Pauli ac- " cederet, & ea quæ in eâdem Ecclesiâ minùs ordinata " deprehenderet, ad honorem Dei corrigeret, & in me- " liùs mutaret, nec-non & contentione Canonicorum illius " loci inter Mansionarios & Foraneos ortam diligentius " sedare studeret, nos secùm sollicitudinis hujus partici- " pem dignatus est advocare; quod cum factum esset, " ordinavimus ibi quod ad cultum Dei ibidem conside- " ravimus statuendum beneficium universum quod de " altari de *Aureavillâ* & *de Frevens* in Diœcesi Ambianensi " institutis, & de altari de *Wachin*, percipiunt in Diœcesi

"Attrebatensi, eis qui nocturnis & diurnis officiis assidui
" essent, quotidianis esse stipendiis erogandum : residuum
" verò beneficiorum omnibus Canonicis æqualibus por-
" tionibus conferretur ; & ut ordo Ecclesiæ illius, &
" Statuta nostra meliùs servarentur, Decanum eis asigna-
" vimus, taxatâ sollicitudini illius de Ecclesiæ Beneficiis
" certâ portione, &c."

Eodem anno Hugo noster in gratiam FF. præmonstratensium Sancti Andreæ in Nemore totam terram *de Belraino* liberam facit, hac cartâ quam ex scrinio suo nobis benignè communicavit D. *Boubers* laudatæ Abba-quæstor ærarius. Ego Hugo Comes Sancti Pauli tam
" presentibus quam futuris notifico quod quid Ecclesiâ
" Sancti Andreæ in feodo *de Belraino* tam in terrâ quàm
" nemore, pratis & molendino ab Guillelmo Castellano
" Sancti Audomari possidet &c, me concedere & pro
" animæ meæ & antecessorum meorum absolutione in per-
" petuam Elemosinam prædictæ Ecclesiæ Sancti Andreæ,
" tradere &c, quod ut nullatenùs à modò vacillet sigilli
" mei attestatione confirmo, hi testes Willelmus filius
" Castellani, Galterus *Boteris*, Balduinus *de Stiming*.
" Robertus *de H'sin*, Laviolus *Berehes*, Magister Aig-
" nellus, Gualo de Copella, Baldevìnus filius Castellani,
" Guarinus *de Mareschel* &c. de fratribus Ecclesiæ, Bal-
" duinus præpositus, Joannes frater ejus, Libertus, Ber-
" nardus conversi &c. actum est &c *mille cens* LXXXVII.

Annis 1188. & 1189 cruce se signant Flandrenses ac Morienses Magnates ad sacram militiam duce Philippo Elsatio Flandrorum Principe, sequuntur Joannes Pontivi ac Monstrolii Comes, Hugo noster cum Ingelranno fratre, Rainaldus Dompmartinensis, Walterus Audomarensis & alii multi, qui omnes ferè suam p. ęmisere itineri sacro munificentiam ; sed hos inter Hugo Candavena precipuos ostentabat animos, & quam fervidis votis & donationibus rem D. Deo commendarat, fælicem exitum sortituram haud diffidebat. Prius enim quàm iter arriperet, plurimas possessiones oppidi sui Zenodochio attribue-

rat, rataſque eas omnes habuit cum Jolende conjuge, quas majores ſui eidem loco conceſſerant. (*a*)

Anno 1191 Arnoldus Dominus & Caſtellanus *de Aureavillâ* præfectus arcis Arleucenſis conceſſit Canonicis Sancti Pauli in Arteſiâ, quamplura prædia ac privilegia in *Aureavillâ &c.* (*b*)

Eodem ævo Rex Galliæ Philippus mox ut Alſatium audivit ad Ptolemaidem ſi quam ſtricto cingebat obſidio lue abſumptum, memor uxoriæ dotis quantociùs reditum in Franciam molitur, ut eo quem armis invictum cenſebat, ſublato, Morinorum Civitates adipiſceretur: præmiſit Robertum Varinicenſem ac Lilerienſem, dictitans Iſabellam Reginam ab Alſatio avunculo ex aſſe inſtitutam hæredem, adfuit ipſe Rex, aſt ex adverſo interfuit & Margareta Balduini Hannoniæ Comitis uxor jus ſuum in eandem provinciam propalans & reclamans.

Brevi tempore interjecto conventus de componendâ diſcordâ Attrebati indictus, illic præſules cum Willelmo Remorum lecti ſunt controverſiis decernendis arbitri, ac præſertim Deſiderius Morinorum, cujus diœceſi inerant Urbes litigio obnoxiæ: ſic ergo pactum aut potius Majori ceſſum potentiæ; quandam Ipras, Brugas, Curtractum, Aldenardum, Waſiam, Aloſtum, Gerardimontium, cum Imperialibus Miniſteriis ac Inſulis Zelandicis Margaritæ adjudicarunt; Attrebatum verò, Ariam, Fanum Sancti Audomari cum arce Rufoltana, Bapalmas, Comitatum Heſdinienſem ac Lenſenſem, Beneficia ſeu homagia Bononiæ, Sancti Pauli, Giſnenſem Comitatum Lilerienſem dominatum cum totâ occidentali (uti vocabant:) Flandriâ ad uſque Foſſam novam Regiæ ſtirpi Ludovico dotem, videlicet Matris ejus attribuerunt.

Et hæc Arteſiæ inſignita ſunt nomine, quoniam Bapalmis exceptis, ad eam Attrebatenſium partem quæ Adartenſis dicebatur, pertinebat, & quæ ex olim Adar-

(*a*) *Malbrancq ex Locrio, ſed uterquè fallitur, nàm Zenodochum aulinum necdum fuerat fundatum.*

(*b*) Joannes *Carpentier Hiſt. Camb.*

tesia dici debuisset, Capite amputato Artesia nuncupata est, Bapalmas, passum & multa alia quæ Austrebatium erant, complectens, hinc altera Artesiani Comitatus attributio. [a]

Anno 1192. Lego Hugonem nostrum subscripsisse Litteris D. Petri Attrebatensis Epis. quibus suadente Roberto de *Bethuniâ* advocato suo concedit Martino Pelli-Korneo X. Raserias terræ, tàm in pratis, nemoribus, quam planis sitas, &c. (b)

Anno 1194. Arnoldus *de Gisnes*, Hugonis Candentis seu Campestris Avenæ dicti Sancti Pauli Comitis Filiam nomine Eustachiam affidaverat, verùm ipsâ relictâ & postpositâ Beatricem Broburgensem Castellanam legitimam uxorem legitimè sibi adjunxit & copulavit Matrimonio. (c)

Anno 1195. Hugo plegium se reddidit (cum Guilelmo Bethuniensi consanguineo, Eustachio de *Novavillâ* & aliis) Elberto de *Carenciaco*, in favorem Balduini de Castello & aliorum Civium Attrebatensium pro certâ summâ denariorum quam idem Balduinus debebat &c. Actum Attrebati. (d)

Anno 1196 Comes noster Sancti Bertini ascetis fratribus, quascumquè à majoribus suis possessiones, decimas hujusmodiquè bona dono acceperant, rata planè habet & quæcumquè pariter in Sanctpaulano Comitatu sibi comparaverant; subscribentibus Nobilibus Viris Hugone *de Malanoy*, Simone de *Hondeghem*, Simone de *Hestruz*, Anselmo *de Alwange*, Arnulpho de *Anvin* &c. Exacuerit fortè, quod in suomet territorio gestum viderat aut audiverat jàm narrandum.

Mulier quædam Paulopoli non procùl dissita, inopiâ præmente, filium ad stipem emendicandam, ablegerat, sed invitum: ideòquè ubi Paulopolim venit, verecundiâ offusus, sub lignorum strue sese abdidit, illicquè præ fame atquè algore extinctus est. Mater aliquod dierum moram nectente Filio attonita, Vicos Oppidi circumcursat ac tandem deprehendit sub lignis quamdam capitis jacentis umbram, ac reverà non alium à nato esse contuetur, quem à triduo non minùs conjicit expirasse. Itaquè

(a) P. *Malbrancq*. (b) J. *Carpentier Hist. Camb.*
(c) *Lamb. Ardrensis Hist. Guisnes* J. *Carpentier*.

partim se necis ejus causam reamquè damnans, partim memor ejus Cultûs, quem cum puero nuperis Pentecostes feriis D. Thomæ apud Domp-Martinenses mirificè exhibuisset coràm multitudine humi provoluta, divum miserabili voce inclamare, instantissimis precibus filiolo decenni vitam implorare, per ejus merita facillimè instaurandam, id quodam modò annuisse, cum illis Pentecostalibus, fervidè summas suas ærumnas commendasset. His dictis ubi vult assurgere prosternitur, & aliquantisper hæsit sensu pœnè omni destituta; excitatur & simùl puer ore hiando, movendoquè labia: tùm mater manu in pedes erigens secùm perducit ad Domp-Martinenses, facilè ducentis è Sanctpaulanâ Civitate subsequentibus.

Non sat fuit puero tùm Sacras visisse reliquias Divoquè grates peregisse, at anno posteriore quingentos, qui decimum sextum annum haud excederent, insciis parentibus, eodem perduxit, qui beneficii accepti magnitudinem multitudine precantium quodammodò pensarent. Cùm verò ex Ephœbis excessisset, ductâque è uxore liberos suscepisset, eos quotannis in Pentecostalibus unâ cum matre ad D. Thomæ Sacra pertrahebat &c.

Eod. an. Celestinus III. Papa confirmat & sub Apostolicę sedis protectione suscipit omnia Privilegia, possessiones, prędia Eccl., Altaria, Abbat., quas inter Abbat. S. Berthę in Tern. &c. Jura Monasterii Fiscannensis. Datũ Laterani. *Neustria Pia*

Anno 1196. Reginaldus Comes Boloniensis fidei juramentum Philippo Regi Augusto præstat inter manus Archiepiscopi Remensis multis adstantibus Prælatis & Magnatibus quo se comitatumquè suum Boloniensem in securitatem fidei, censuris prædicti Archiepiscopi & successorum summisit, & eidem Regi in plegium Comitatum suum Bol. & Homagium, quod ab eo tenet Comes S. Pauli, tradit.

Anno 1198. Actus subjectionis anno 1196. alio firmatur Hesdini præsente Rege, in quo eâdem quæ in primo promittit Reginaldus Comes Bolon. quibus intervenit Comes S. Pauli qui jussu ipsius Com. Bol. consensit quod, in casu quo Comes Bol.

in Dominum Regem peccaret, f udum & homagium Comitatus S Pauli quod tenet à dicto Comite Bolon. in possessionem Regiam transibunt &c.

Eodem anno Hugo Comes S. Pauli posuit in augmentum f.odi sui quod tenebat à Rege Philippo *Luciatum Luchru* cum totâ Castellaniâ suâ & hoc juravit quod à Rege pro nullo deficeret, nisi pro Comite Boloniensi, & de hâc conventione tenendâ dedit plegios & obsides Regi, Adam *Q.eret* & Balduinum de *Dors* & Balduinum de *Albiniaco*, & Balduinum de *Crequiaco*. Hanc etiam conventionem tenendam promisit se facturum assecurari Dom. Regi à communia Ancriæ & hominibus & militibus de totâ Castellaniâ. Et Galcherus de Castellione hoc in manu cœpit pro eo, testes qui affuerunt, Galcherus Camerarius D. Regis, Guillelmus de *Gallandâ*, Bartholomeus de *Roia*, Eustachius de *Cantelupo*, Galterus junior, Radulphus *de Sarto* & Aubertus de *Hangest*. Actum Hesdini anno M CXCVIII. mense Aprili. (*a*)

Annus 1198 Nobis refricat memoriam Rixę alteriùs nostrum inter & Bononiæ Comites in Conventu Paulopoli, præsente Rege, habito, rem his terminis narrat *Chronographus Bertinianus*.

" Regina Franciæ Elisabeth, dùm vivebat nepotem " habuerat Reginaldum de Domno-Martino Comitem, " quem Rex amore Reginæ multum honoraverat & ei " Idam Comitissam Boloniæ potentissimam dederat in " uxorem; uno dierum, ortâ dissentione verborum in " Regis præsentiâ, Comes S. Pauli prædictum Reginal- " dum in facie percussit ad Sanguinis effusionem, qui " percussus exivit irâ plenùs Regiquè rem pacificare vo- " lenti non acquievit. Et indè Regis indignationem ti- " mens, Comitem Ghisnarum Balduinum sibi confœde- " ravit, qui simùl ad Balduinum Flandriæ Comitem, " qui Guerram contrà Regem habebat, se transtulerunt, " utriquè de suo Comitatu, iste scilicèt de Ghisnensi, " alter de Boloniensi sibi facientes Homagium, quo Rex

(*a*) *Duchéne.*

" audito, cum exercitu venit in Flandriam usquè Bailiolum,
" ubi quædam pax confecta fuit, quæ parùm duravit. (*a*)

Non duravit Reverà illa pax, anno etenim insecuto Balduinus Flandrorum Princeps, Philippo Rege cum Normannis Anglisquè digladiante, Ariam, dein, Audomari Fanum venit obsessum; eodemquè venit Reginaldus Comes Bononiæ qui ob alapam jam dictam sibi ab Hugone nostro injectam spreto fidelitatis juramento Philippo Regi præstito, relictis Franci Regiis partibus ad Anglos defecerat. Aderant in Armis socii Balduinus Gisnarum Comes, Arnulphus filius & Guillelmus Bethuniensis; deditur primò Aria, indè datus in Falconbergam (quę Guillelmi Audomarensis erat) primus impetus quam Flammis addictam voluit Bononicus: hinc 5. hebdomadibus obsidio cinctum pressumque Audomarum fortiter se defendentibus oppidanis, donec adacti commeatus penuriâ ubi ab Philippo Rege Tricis Anglorum nimis impedito, nihil auxilii assequi potuêre, se Flandrorum Comiti dediderunt, quod sic exponit *Iperius*.

" Cum Balduinus Audomarum obsedisset, arcem quan-
" dam in suburbano *Colhof* dictam interceperunt quidem,
" sed Balduinus Comes & Baro Ardensis qui portam
" Boloniensem, obsederat, de hospitio suo, ubi nunc est
" Domus Fratrum prædicatorum, factâ turri permaximâ,
" potenter dedit assultum Audomarenses videntes se non
" posse resistere se Balduino Comiti reddiderunt, 10
" nonas octobris, dein Balduinus terram Regis Franco-
" rum in pago Adartensi, Tervanensi & Aridagamantiâ
" vastat rapinis & incendio & id ad annum 1199. Ergo nondum invaluerat Artesiæ nomen apud Vulgus. Per pagum autem Tervanensem, intellige ab Audomaro ad usque Attrebatum territorium. Per Aridagamantiam vero Santpaulanum ad usque Altheiam fluvium &c. [*a*]

Nota. Aridagamantia silva est, quæ a Castro quę dicitur *Dusta* (: alias *Encra*:) usque ad fluvium *sambre* olim continua protendebatur & spelunca latronum audiebat. (*b*)

(*a*) P. *Malbrancq*. (*b*) *Ex vitâ S. Heldemari Eremita & fundatoris Cænob. Aroacensis apud Bolland*, 13. *Jan*.

Cæterum post nebula fœbus, Maria Balduini conjux Lutetiam profecta, sese ita supplici suâ facundiâ in Regis animum insinuavit, ut Peronam ad ineunda de pace cum Balduino colloquia pertraxerit, illic Morinorum proceribus stimulum addentibus pactum est fœdus, quo Balduino restituuntur oppida Sancti Audomari, Ariæ, cum Homagiis Gisnæ, Ardæ, Lilerii, Rique-Burgi &c. Gorgue, & quidquid Advocati Bethuniensis circà novam Fossam complectebatur, quæ omnia Flandriæ post-liminio redierrunt. Reliqua autem Artesiæ, Attrebatum, Bapalmæ, Lensum cum beneficiis Sancti Pauli, Bononiæ Philippo Regi in usum filii Ludovici dimissa sunt &c. quod ad februarium referunt anni 1199. *Chronicon* autem *Ardrense* ad annum 1200. & verius.

Igitur pace cum Rege firmatâ ac propalatâ editisquè publicæ lætitiæ simbolis & nova belli sed melioris & sacri Leges exurgit; ad Palestinicam expeditionem animos adjiciunt Flandrenses ac Morinenses Principes, quorum numerus passim ab illius ævi scriptoribus describitur. Hos inter nominatim expressos, eminent è nostris Balduinus Flandrorum Princeps, Gerardus Audomarensis, Ariensium præpositus, Cancellarius Flandriæ, Reginaldus Comes Boloniæ, Theodoricus Dixmudanus, Guillelmus Bethuniæ advocatus, Joannes *de Neele* & alii multi, ex Comitatu vero Santpaulano hos recenset *Villarduinus* qui etiam aderat, primo ejus caput Hugo Candavena & cum eo Petrus Ambianensis illius nepos (alias cognatus) Eustachius *de Canteleu* Nicolaus *de Mailly* Anselmus *de lieu*, Guido *de Hosdeng*, Galterus *de Neele* & Petrus ejus frater & plures alii minus cogniti, qui omnes præeunte Balduino Marchione incredibili animi contentione & studio dedêre manus, crucemque sunt amplexi, omnem adhibentes operam numeroso militi conscribendo, parandisquè navibus & cæteris necessariis ad iter aggrediendum.

Interim anno 1201. Hugo cum Canonicis suis concambium init in hæc verba, quibus patet eorum Ecclesiam olim præpositura dignitate fulsisse.

" Quoniam vita hominis brevis est , labilisque memo-
" ria &c. ego Hugo Comes Sancti Pauli & Jole uxor
" mea notum facimus, quod de consensu generorum meo-
" rum Galteri de Castellione ; & Joannis D. de Sugella
" (alias de Nigella) & filiarum mearum Elisabeth &
" Eustachię , concambium facimus cum Ecclesiâ Sancti
" Salvatoris de Sancto Paulo , super molendino , quod
" habebat apud Manilium in hunc modum : assignavimus
" Thesaurario prædictæ Ecclesiæ 14 sextarios frumenti ,
" quod moletur ad molendinum *Millebourq* in medio
" Burgi , assensu etiam & conniventiâ D. Lamberti
" Morinensis Episcopi , præpositi Ecclesiæ Sancti Sal-
" vatoris & consilio ac deliberatione Balduini Decani &
" totius Capituli Morinensis ; & Petri Thesaurarii &
" Canonicorum de Sancto Paulo Rogavimus etiam D.
" Episcopum & Capitulum Morinense ut super hoc con-
" cambio facto & firmiter tenendo scriptum suum face-
" rent authenticum , & super prædictis terminis solutio
" illorum 14 sextariorum frumenti redderetur ; personæ
" nostræ excommunicationi & Castrum nostrum de Sancto
" Paulo interdicto subjicerentur &c. actum anno Domi-
" ni 1201 mense Januario , Reliqua in probationibus
" D. *Duchene* pag. 34.

" Eodem anno Hugo subscribit tabulis Balduini, qui-
" bus Ecclesiæ Monialium B. Mariæ de *Busco* confert par-
tem decimæ in *se le Becq* &c.

Eo item ævo Hugo & Jolendis Monachos numero 10 constituunt loco Canonicorum in Ecclesiæ Sancti Gervasii *de Encra* , ut patet ex hâc cartâ.

Numerus fratrum ibidem instituendorum Hugonis & Zolendis Comitum Sancti Pauli Carta.

" Hugo Comes Sancti Pauli & Zolendis Comitissa
" uxor ejus universis Ch. fidelibus in perpetuum.
" Cum sæpe-num-ero inter vos ex unâ parte,& inter Priorem
" & conventum S. Martini de campis ex alterâ fuisset litiga-
" tum super numero Monachorum instituendorum in Eccle-
" siâ Sancti Gervasii *de Encra* pro divinis officiis ibidem

"digné & laudabiliter celebrandis, ad bonum pacis hinc inde "eodem animo concurrentes & pari consensu confirmantes "constituimus & concessimus, ut de cætero in octo Monachis "ibidem manentibus deservirent, & cum adhuc duo Canonici "ejusdem loci superstites essent, firmavimus, ut eis de medio "sublatis, duo Monachi eorum loco substituantur. Ita quod "quando alter illorum Monachorũ diem clauserit extremũ, "unus Monachus loco illius incontinenti subrogabitur, & sic "deinceps in perpetuum in honore Domini denarius Mona-"chorũ numerus adimpletus perseverabit. Quod si aliquo ca-"su, seu per aliquorum negligentiam illud minus fuerit obser-"vatum dicti Monachi concesserunt, ut nos vel hęres noster "Dominum Ambianensem Episcopum super hoc requira-"mus quatenùs ab illis hoc emendari faciat. Et si ad ejus "mandatum infra 40. dies id emendare contempserint, "volunt quod dictus Episcopus ipsam Ecclesiam Sancti "Gervasii & reliquás suas Ecclesias parochiales ad illam "Ecclesiam spectantes in Episcopatu suo interdicat, & "interdictas teneat, donec ad plenum quod minus justum "fuerit, corrigatur, Salvo privilegio Ordinis Clunia-"censis, quo eis a sede applicâ est indultum ut in Ec-"clesiis suis interdictis summissâ voce Januis clausis, non "pulsatis Campanis, divina possint officia celebrare. Si "vero nos vel noster hęres (quod absit) contra hanc pac-"tionem nostram & suam venire præsumpserimus con-"cessimus & obnoxius rogavimus D. D. Ambianensem "Attrebatensem & Morinensem Episcopos, ut nos vel "hęredem nostrum quem contra hoc venire contingeret, "excommunicationi & universam terram nostram inter-"dicto, precisa dilatione, postquam ab illis hoc fuerint "requisiti, supponant. Ut autem hoc ratum sit perpetuam-"que obtineat firmitatem, præsentem paginam sigillorum "nostrorum appositione dignum duximus roborari. Actum "Anno verbi Incarnati 1201.

Tandem Balduinus princeps compositis apud Morinos Flandriamque rebus, Brugas se transfert cum illustri suâ virorum Nobilium coronâ, illic primum in D. Donatiani

eodem pietatis sensu quo crucem ex Episcoporum nostratium manibus, peram & baculum assumit, eo ritu testatus se non tam humano quàm divino præsidio terræ sanctæ adire interceptionem; idem præstitêre Reginaldus Bonocæ & Hugo Sancti Pauli Comites. deinde Aprili anni 1203. per Franciam itum est Venetias & Venetiis in portum Bizantio proximum, ubi Balduinus divini subsidii quod per baculum & peram in hisce accepta significârat, vehementi exhortatione refricuit memoriam jussitque eâ fiduciâ paratas omnes Machinas ei murorum parti admoveri, quæ subruta ingressum dedit octavo quam adorti fuerant, die priusquam vero Constantinopoli poti rentur Jaderam valido præsidio munitam multo undique cruore effuso, armis subegerant, primores Jaderensium qui vivi in potestatem venerant exilio mulctarunt: sed ea res Innocentium Papam vehementius offendit cum eam Dalmatiæ civitatem socius Regis inter cruce signatos non postremus, Andreas Hungerus, idque sub protectione sedis Apostolicæ tenuisset, cumque urgentioribus incumbentes viderentur Pontificios jussus aspernari, in eos Innocentius Anathema struxit, atque diris gravioribus Raptores rei alienæ devovit. Tum Hugo Sancti Pauli Comes, qui cum Marchione Montis ferrato illi interceptioni operam dederat, litteras ad Pontificem dedit Balduinicis junctas, quibus significabat statim se summi parentis nutui fuisse obtemperaturum atque adeo *Jaderam* salvam futuram si ejus litteræ opportuno tempore ad exercitum pertigissent: Cœterum pœnitere se facinoris, & obnoxiè veniam postulare; quam à Petro Legato Ecclesiæ vinculis absolutus obtinuit cum sociis; immo præceps ille Zelus spontaneâ Morinorum Satraparum submissione castigatus, eos fecit summo parenti chariores.

Bizantio itaque à nostris expugnato & in potestatem redacto, Alexioque Imperatore precibus Morinorum infido, à suo familiari necato, visum est meliori stirpe alium eligere qui fidiori Ecclesiam juvaret obsequio, & ex propinquo sacrum bellum gereret indicta de creando novo

Augusto Comitia, in quibus instituti 12 (aut aliis 15.) Electores & inter eos 3 è Nostratibus, Balduinus Flandriæ, Hugo Sancti Pauli, Joannes Briennæ Comites; & hi duo Reginaldum Bononicum pupugere, scilicet Sanctpaulanum Bononico anteponi cum hic nonnullis alterum parasangis excederet; sed hâc in re etsi prosapiæ aliqua, virtutis tamen potissima ratio habita est, quâ supra cæteros pollebat Hugo, cuique summopere cordi Ecclesiæ bonum, quin inter 4 Candidatos more patrio ad Imperium enixius expetitos, Hugonem nostrum existimat recensitum *P. Doutreman* in suâ Constant. Belgicâ.

Igitur unanimi consensu Balduinum Fland. & Hanno-niæ Comitem renuntiarunt,quod hic inter Gallos universos fortissimus nobilissimusque haberetur, simul quod Morinorum, Flandrorum adeoque Belgarum quibus præesset jam inde ab initio expeditionis, omnibus in prœliis præcipua & omnium maxima fuisset virtus. Ei è Morinorum Flandris aderant viri Religiosissimi, quorum salutaribus monitis in rebus quâ fugiendis, quâ amplectendis utebatur. Præ cæteris autem Hugonem Sancti Pauli Comitem suorum consiliorum & Arcanorum consortem volebat,ut pote qui piis ejus institutis & bellicis responderet, & Gloriæ Dei in omnibus Velificaretur, & ideo donatus est Conestabilis dignitate quâ functus est in Auguratione ejusdem Balduini gladium præferendo Imperialem clipeumque, quo sublevatus est novus Cæsar sustinendo cum Dandulo Venetiarum duce & aliis duobus Candidatis Bonifacio Marchione Montis ferrati; & Ludovico Blesensi Comite, *idem*.

Apprimè profecto elegerat Imperator, quem tanti viri dotes eximiæ non latebant, quæ enim omnium in oculis patrabatur, latere non poterant; acta ejus fusè narrant qui expeditionem sacram adierunt & scriptis suis mandarunt, veluti *Villarduinus*, *Nicetas* & alii.

Sed attentius expendenda est, quam scripsit Epistola de expugnatione Bizantina & electione Balduini in Cæsarem

ad Cariſſimum ſuum Henricum Brabantiæ ducem: in eâ ſiquidem mirabitur lector ejus & Comilitonum pietatem "imminente prælio ad peccatorum noſtram currimus Con-" feſſionem inquit pius Comes in Dei ſolum miſericordiâ "confidentes; poſtea noſtras ordinavimus pugnas.

Epiſtolam claudit his verbis. Si quis ergo Deo vult ſer-"vire cui ſervire regnare eſt, & nomen habere militiæ conſ-"picuum & clarum, tollat crucem & ſequatur Dominum & "veniat ad tormentum Domini ad quod ab ipſo Domino "invitatur &c.(a)

Unum vero quod ejus rigorem juſtitiæ præferebat, hoc eſt. Inhibitum erat, ne de prædâ factâ Conſtantinopoli, quidquam ſurriperetur, qui vero fraude, dolove malo aliquid de totâ portione ſibi retinuiſſe vel mannubias occultaſſe deprehenſi fuerint, pœnas darent graves, unus è multis, Eques Sanctpaulanus deprehenditur, nec parcitur, virum etſi nobilem ejus furti reum, in crucem agit Comes Sancti Pauli, ſcuto ad majorem infamiam & Nobilitatis probrum ad collum appenſo: cohibuit id exempli genus plurimos &c. *Willarduinus.*

Inter hæc Hugoni Balduini dono gratitudinis gratiâ *Di liimothicum*, Urbs Thraciæ munitiſſima opulentiſſimaque cum adjacenti Regione obvenerat, atque in eâ ipſe præſidium è ſuis militibus poſuerat, ſed ad breve tempus cum enim jam podagrâ laboraret in genibus & plantis, gravis probum Comitem inceſſit ægritudo & ad extrema Conſtantinopoli anni 1205 perduxit, magni ipſius Balduini Imper: Theodorici Dixmudani, Winnoci Hondeſcotani, Willelmi Bethunienſis Advocati & aliorum ſociorum luctu & mærore: æque ac ſocietatis detrimento non modico ut videre eſt in *Villarduino* & aliis. Honorificè ei parentatum, dein in divi Georgii æde Manganiâ & Scelerenæ Auguſtæ Monumento Conſtantinopoli, Regium in morem funeratus eſt; hinc poſtmodum ejus corpus in Abbatiam Caricampi relatum narrat *Locrius* his

(a) *Gretſerus de Cruce.*

verbis ad an. 1205. Hugonis Corpus " postea per Cari-
" campenses Monachos in Artesiâ relatum in eorum cœ-
" nobio à Majoribus suis constructo, juxta Capituli li-
" men sub marmoreo Lapide sepultum esse creditur.

Sic autem *P. Malbrancq*, cum ei Hugoni tumulus in augustâ S. Sophiæ Basilicâ destinaretur, occlamavere Caricampenses Monachi quos secum in Syriam deduxerat, aliam fuisse Principis sui menten, & Campavenensium postremum deberi Monasterio Morinensi, cujus essent primigenii fundatores; & ad illud tandem emenso longo terræ marisque itinere deportatum, subque marmore conditum, postquam Paulopoli ab novo Præposito, quem cum Lamberto Morinensi crearat, priusquam Palestinicum iter arriperet, funebri pompâ exequiisque donatus ex magnificis.

Plerisque compertum est Sancti Pauli Toparchiæ vicos quosdam Paritatis dignitate gaudere, adeoque totidem honorari Paribus qui dicuntur Domini sui convassalli, quod ratione hominii ac tenuræ sibi invicem pares sint eique Domino subsint à quibus solis judicari poterant, verum de Parium Stagiis in Castris Dominorum suorum faciendis & qua ex causâ tenerentur, & quem in finem ad ea peragenda astringerentur convassalli, complures latent: unde lectorum oculis haud injucundum erit subjicere cartam prolixiorem licet, quæ horum usum omnino aperit: Comitis est Sancti Pauli Hugonis scilicet (Candavenæ reor id nominis IV. ut ex temporis congruentiâ conjicere libet) talis ergo tenoris est.

" Noverint universi pariter præsentes & futuri quod
" cum Nobilis Vir Hugo Comes Sancti Pauli requireret
" a Paribus Castelli Sancti Pauli quale stagium vel resi-
" dentiam facere debebant in eodem Castello, ipsi habito
" inter se super hoc diligenti concilio & relatu concor-
" diter responderunt in hunc modum.

" Videlicet quod si prædictus Comes & uxor ejus Esta-
" gium sive residentiam faciebant in Castello memorato,
" ipsi & uxores ibidem secum residentiam facerent per
" dies 40, & si uxor Comitis ibidem præsens non erat

" neque

,, neque eorum uxores præſentes eſſe tenerentur.

,, Die vero primâ adventus ipſorum, cum ipſi veniunt ,, pro ſuo Eſtagio faciendo in Caſtello ſæpedicto, ipſi & ,, eorum uxores cum familiâ univerſâ quam ſecum addu- ,, cunt ad Stagium faciendum debent comedere primum ,, prandium ad curiam Comitis ſupra dicti, diebus vero ,, ſequentibus uſque ad ſupradictos 40 dies, ſi ibidem ,, tantam moram fecerint, teneretur unuſquiſque ſibi & fa- ,, miliæ ſuæ neceſſaria providere. Die vero ultimo 40 die- ,, rum ſicut & in primo, teneretur eis in uno prandio ,, providere dictus Comes & poſteà ipſos licentiare ſine ,, causâ, nec à die illâ ad unum annum tenerentur Eſta- ,, gium facere in prædicto Caſtello dicti Pares.

,, Si verò tantùm Eſtagium non facerent, ſed ſolum- ,, modò per dies tres vel quatuor, vel ampliùs, ſivè ,, minùs, nec opus eſſet, & tamen cùm licentiâ Comitis ,, recederent, nihilominùs remanerent quieti & liberi de ,, Eſtagio ibidem faciendo uſquè ad unum annum.

,, Sciendum eſt etiam quòd ſi uxor dicti Comitis ,, tempore 40. dierum in Caſtello jam dicto præſens erat, ,, & pro viduitate ſuâ, & pro caſu aliquo à prædicto ,, Eſtagio recederet, & uxores parium ſimiliter poſſunt ,, recedere cùm causâ, ſimiliter & ſi dictus Comes rece- ,, deret ſinè causâ, poſſent recedere dicti Pares.

,, Si verò dictus Comes alicui Parium injuriam face- ,, ret manente Eſtagio, & conqueretur de ipſo, per judi- ,, cium Parium incontinenti teneretur emendare ipſi Pari.

,, Notandum etiam quod omnes Pares communiter per ,, totum annum quo ibidem præſentes erunt pro præ- ,, dicto Eſtagio faciendo, poſſunt & debent in foreſtâ ,, ſuâ venari & in garennis ſuis ſimiliter tàm ad beſtias ,, quàm ad volucres, in prædictâ foreſtâ poſſunt mittere ,, ſummarium ſuum pro lignis præcindendis ad ardendum ,, per totum annum memoratum.

,, Etiam quià prædictus Comes à prædictis Patibus re- ,, quiſivit quale ſervitium ei deberent pro Comitatu de- ,, fendendo, ipſi concorditer reſponderunt, quòd ſi vi-

G

Bayerische Staatsbibliothek München

„ derint quod Comitatus defensione indigeret, quilibet eo-„ rum debet deffendere ad expensas proprias per 40. dies, „ nec à fine 40. dierum per unum annum servitium hu-„ jusmodi posset requirere dictus Comes & si unius spa-„ tium temporis sufficiebat ad defensionem dicti Comi-„ tatûs, nihilominùs quieti & liberi remanerent ab hu-„ jusmodi servitio usque ad annum.

„ Ad dicendum fuerunt & concordaverunt Dominus „ Joannes de *Baliolo*, Dominus Rogerus de *Dors*, Do-„ minus Balduinus de *Dunjon*. Domina Nedidis Buticu-„ laria, Dominus Hugo *Ploubes* & Dominus de *Pas*. „ Dominus Joannes *Boulons*. Balduinus Dominus de *Se-„ nesaint Leger* (al. *Susaint Leger*) Balduinus de *Ariâ*, „ Balduinus de *Hezeke*, Rogerus de *Heseke*, Joannes de „ de *Mirebeau*. Et ut hoc ratum & stabile perseveret „ prædicti Pares præsens scriptum sigilli sui munimine con-„ firmarunt, Protestantes & dicentes quòd si possint in-„ quirere à probis viris & antiquis quid plus servitii „ facere deberent Comiti memorato, plus eidem facerent „ diligenter. (*a*)

PROPAGO HUGONIS EX JOLENDE.

Præfatum est Comitem nostrum sibi in uxorem copulasse Jolendem Hannoniensem de genere Carolomani natam licèt 47. ampliùs annis: nihilominùs ex eâ binas suscepit proles fœmineas Elisabetham & Eustachiam Morinorum decora suscitaturas.

1. Elisabetha superstite patre, Galteri ceu Galcheri Castillonii thalamo sociatur &c. ut infrà.


2. Eustachia verò paulò post, conjugale etiam vinculum stringit cùm Joanne Nigellæ (Gal. *Nesle*) regulo, Brugensi Castellano, qui admovente uxore domum suam Parisiis sitam Reginæ Blanchæ filioque ejus Sancto Ludovico vendidit, genuit autem unicam prolem nomine Gertrudem, nuptam Radulpho de Claromonte.

(a) *Ex gloss. du Cang. v. stagium.*

Annum 1200. seu novum sæculum ingredi datur cùm novâ prole ortâ ex conjugio ad annum 1197. Celebrato & & invisâ hactenùs Morinis familiâ quæ ità Tervanensibus nostris seu Santpaulanis inoculatur, ut penè Campavenarum & Tervanensium extinguat memoriam : saltem insignia, quæ mergitem aureum in æquore Cæruleo ostentabant, prorsùs abolevit. Cùm enim sæculo & ampliùs Paulopoli expiscaretur P. Jacobus *Malbranq* aliqua Primigeniorum istorum insignia, nulla nullibivè, vel ullum deprehendit, sed solummodò Castellionensium ad Matronam, quæ jam cùm Galchero eorum Principe invehuntur : cum tamen ad Romanorum Ævo, ipsi (uti narratum) territorium illud equestri avenæ pabulo destinarant, primores Comites mergitem illum in parmam stemmaticam assumpserunt. (*a*)

Supradictum est Philippum Alsatium, neptem suam Elisabeth maritasse Philippo Regi Galliæ, sed omissum, Alsatium per nuptialem contractum, ipsimet Regi *Belloquercum* dono dedisse, quod ubi scivit Hugo conquestus ac fortiter reluctatus est, sustinens oppidum illud sui juris esse : Rex autem litem dirimit & sic litigantes, pacificavit, ut retineret quidem Oppidum, at ut etiam Hugoni fieret satis & ejus simul obsequia hactenùs præstita compensarentur, largitione Regiâ accessêre ei Pons stæ Maxentiæ, *Pompoing* atque Vernolium sub ejus fide & clientelâ ac successorum ejus. Hinc Hugo & sequentes Comites deinceps dicendi sunt Domini Pontis stæ Maxentiæ, *Pompoing* & Vernolii.

(a) *De Morinis lib.* 11.



ELISABETH CANDAVENE

SANCTI PAULI COMITISSA XVI. NUPTA GALCHERO DE CASTILLIONE AD MATRONAM.

GAlcherus primis à Connubio ſuo annis ſponſa Eliſabeth in omnibus advovente, pietatis operibus munificentiæ donis, vir utique militari deditus, nomen fecit ſibi celebre, celebrius autem imò celeberrimum per totam Galliam, ex quo jus ſponſæ hæreditarium induit ac Comitatus Sancti Pauli Regimen ſuſcepit; ut ex dicendis palam fiet.

Anno 1206. conventionem fecit Galcherus cum Martinianis Monachis Pariſienſibus in hæc verba.

„Ego Gualtherus de Caſtellione Comes Sancti Pauli notum facio præſentibus & futuris quod cùm inter me „Eccleſiam Sancti Martini de Campis, ſuper quâdam „conſuetudine quæ *Meſſio* vocatur, contentio fieret, „quam à totâ Villâ de *Aneto* & ab omnibus habitanti„bus in eâ requirebam, aſſenſu uxoris meæ Eliſabeth „Comitiſſæ Sancti Pauli, pro remedio animæ meæ „& pro animabus Anteceſſorum meorum, dictam „conſuetudinem prænominatæ Eccleſiæ in perpetuam

„ eleëmosynam benignè concessi, actum anno Verbi In-„ carnati M CC VI Carta hæc, munita erat 2. Sigillis præferentibus, primum Galcherum equitantem cùm hâc inscriptione circuitu ✝ *Sigillum Galcheri de Castellione Comitis Sancti Pauli* : appendebat scutum insignia Castellionica præferentia cùm hâc inscriptione †. *Secretum Galcheri.*

Secundum sigillum, figurat uxorem Elisabeth stantem cùm Aviculâ in sinistrà cùm inscriptione †. *Sigillum Elisabeth de Castellione.* Scutum appendens idem quòd mariti, cum hâc inscriptione †. *Secretum est.* *Duchene.*

Hinc deducitur quòd illius Ævo uxores virorum suorum cognominibus & insignibus utebantur in signandis & muniendis Litteris & Cartis.

Anno eodem Galcherus, primus adest inter plegios quos Philippus Rex dedit pro conventionibus Nuptiarum filiæ suæ Mariæ cùm Philippo Flandrensi Comite Namurcensi : cùm Galchero erant Matheus de *Momorentiaco*, Comes Boloniensis, Joannes de *Nigellâ*, Galtierus de *Avenis*, Castellanus Gandensis & Advocatus Bethuniensis.

Litteræ Philippi Regis quibus fiduciat Philippo Comiti Namurcensi quòd à vigesimo sequenti die post Natale Domini in quatuor annos complectos Mariam filiam suam ipsi dabit in uxorem. Actum Parisiis anno Domini M CC VI. mense Augusto. Plegii Domini Regis de observatione conventionum.

Comes Sancti Pauli ergà Dominum Regem de II. M. *Marc.* idem ergo Comitem Namurc: pro Domino Rege de II. M. *Marc.*

Mathæus de Montemaurentiaco de II. M. *Marc* pro utroque.

Comes Boloniæ de II. M. *Marc* pro utroque, Joannes de *Nigella* de M. Marcis pro utroque.

Gauterus de *Avenis* de M. Marcis pro utroque.

Comes Robertus de M. Marcis pro utroque.

Castellan. Gandensis de V.C. Marcis pro Rege ergà Com.

Guillelmus avunculus de V. C. Marcis ergà Regem pro Comite.

Advocatus Bethuniæ de V. C. *Marc.* Ergà Comitem pro Rege. (*a*)

Anno 1207. agnoſcit ſe tenere à Rege infeudum *Ballolium & Bofermont & Boſcum Tirelli* cum eorum pertinentiis & præſentibus Matheo Comite Bellimontis, Simone Monte forti & Matheo de Montemorenciaco & aliis multis &c. Actum Pariſiis anno gratiæ &c.

Anno 1208. Rainaldus Comes Bolonienſis nominavit Galcherum cum Guillelmo de *Barres* arbitros & Judices litis quæ eum inter & Blancham Campaniæ Comitiſſam interceſſerat propter Civitatem Brigenſem.

Anno 1209. congregavit Rex Philippus plures Magnates apud *Villam novam* juxtà Senonas ut ordinaret ſuper homagiis eorum qui aderant; talis autem fuit ordinatio " Philippus Dei gratiâ Franciæ Rex noverint om-
" nes præſentes pariter & futuri, quod Odo Dux Bur-
" gundiæ Herveus Comes Nivernenſis, Rainaldus Co-
" mes Boloniæ, Galcherus Comes Sancti Pauli, Guido
" Domnapetra & plures alii & aſſenſu publico firmave-
" runt ut à primo die Maii in poſtremùm ità ſit de
" feodalibus tenementis; quidquid tenetur de Dominio-
" legio vel alio modo, ſi contigerit per ſucceſſionem hæ-
" redem, vel quoquo alio modo diviſionem indè fieri,
" quoquomodò fiat, omnes qui de illo feudo tenebunt
" de Domino Feudi principaliter & nullo medio tenebunt,
" ſicut unus anteà tenebat priuſquàm diviſio facta eſſet:
" & quandòcumque contigerit pro illo totali feodo ſervi-
" tium fieri, quiſlibet eorum ſecundùm quòd de feodo te-
" nebit, ſervitium tenebit exhibere, & illi Domino deſer-
" vire & reddere Racaptum & omnem juſtitiam: quid-
" quid autem anteà factum eſt & uſitatum uſquè ad pri-
" mam diem Maii, maneat ſicut eſt factum: ſed de cæ-
" tero fiat ſicut eſt ſupradictum. Quod ne poſſit obli-

(a) *Duchene Hiſt. Bethun.*

„ vione deleri & in posterùm irritari, præsens scriptum
„ sigillorum munimine fecimus roborari, actum in Par-
„ lamento nostro apud *Villam Novam* Regiam juxtà Seno-
„ nas congregato anno ab Incarnatione Domini 1209.
„ M. Majo.

Indè Galcherus compendium Comitatus est Regem, ubi solemnem in Pentecostalibus tenuit curiam, ibi enim equites novos creavit Ludovicum VIII. filium, Robertum & Petrum Drocenses filios Roberti II. Comitis Drocensis, ibidem crucem accepêre contrà Raimundum Tholosatium Comitem, Odo Dux Burgundiorum, Herveus Comes Nivernensis, Simon de *Monfort* Comes de *Leicestre* & Galcherus Comes noster, qui tamen priusquàm iter acciperet, pietatem in diversas Ecclesias donis suis exhibuit, ut sequitur; sed priùs notandum quod eodem anno 1209. Galcherus Philippo Regi creantavit (verba sunt cartæ) & corporali fide mediante fiduciavit, quod ipse & hæres suus ad magnam vim & parvam redderet ei & hæredibus forteritiam suam de Sancto Paulo, quotiescumque eis opus foret, & cùm exindè requireret, quod actum est Lauduni Mense Martio. (*a*)

Eodem anno Galcherus & Elisabeth divinæ pietatis intuitu dedere perpetuum foragium suum de *Lucen* Ecclesiæ Sancti Leodegarii & Monachis ejusdem loci liberè & quietè habendum & pacificè possidendum, actum mense Junio.

Eodem Ævo Capellaniam in Castro suo *de Brogny* sitò ad Sparnacum, de novo fundavit cùm certis Redditibus Capellaneo suo Pasquerio & Successoribus assignatis; hoc addito, quod quoties Comites in Castro morarentur, Capellanus communicaret eorum mensæ, Capellaniam autem dedit Abbatiæ de Sparnaco in possessionem &c.

Anno 1211. Galcherus de Castillione Sancti Pauli Comes & filii ejus recensentur inter Plegios pro Ingerranno de *Cociaco* apud Philippum Regem Franciæ.

(a) *Duchesne.*

„ Eodem Ævo Ludovicus Philippi Regis Primogenitus „ Audomarum & Ariam lucri facit opitulantibus Sancti „ Pauli & Pontivi Comitibus aliisque Baronibus. Res ità „ se habet, Ludovicus Regis Primogenitus miles jam factus, „ subitò & repentè Ariam venit cùm exercitu & bellicis „ instrumentis exigens à Burgentibus Villam sibi reddi „ sicut ipsi noverant eam competere sibi ex parte maternâ, „ illi autem dixerunt quod si Castrum Sancti Audomari „ quod erat fortiùs & magis munitum, & quod jure pari „ eum respiciebat, priùs obtinuisset, ipsi absque morâ „ & difficultate aliquâ ei redderent Villam suam.

„ Hâc igitur spontione acceptâ venit ad Audomarum; „ sed clausum invenit, non enim Burgenses continuò re- „ ceperunt, licèt magno minarum tonitru terruerint eos „ Comites Sancti Pauli & Pontivi (Guillelmus) aliique „ Barones qui cùm prędicto venerant Ludovico.

„ Confluebat itàque copiosus exercitus circà Villam & „ attrociter minabantur, quòd eam succenderent & om- „ nes in eâ repertos immanissimis cruciarent suppliciis, „ at Burgenses cùm ità ex improviso se viderent obsessos nec „ haberent milites quorum consilio & auxilio possent def- „ fendere Villam suam, nullumque sibi præsidium ferri „ ab aliquo expectarent, habuêre consilium quod recipe- „ rent in crastino, cùm honore Dominum Ludovicum „ & ipsi ab eo reciperentur in gratiâ & amore. Factum- „ que est ità. Deindè consilio ejusdem Ludovici apposue- „ runt adhuc firmare ampliùs muris pariter & fossatis „ majoribus Villam suam; & ipse Ludovicus Turrim ex- „ celsam & fortem ędificavit in medio muri propè por- „ tam Bolonienſem per quam posset intrare in Villam „ suam cùm vellet & exire ab eâ &c. (*a*)

Anno 1218. si fides Joanni *Carpentier* in suis Cameracensiis, conjux uterque noster multifariam Ecclesiis Cameracensibus contulit eleëmosymam scilicèt, Canonicis Cathedræ 400. libras, Gaugericensibus 300. lib. Aubertinis

(*a*) *Ex Genealogiâ Fland. apud D. Martene.*

160. lib. Cantipratanis 200. lib. Ascetis de Sancto Sepulchro 150. lib. de Vacellis 240. lib. de Sancto Andreâ 130. lib. Parochialibus Basilicis 200. lib. Zenodochiis & Nosocomiis 340. lib. &c. datum Cameraci præsentibus Guillelmo de *Condé* seu de *Fontaines*, Philippo de *Nantevil* propinquis, Matheo de *Memorency*, Radulpho de *Roye*, Guillelmo de *Barres*, Eustachio de *Neufville*, Rádulpho *du Fart* aliisque equitibus &c. *pag.* 864.

His actis in Catholicorum exercitum se transtulit Comes quocum in Occitaniam perrexit, interfuit captioni Civitatum Bitterensis & Carcassonensis, quæ erant Rogerii Bitterensis Vice Comitis; tandem multis aliis occasionibus virtutem militarem exercuit, hinc tantus apud Regem habitus est, ut vix redux, deligitur à Rege in Ducem primarium alterius exercitûs contrà rebelles Britones mittendi. Undè jussus eorum Fortalitium oppugnare, oppugnavit cito & expugnavit generosè ad placitum Principis Britonumque omnium arcem *Guerclin* dictam milite Regi fideli munivit & custodiam Juheli, qui sibi Comes erat, mandavit.

Indè Landunum venit apud Regem ubi ei obtulit suam Sancti Pauli Forteritiam ut dictum est; hinc Rege salutato, in Campaniam ad Comitissam Blancham appulit, ibique per aliquot tempus moratus, unus è primoribus fuit qui subscripsère anno 1212. ordinationi inter nobiles Campaniæ & Brienses transactæ in causâ successionum; ibi enim tunc temporis solum proles fæmineas procreabant.

Anno 1213. Galcherus dono largitus est Abbatissæ ac Monialibus Faræmonasteriensibus sexcenta lignorum jugera ex Silvâ Creciacâ, quod ratum fixumque habuit Godefridus Episc. Meldensium.

Item eodem anno transactione factâ cùm Abbate & Abbatiæ de Sancto Martino apud Sparnacum ratione Capellaniæ prædictæ. Ejus redditus decimis & aliis ad victum necessariis auxit in favorem 2. Canonicorum ad sacra peragenda deputatorum. &c.

Inter hæc excitantur in Belgio novi tumultus qui Galcherum noſtrum in obſequium Regis revocant, etenim Ferdinandus Regis Luſitaniæ filius Joanne Flandrici Comitatus hærede ſibi copulato, ſibi pariter fœdere devincit Rainaldum Comitem Boloniæ, & Simonem de Dommartino ejus fratre, cui Rex Neptem Mariam Pontivi Comitiſſam in ſponſam dederat. Et omnes fœderati conſilio Candulphi Moritaniæ Domini ad Scaldim Tornacenſem Civitatem intercepere, quo Rex Audito, ſic ſtomachatus eſt ut jam in procinctu tranſmittendi in Angliam numeroſum exercitium, in fœderatos potentiora direxerit arma, & ſtatìm Comiti noſtro mandaverit æquè aç Guerino fratri ordinis Hoſpitalis Epiſcopo Silvanectenſi electo, quatenùs urbem ad obedientiam Regis reducant.

Galcherus juſſu Regis animatus mox oppidum obſedit, quod brevi auxiliantibus civibus in poteſtatem redegit, hoſtibus indè abactis. Quo facto vicos diverſos traditoris illius Candulfi juris, flammis addixit, Moritaniâ ejus urbe ne quidem ſalvâ, etſi enim munitâ, & ſitu valida, expugnata à Galchero & quidquid in eâ reperta ſunt, igne ac ferro aſſumpta ſunt.

Rex autem à ſuâ parte urbes Caletanam, Iprenſem, Brugenſem ac Gandenſem propugnabat, quas tandem ſui juris fecit & præſidio munivit. Cùm verò vellet ſuam Galliam repetere omnium regimen filio Ludovico & noſtro Sancti Pauli Comiti, quos Inſulis & Duaci reliquit, commiſit. Sed vix Princeps diceſſerat quod Ludovico placuit ſequi parentem & ſecum noſtrum Galcherum, & alios Duces qui ibi auxiliares erant, deducêre : præbuit hoc Ferdinando locum novis copiis Flandriam introducendi, & ſuas urbes illicò ad obſequium ſuum revocare.

Hinc bellum exurgit vehementiùs, Ferdinandus copiis adjutus Germanicis, Anglicis, Brabantinis & Hannonicis, ex omnibus exercitum ità potentem conflavit, ut Regium Philippi multo numero excederet, Galli tamen Barones & Primores animo generoſiori præcellebant & maximè Galcherus Caſtillionicus, qui poſtremo agmini

præerat ; namque omnes illius Ævi Scriptores fidem faciunt in die pugnæ Julii 27. 1214. ad Pontem Bovinum datæ, Comitem Sancti Pauli mira perpetrasse & præclara, undè felix illius gloriosæ ad memorabilis victoriæ successus & honor Galchero meritissimè adscribuntur. Actionis hujus meritum exponi meliùs unquàm non valet, quam narratione fideli " Domini *Rigordi* qui horâ „ pugnæ, spectator aderat à tergo Regis Domini sui. „ Satellites in equis, inquit, de consilio Comitis Sancti „ Pauli ab electo prȩmissos ad inchoandum bellum, se- „ cutus non minore levitate quam si aquila volaret in co- „ lumbas. Ipse Gaucherus Comes Sancti Pauli cùm suis „ militibus electis ab ipso optimis & perforavit eos per „ medium eorum mirâ velocitate transiens, multos fe- „ riens & à multis percussus, equos & homines indiffe- „ renter occidens & prosternens & multos capiens ; & „ reversus est per aliam partem hostium multitudinem „ quam maximam intercludens quasi in sinu quodam. „ Ibidem pugnabat Vice-Comes Melduni, qui mirabi- „ liter præliabatur, habens in acie suâ probissimos mili- „ tes qui eodem modo quo & Comes Sancti Pauli inva- „ sit hostes. In Aliâ parte & perforavit eos & reversus „ est per aliam partem per medios hostes. Ibi percussus „ fuit in aliâ acie Michael de *Harmes* à quodam Flan- „ drensi lanceâ per scutum, loricam & femur & con- „ sutus fuit alveȩ sellæ, & equo, & tam ipse quam equus „ corruerunt in terram ; Hugo de *Malauneio* prostratus „ in terram & multi alii equis occisis prostrati, & virili- „ ter resurgentes, non minùs acriter pugnabant super pe- „ des suos quam super equos.

„ Comes Sancti Pauli ab illâ cœde paululùm digressus, „ ut qui ictibus innumeris tam sibi quam à se illatis fa- „ tigatus erat, aliquantulùm repausavit facie suâ ad ho- „ stes versâ, vidit unum de militibus suis circumvallatum, „ ab hostibus, ad quem liberandum cum nullus ei pa- „ teret aditus, licet nondùm Spiritum resumpsisset, ut „ per insertissimum cuneum hostium cum minori periculo

„ transire posset, incurvavit se super collum equi ipsum „ collum utroque brachio amplectens & equum calçaribus „ urgens cuneum hostium irrupit. Ibi se erigens, gladio „ exerto omnes circum astantes hostes mirabiliter dissipa- „ vit, & sic audaciâ admirabili seu temeritate, cùm in- „ genti suo periculo, suo milite à morte incolumi liberato, „ de manibus hostium evadens in suorum agmine se recepit.

„ Testati enim sunt qui affuerunt quod ipse in tanto ibi- „ dem periculo fuit quod duodecim lanceis uno eodem- „ que momento impellebatur, non tamen ipsum, vel „ equum prosternere, aut illum ab equo evellere potue- „ runt. Spiritu itaque parumper resumpto, iterùm cùm „ suis militibus, qui interim respiraverant, in medios hostes „ infertur, *hactenùs Rigordus Regis Philippi Cronographus.*

Itaque septimo calendas Augusti Otho Imperator hoc apud Bovinas memorabili prælio victus est à Philippo Galliæ Rege. E Morinensibus capti vel cæsi qui pro Othone steterant, Ferdinandus Parisios in Luparam ductus, Rainaldus Comes Boloniæ Peronam in carcerem missus, Gerardus Gromberganus, Galterus Gisletanus, Balduinus de *Comines* aliique plurimi. Lego nostrum Galcherum dedisse se plegium pro prædicto Gerardo de CCL. &c...... vix ab illo atroci prælio respiraverat Galcherus ubi tantam retulit gloriam & tantum Regno Gallico obsequium præstitit, quod ad componendas inducias cùm Joanne Anglorum Rege transmittitur : fuit autem inter magnates primus qui eas inducias Regio nomine juravit & consignavit Chinoni, ipso exaltatæ Crucis Festo die, quasque Robertus Comes Alenconii, Guido de Dompetrâ, Guillelmus de *Barres* & alii Domini pariter præstitere

Anno 1215. vicum de *Mauressart* Creciaco vicinum in suam Protectionem & Advocationem recepit ad instantiam Bartholomei Abbatis Sancti Martini apud Pontisaram, qui ei indulsit totius justitiæ exercitium.

Eodem anno iterùm se insignavit cruce cùm Philippo Drocensi, Guillelmo Comite Pontivensi, Roberto Sa-

gienſi & Alencono, Guicardo Bellojocenſi, Mathæo Momorenciaco iiſque omnibus ſuis conſanguineis: Adamo Vice Comite Meloduno aliiſque potentiſſimis Dominis, ut in Albigenſes iter ſecundum arriperent. Cùm eo adveniret Galcherus obtinuit ab Epiſcopo Carcaſſonenſi, à Simone Monteforti, ab Abbate conventus Caſtrenſis quaſdam de faucibus S. Vincentii reliquias, quas fratri Roberto Laudunenſi Epiſcopo miſit reponendas in ſuâ Sancti Vincentii M. Baſilicâ.

Sub finem anni ejuſdem reverſus eſt in Campaniam ad curiam Comitiſſæ Blanchæ in cujus favorem cuidam judicio ſubſcripſit contrà jus prætenſum Abbatis & Aſcetarum de *Valuiſſant*. &c.

Januario ſequenti eadem Comitiſſa Gualchero fecit licentiam quotidiè ſumendi de ſylvâ ſuâ de *Mahant* ligna ſeu viva ſeu mortua, quantùm opus haberet, quamdiù cùm uxore conſidebunt in ſuo Caſtro de Creciaco. &c...

Februario inſecuto motu proprio ſpopondit Theobaldo IV. Campaniæ & Brigiȩ Comiti, ſe illi opem & obſequium allaturum contrà filias Henrici Comitis, & Erardum de Brienne Dominum de *Rameru*. Vid. *Duchene* ad annum 1216. in domo Caſtellionicâ.

Anno 1217. delectus eſt cùm Odone de Burgundio & Roberto de *Courtenay*, ut litem amicabiliter expediret, quȩ inter Herveum Nivernenſem Comitem & Comitiſſam Blancham verſabatur propter poſſeſſionem quorumdam Caſtellorum & poſt pauca Galcherus plegium fecit ſe ergà Regem pro fidelitate dicti Roberti de *Courtenay* conſanguinei & amici quem non potuit magis Regi devincere, quam dùm ſeſe pro 500. argenti Marcis ejus nomine obſtrinxit & ad tradendas arces de *Conches* & *Nonancourt* dictas.

Anno 1218. convenit Galcherus cùm aſcetis de *Chartreuve* Ordinis Præmonſtrenſis, eiſque concedit Sylvam ſuam de *Montlevon* ad conſtructionem novi Vici, cujus Terragium ac decimæ ad eorum Eccleſiam pertinerent, cui pacto conſenſere uxor Eliſabeth & liberi.

Februario sequenti Rex, ut aliqualiter merita Galcheri compensaret, largitus est illi *Thorigni* in Normanniâ, eâ lege ut obsequia solita præstaret juxtà usum ac ritum patriæ.

Anno deniquè 1219. jam tertio crucem in Albigenses assumpsit, unâ cùm Ludovico Regis Primogenito, reliquamque vitam sacræ ei militiæ dicavit, ut reverà omnes annos Dei suique Principis perfectissimo in obsequio exegerit. Meritòque jure ab Guillelmo Brito sui ævi miles, Duxque omnium bellicosissimus prædicetur. Addam ego, munificentissimus, cui tamen affluxerent omnia & effluerent divinâ quodammodò cùm ipso certante munificentiâ. (*a*)

Obiit Galcherus anno 1219. ut ex cartis constat. Elisabeth autem uxor superstes vixit ad 14. annos è quibus 13. vidua transegit, & in decimo quarto denuò nupsit Joanni Bethuniensi Equiti, filio Guillelmi &c. & eodem anno vivis eripitur. Sic *Duchene* in Castellionicâ, sed in historiâ domus Bethunicæ quàm 10. annis post Castellionicam edidit, probat ex litteris ejusdem Elisabeth, eam adhuc anno 1240. vixisse, eoque obiisse. *Vide in probat. pag.* 11.

(*a*) *P. Malbranq Tom.* 3. *pag.* 437. 464. *& seq.*

PROSOPIA GALCHERI ET ELISABETH SANCTI PAULI COMITUM.

1. Guido de Castellione 1. nomine Comes Sancti Pauli de quo jam sermo erit.

2. Hugo de Castillione Comes Blæsensis & Sancti Pauli post fratrem.

3. Elisabeth. Hæc nomen sortita est in memoriam Elisabeth Hannoniensis Reginæ Galliȩ & matris ejus Germanæ: nupsit Radulpho de *Coucy* II. Dom. *Coucy* de *Marle*, *de la Fere*, filio Enguerrani de *Coucy* III. & matriæ *d'Oisy* &c.

Eustachia, Lustricam matrem habuit Materteram suam D. Eustachiam de Nigella Dominam de Sancto Paulo, & sponsum, Danielem de Bethuniâ filium Guillelmi &c.

5. Beatrix habuit pariter in matrem lustralem matris suæ Materteram scilicet Beatricem à Sancto Paulo, uxorem Joannis Pontivi Comitis. Beatrix verò de Castillione nupsit Auberto de *Nangest* Domino de *Genlis*, filio Florentii &c. alii volunt nuptam Guillelmo Dompetro. (*a*)


6. Tertia datur mascula proles paterno nomine Galcherus, cui Castellio ad Matronam & Creciacum in Brigiâ accessere in partem hęreditatis.

Nota. Priusquam ad novum transeamus Comitem; juvat huc referre nomina militum ex Comitatu Sancti Pauli, qui hoc tempore Philippi Augusti Gallicarum Regis Bannerias ferebant circà annum 1202.

1. COMES Sancti Pauli.
2. Robertus *Fretel.*
3. Hugo *Tracon.*
4. Gilbertus *d'Averdoing.*
5. Balduinus de *Ariâ.*
6. Eustachius *d'Encre.*
7. Balduinus de *Crequi.*
8. Balduinus de *Pas.* (*b*)

Tùm autem ferebant, cùm Comites bellum in hostem suum illaturi facultatem faciebant suis Vassallis potentioribus Banneriam gestandi suis insignibus contextam sub quâ subditi sui aliàs Vavassores minores militare habebant audito primo Dominorum suorum signo seu edicto publico.

(*a*) *Vid. Malbranq, Duchêne.*
(*b*) *Ex 1. T. hist. edit. ad Duchêne.*



GUIDO DE CASTILLIONE

I. NOMINE COMES SANCTI PAULI XVII.

DOMINUS DE *MORTIAY*, DE *BROGNI*, DE PONTE SANCTÆ MAXENTIÆ, DE SANCTO ANIANO, DE BARONIIS

PERCHE GOETH, &c.

HIc Comes Galcheri Primogenitus, aliàs Guido de Castilione aliàs de Sancto Paulo indiscriminatim nominatur in suis litteris: præter Sancti Pauli dynastiam, Dominus etiam fuit ditionum jam dictarum aliarumque, quas cùm fratre Hugone possedit.

Anno quippè ipso patris obitus, simul agnoverunt Blancham Campaniæ Comitissam glandarii pabuli jus in sylvâ de *Villy* habere; & Septembri sequentis anni Guillelmo de Joinvillâ Remensi Archiepiscopo vendidêre pro 400. libris Parisis: quidquid pater eorum Galcherus acquisierat in vicis de *Wez* de *Nouvillâ* & de *Tuissey* &c. Elisabeth

Elisabeth autem eorum parens ad multos annos superstes semper & in omnibus Comitissam Sancti Pauli se dixit & inscripsit ad modum illius Ævi, in quo majores Dominæ agnomina maritorum ferebant & insignia, quibus tabulas suas ac diplomata muniebant : undè ejus & filiorum gesta ac beneficia huc promiscuè veniunt recensenda.

Anno igitur 1220. Elisabeth beneplacito suo firmat XV. jornata terræ quę Nicolaus *Bisars* dedit in eleëmosynam Ecclesiæ B. Nicolai de Lucheto aliàs *Luceu* salvo jure & terragio quod priùs in eodem Territorio vocato *Poteriâ*, habebat.

Eodem anno Elisabeth compositione factâ quoddam solvit litigium, Guidonem inter & Hugonem & filios suos ex unâ parte & Matheum de *Rollepot* militem & hæredes suos ex alterâ super duabus carrugiis terræ trecentas & viginti dietas quæ *Jorneta* dicuntur, continentibus, & super quædam aliâ terrâ quæ *Bauleche* dicitur. Actum Junio M CC XX.

Anno 1221. agnoscit se & hæredes suos viro V. Abbati Aquicinctinensi & Successoribus ejus hominium ligium facere teneri de totâ terrâ quam Galcherus habebat de Matheo de *Rollepot* qui præfati Abbatis homoligius erat, quoties ipsum Abbatem vel Successores ejus in terrâ de *Ternois* venire contigerit, talis est carta.

„ Elisabeth de Castillione Comitissa Sancti Pauli omnibus „ ad quos litteræ præsentes pervenerint salutem in Domino.

„ Noverit Universitas vestra quod ego & hæredes mei „ viro Venerabili Abbati Acquicinctensi tenemur & Suc„ cessoribus ejus hominium ligium de totâ terrâ quam ca„ rissimus Dominus meus Galcherus de Castellio quondam „ Comes Sancti Pauli, de Matheo de *Rollepot* milite e„ mit, de quâ ipse Matheus præfati Abbatis cùm aliis „ feodis suis homo ligius erat, quoties Abbatem vel Suc„ cessores ejus in terrâ de *Ternois* venire contigerit, fa„ cere tenemur, tali conditione, quòd si Abbas prædictus vel „ prior Sancti Georgii de Hesdinio propter negotium suum „ nos apud Hisdinium mandaverit, si aliquo negotio impe-

„ diti ad ſubmonitionem ire non poſſemus, nos per aliquem „ de hominibus noſtris Ligiis ſubmonitione ipſorum li- „ beraremur.

„ In cujus rei teſtimonium prædictis Abbati & Succeſſo- „ ribus ſuis litteras tradidi ſigillo meo roboratas ; actum „ anno Domini M. CC. XX. menſe Januario.

Cartam hanc nobis communicavit Dominus *Rouſſel* Paulinas & amicus noſter , modò Monaſterii ſui Aquicinct. Supprior, Profeſſor & Novitiorum Moderator benè meritus.

Eodem anno ratum habuit Eliſabeth pactum aliquod inter Eccleſiam de *Ligny* ad Quantiam & Robertum de *Rebroves* ſuper quaſdam terras, quas ibidem Robertus deguerpivit & in perpetuum quittavit eidem Eccleſiæ de *Ligny*, & ſi quid juris in his habuerat miſericorditer erogavit. *Duchéne.*

Eodem anno tabulas in gratiam civium oppidi Sancti Pauli confecit Eliſabeth, quas in terminis exſcribere placet.

„ Ego Eliſabeth de Caſtillione Comitiſſa Sancti Pauli „ notum facio tàm præſentibus quàm futuris quod Hugo „ Comes Sancti Pauli pater meus Communiæ de Sancto „ Paulo Banni-Leucam dedit & conceſſit , videlicèt ab *Haiâ* „ Joannis filii Heluini ad ſpinam *Prognay.* &c. Actum „ anno 1221. Septembris &c. quæ omittuntur hic, alibi ipſe reperi vernaculo idiomate tali.

Les Banlieves à ſçavoir à les Hayes Jehan fils de Harlin juſqu'à l'eſpine de Pronay.

Item au Creux de Bevelet à l'eſpine devant Croix.

Item 4. *arbres plantés devant le temple de Wavrans à le Croix devant Belval.*

Item à l'eſpine de Briſtel & au Freſne de d'Oſtreville & à Cauvelet d'Eſpinehain &c

„ Ego Eliſabeth Comitiſſa Sancti Pauli notum facio „ præſentibus & futuris quod ego conceſſi Burgenſibus „ meis de Sancto Paulo & toti Villæ Banleucam circà ſi- „ tum dictę Villæ adjacentem , ſicut pater meus Hugo „ quondam Comes Sancti Pauli prædictis Burgenſibus con-

„ceſſit & ſicut legitimè tenuerunt, eiſdem conceſſi uſque „ad Metas. Quod ut ratum ſit, pæſentem cartam prædictis „Burgenſibus tradidi ſigillo meo roboratam. Actum anno „Chriſti M CC XXI. Julio.

Eâdem tempeſtate Hierocomio Leproſorum (vulgo *S. Ladre*) juxtà fanum Sancti Pauli ad Occaſum cùm ſuâ æde Sanctæ Catharinæ ſacrâ conſtructo, ab Eliſabeth Comitiſſâ bona redditusque ampli comparantur, leproſis ipſis, fratribus cæteriſque ſervitoribus, qui rem cùm ſpiritualem tùm temporalem adminiſtrabant, fovendis & alendis : inter Benefactores, Galteri de *Halluin* quaſi alterius conditoris primo pietas potiſſimum eluxit in eo adaugendo, ſic pariter Comitis Valerandi de Luxemburgo, qui poſt modum nonnulla terræ jugera eidem addixit. (*a*)

Eodem ævo Guido Comes Sancti Pauli uxorem duxit Agnetem de *Donzy*, filiam Hervei & Matildis de *Courtenay*. Agnes illa erat puella juvenis ſpecioſiſſima ac tantæ expectationis, ut & Europæ Principes potentiores eam pro filiis ſuis expetebant. Tradit enim *Guillelmus Brito* Jonnem Anglorum Regem eam deſpondiſſe filio ſuo Henrico, ſubindè etiam promiſſa fuit Philippo Ludovici VIII. Franciæ Regis Primogenito, ſed neuter ſibi copulavit, propterea quod Philippus Auguſtus Rex nè maritaretur, abſque aſſenſu ſuo vetuerat, quem tandem præbuit in gratiam noſtri Guidonis qui eam in ſponſam accepit paulò antè parentis obitum anno 1221. cùm autem per illas nuptias Nivernenſis Comitatus, cujus hæres erat Agnes, ſubjiciebatur Regiæ Redemptioni, juri ſuo Rex ceſſit mediante reſtitutione Villę Pontis Sanctæ Maxentiæ cùm pertinentiis quibus conſenſêre Guido & Hugo frater ejus per actum menſis Maii 1221. &c.

Sic veró ediſſerit Pater *Malbrancq* volebat Guido ad inſignis admodùm puellæ nuptiàs pertingere & jàm nummis affatim locuples pertigit, & connectendo ſibi Agnetem filiam Hervęi de *Donzy* Toparchæ de Sancto Agniano & *Monmirail* &c. & Mactildis de *Courtenay* Comitiſſæ Niver-

(*a*) *Ex Archivis, Locrio & mon.*

niensis, cui parens Petrus Curtenæ Dynasta, dein Imperator Constantinopolitanus.

De tam fœlici connubio passim Guidoni gratulatum, Summi enim Principes eam suis liberis advovebant, & Joannes Rex Anglorum filio suo Henrico voluit desponsatam, quin ex parentum sententiâ collocabatur Philippo Ludovici VIII Francorum Regis nato. Tot inter venerabundas magnatum manus sese in Morinicos Sanpaulani Comitis casses volens lubensque conjecit Agnes.

Celebratis tantarum nuptiarum solemniis Guido juravit Regi ac Successoribus obsequium fidele & fidei Jussores constituit Guillelmum Episcopum Catalaunensem, Matheum de Momorentiaco Franciæ Connestabilem, Robertum de *Courtenay*, Stephanum de *Santerre* Guillelmum de *Barres*, Hugonem de Castillione fratrem & Hugonem lupum. Insuper creantavit Domino Regi quod omnes Barones & milites Comitatus Nivernienfis faceret jurare, ut si fortè quod absit, deficeret ab obsequio præstito, ipsi ex tunc adhærerent Domino Regi contrà ipsum, quo usquè id esset emendatum Ad voluntatem Domini Regis & ad hoc statuit fidei Jussores Enguerrannum de Couciaco, Joannem Comitem de Bellomonte, Guidonem de la *Roche*, Guidonem de *Senlis* & Aubertum de *Hangest* omnes consanguineos & propinquos.

Februario posteriore spopondit Regi adjutorium contrà socrum suam Mactildem Comitissam Nivernienfem casu quo deficeret à Rege aut sine ejus assensu nuberet.

Non pauca parvaque gessit Guido etsi breviorem vitæ cursum egerit, in Ephemeridibus Regiis legere est ipsum cùm Hugone fratre, Philippo Boloniæ Comite; Guillelmo Dompetreo, Matheo *Momonrentiaco* Anno 1223. publico juramento præstitisse fidem, quâ Judeorum commercia & negotiationes solito fœnore careant & commune sigillum, quo creandis vel expungendis nominibus uti assolent, iis subtrahatur. Porrò eâ ætate satrapis fas erat in suam ditionem incolas Judeos admittere; è quorum usu & commerciis non leve lucrum & tributum ipsis obtinebat.

Eodem anno 1223. Guidonem tanquàm cliens secundarius, se, feudum suum Sancti Pauli & ejus homagium obtulit Regi ex tunc Domino Comitatûs Boloniensis ratione criminis fidei violatæ ab Rainaldo de Domartino, qui suo Comitatu privatus est, ex quo in pugnâ ad Bovinas, in Dominum Regem insurgens armatus, captus est, & Peronam incarcerandus ductus: professio verò illa clientaris facta est mense Maii inter manus Ludovici Primogeniti Regis Philippi Augusti qui tunc temporis æger jacebat, & 14. Julii sequentis devixit.

Paulò post de assensu uxoris Agnetis incolas Civitatis Anianensis immunes reddidit, eodemque anno munificus Comes pro remedio animæ suæ, Agnetis suæ carissimæ & patris ac antecessorum dedit in perpetuam eleëmosynam conventui pauperum Monialium de longâ-aquâ pro Camisiis, pelliciis, & calceamentis sibi emendis XX libras Pruvinensis, ad tallias suas de Brogniaco singulis annis in Festo Sancti Remigii in Octobri integrè & pacificè in perpetuum percipiendas, quod ratum & actum in Aprili.

Spopondit etiam sub juramento Theobaldo IV. Campaniæ & Brigiæ Comiti se traditurum omnes arces, quas ipse & frater Hugo in Campaniâ possident, quoties fuerit requisitus, insuper eidem Comiti subventurum contrà Reginam Cipri & hæredis ejus & contrà omnem creaturam quæ possit vivere aut mori, salvis Galliarum Rege, Parisiensi Episcopo & Comitissâ Niverniensi quamdiù vidua remaneret &c. quod ut ratum habeatur non solùm Guido & frator Hugo, sed etiam Milo Episcopus Bellovancensis & Gaucherus Dom. de Nantolio eorum propinqui, litteras patentes dedêre prædicto Comiti Theobaldo mense Maio 1224.

Dein idem Campaniæ Comes Baronum ac Dynastarum omnium Comitia concivit ad præscribendum modum super bonis dividendis inter masculos nobiles; eorum autem qui in cœtu locum Principem obtinebant, unus erat Guido Comes Sancti Pauli & paucis intermediis ejus frater Hugo & alii plures relati à Domino *Duchéne. hist. Castel. pag.* 74.

Inter hæc res Catholicorum apud Albigenses ità concide-

bant, ut ſpes nulla ampliùs ſubſiſteret, niſi Ludovicus Rex ſuppetias iret, quocircà majorum Regni conventus cogitur Pariſiis, reque in deliberationem vocatâ unanimi omnium aſſenſu Principi ſuaſêre ut ipſemet crucem ac iter arriperet, ſpondentes ſeſe illi facturos Comites fidoſque milites, undè mox crucem accipientes ſecuti ſunt eum Principis Regni majores aliique quàm plurimi, quos inter enitebat Guido Comes noſter, ut jam.

Anno 1225. Guido & Agnes ejus uxor notum faciunt ſe tenere in feodo de Epiſcopo Carnotenſi magnum Caſtellum de Monte mirabili & parvum Caſtellum & omnem fortetiam ejuſdem loci cùm aliâ terrâ & alio feodo, actum menſe Julio.

Eodem anno in ſaltu Vinciano aderat Guido Regio lateri, cùm Guillelmus Ferdinandi Montis filius Delfini Comitis de Claromonte in Averniâ juramentum, fidem & obſequium Principi præſtitit præſentibus Aulæ proceribus ac Regiis Officialibus &c. hoc item anno è tabulis arguitur Guidonem & Agnetem quaſdam eleëmoſynas Eccleſiæ Carnutenſi erogaſſe.

Anno 1226. ex litteris Guidonis colligitur cariſſimam Agnetem ſuam obiiſſe anno præcedenti, ſic enim habent.

„Ego Guido divæ bonitatis intuitu pro remedio animæ pa„tris mei Galcheri & meæ & uxoris meæ Agnetis bonę me„moriæ &c. fundavi duas Capellanias in novâ Abbatiâ quam „fundavit frater meus Hugo de Caſtellione apud Pontem de „*Colliaco* &c. actum anno M CC XXX VI. menſis Aprilis.

Eodem ſimul anno Balduinus de *Ariâ* Dominus de *Helchin* & Adelidis ſoror, Balduini de *Plankes* conjux profitentur ſe daturos integram decimam Eccleſiæ, cùm priùs darent garbam undecimam, Guidone confirmante.

His geſtis ſtatim menſe ſcilicèt Maio Guido Bituricas venit ad Regem, quem Comitatus eſt, cùm aliis Principibus uſque ad Civitatem Avenionenſem, quam obſidione cinxerunt; ſed poſtquàm ibidem compluribus facinoribus fortitudinem ſuam probaſſet ſui ſanguinis pretio duplicem ſibi lauream comparavit, etenim occubuit non tantùm pro Regis obſequio qui pręſens aderat, ſed etiam pro divino Miniſterio & ad tutandum Eccleſiam contra heterodoxos Albigenſes.

Extant apud Scriptores præclara Guidonis encomia; apud *Albericum* ad annum 1226. antè Avenionem de Nobilioribus primus obiit Guido Comes de Sancto Paulo Petrâ de Petrariâ emissâ in capite percussus. Guillelmus *Guiart* qui de Ludovico VIII. scripsit, ait ejus necem non solùm Regi magnum dolorem, sed & toti Regno damnum ingens attulisse; erat enim Satapra generosus & rerum bellicarum peritissimus, genuine Catholicus, moribus piissimis & pietate insignis. In Chronico de *Nangis* MS. traditur hostium Machinas, ut eas subverteret suscepisse explorandas & circum circà obequitantem saxeum crassius superne fuisse projectum, quo diffissus vertex effusumque cerebrum: summoperè Rex Ludovicus indoluit, curavitque fidissimum suum juxtà & Bellicosissimum Corypheum in *Longea quæ* sub Castellionis Cœnobio honorificè Tumulari.

PROSAPIES GUIDONIS ET AGNETIS.

BINA PROLES, MASCULA ET FEMINEA.

I. GALCHERUS DE CASTILLIONE.

II. JOLENDIS DE CASTILLIONE.

Galcherus patris induit titulos, si exceperis Sancti Pauli, ob rationem infrà dicendam, ut ut sit, natus duntaxat annos 14. duxit Joannam Boloniensem unicam & hæredem Philippi de *France* alias *Heuripel* Sancti Ludovici patrui & Maltildis Boloniensis, Domartinensis Fielnensis &c. (*a*) Galcherus ille est qui Equitis titulum & honorem adeptus est in bello quod sustinuit Sanctus Ludovicus contrà Hugonem de *Lezignan* Comitem de la *Marche* qui Henrici III. Anglorum Regis copiis opitulabatur. In prælio enim eos inter dato, Galcherus Ludovici partes sequens, singulorum reportavit laudem; quippè annos licèt 20. tantùm natus, fertur quod pugnam jam incœptam intrepidè se immerserit, statimque in ipsum Hugonem insilierit & Seneschallum Santonicum ejus equestrem vexillarium interemerit. (*b*)

Post aliquot annos eundem Sanctum Principem secutus ad Terram Sanctam pro recuperatione Civitatis Jerosoli-

(*a*) Duchêne. (*b*) Belleforest.


mitanæ, cùm Rege Damietam venit, hinc ad pugnam de *Massovra* ità præliatus eſt, ut agmini poſtremæ præeſſe meruerit, quodque officium ſic Equitem acuit in Turcas & Saracenos laceſſendos, ut numquàm ceſſaverit præliari; undè agminibus deturbatis, Rege & fratribus captis, aliiſque multis Principibus interemptis, ipſe quoque pilis & gladiis Saracenorum occubuit ſanguinis pretio & effuſione triumphalis Martirii palmam adeptus, quam pulchrè admodùm deſcribit Joannes Dominus de *Joinvilla* in hiſtoriâ Sancti Ludovici ad annum 1250. tùm ætatis agebat Galcherus 28. aut circiter reliquit uxorem Joannem Bononienſem prolis expertem. (*a*)

Jolendis verò ſoror matrimonium iniit cùm Archembando de Barbonio IX. nomine filio Archembandi VIII. dicti *Legrand*, quo connubio, proprinquitate & affinitate juncta eſt Regni Regiæque ſtirpis Principibus uti videre eſt *in hiſtoriâ Caſtellionicâ pag.* 83. ubi probatur Regem Henricum magnū, Ludovicum XIII. Ludovicum XIV & Ludovicum XV. à noſtrâ Jolende de Caſtillione in lineâ rectâ deſcendere: ſed de his latius cùm infrà ad familiam Borbonicam deveniemus.

Nota. Antequàm ultrà progrediamur, prælibenda ſunt quæ hoc ævo de pendentiâ Comitatus Sancti Pauli à Dominatu Bolonienſi aguntur inter Principes.

Philippus de *France* natu minor Regis Philippi Auguſti filius, Mactilde unicâ Rainaldi & Idæ Bolonienſium Comitum ſibi deſponſatâ, in illarum nuptiarum gratiam, Comitatum Bolonienſem à fratre Ludovico VIII. recepit, ex conſequenti iſtius reſtitutionis Sanctus Rex Ludovicus ejus nepos ei pariter Beneficium Comitatus Sancti Pauli reſtituit. In quorum fidem extant litteræ Philippi Comitis Bolonienſis anni 1226. quibus fatetur à nepote ſuo Sancto Ludovico poſtliminio recepiſſe feudum & homagium Comitatus Sancti Pauli reverâ à Bolonienſi Toparchiâ pendentis (*termini ſunt litterarum*) eâ tamen lege, ut ſi Philippus & Ida prolis expertes decederent, idem feudum Sancti Pauli jure pleno ad Dominatum Regium mox reverteretur. (*c*)

(*a*) *Vide Malbranq. T.* 3. 534: & 543.
(*b*) *Dupuis de Droits du Roy &c. pag.* 321.



HUGO DE CASTILLIONE I. NOMINE COMES

Sancti Pauli XVIII. Blesiæ, Dominus de Castillione, de *Troissy*, de Creciaco, de Avesnis, de Guisiâ, *de Leuse*, *de Condé*, *de Landrecies*, *de Bohain & de Trelon* &c. Buticularius Campaniæ &c.

HUgo, fratre Guidone defuncto, Sancti Pauli Comitatum hæreditario jure obtinuit, excluso nepote Galchero, propterea quod mater sua Elisabeth (à cujus capite ditio Paulina procedebat) suo Guidoni Primogenito superstitit, cùm verò in Artesiano more non detur repræsentationi locus, hinc Hugo tanquàm matri propinquior quàm nepos, factus est matris hæres

Nequaquàm defecit hic Comes à pietate, à religione, à generositate aliisque majorum virtutibus sivè militaribus, ceu Christianis uti in antedictis innuimus, & jam fusiùs exponemus.

Hugo igitur natu minor patre vivente duxerat in matrimonium N....... *de Bar* filiam Theobaldi I. Comitis de *Bar* & *Lorette*, de *Los* &c. sed subindè sinè liberis obiit.

Anno 1219. paternâ hæreditate ditiones adiit de Castillione de *Troissy*, de Creciaco & aliàs, nec non Buti-

culariam Campaniæ. Hinc in plerisque casibus cùm fratre Guidone & ejus obitum usquè coivit. Anno autem 1225. vel circà alias contraxit nuptias cùm Mariâ de *Avesnis*, unicâ & hærede Galcheri D. de *Avesnis*, de *Guisiâ*, de *Condato*, de *Landrecies*, de *Trelon* aliisque prædiis amplissimis in Belgio sitis; & Margaritæ Blesiarum proprietariæ Comitissæ, Dominæ usu fructuariæ Comitatus Burgundiæ & ditionis *d'Oisy*.

Consumatis nuptiis uterque conjux ad pia direxit animum mox quippè Abbatiam Monialium Cistercientium juxtà Pontem Colliaci in Diœcesi Meldensi, Episcopo advovente condidêre, assignatis redditibus aliisque bonis convenientibus ad sustentationem earumdem datis tabulis mense Aprili 1226. assentientibus Petro Antistite & M. Guidone Colliaci Curione, verùm Domus hæc postmodùm translata est ad Vicum de *Rues* à Castellaniâ de Creciaco pendentem, atquè etiamnùm vocatur *Pons Beatæ Mariæ*, vel juxta alios *Pons ad Dominas*. Visùntur ibidem plurimorum hujus familiæ sepulchra, qui in choro tumulati ad pictis ad vitra insignibus distinctis.

Eodem anno Hugo escambium facit cùm Abbate & conventu Sancti Germani de *Pratis* Paris. quibus dedit tres solidos census capitalis pro XXXIII. denariis census capitalis quos prædictus Abbas & conventus habebat propè Pontem Sancti Georgii de Coulliaco, quosque Hugoni cesserunt in perpetum ad augmentum Ecclesiæ Beatæ Mariæ ab ipso Comite fundatæ.

Anno 1227. litteras dedit Majori & Scabinis Civitatis Sancti Pauli in ratificationem cartæ quam avus eisdem direxerat; juvat eas ad extensum referre in suis terminis.

„Ego Hugo de Castillione Comitis Sancti Pauli filius „omnibus præsentem cartam inspecturis, notum facio quod „ego bonâ fide juravi & creantavi majori & Scabinis „& toti Villæ de Sancto Paulo cartam quam habent ab „ævo meo Hugone quondam Comite de Sancto Paulo, de „communitate suâ, sicuti eisdem dictam communitatem „creantavit, quamdiù terminus meus durabit de conven-

„ ventionibus quas habeo cùm cariſſimâ matre meâ teneri „ bonâ fide & conſervari. Quod ut ratum permaneat & „ ſtabile, præſentem cartam ſigillo meo confirmavi. Actum „ anno Domini M CC XXVII. menſe Julio.

Anno 1228. Hugo Comitis Sancti Pauli titulum & fortè poſſeſſionem ditionis primùm induit uti ex tabulis publicis planùm fit 1. quidem in judicio arbitrario quo firmatur ejus in patronum Capellæ de Creciaco poſſeſſio, contrà Decanum Meldenſem Comitis Sancti Pauli ei adſcribitur titulus; Pari qualitate donatur in aliâ ejuſdem anni cartâ quâ concedit Dom. Thomæ de Couciaco & hæredibus LX. libratas terræ Pruvin. monetæ, in feodo & homagio ſingulis annis percipiendas in cenſibus ſuis de Creciaco &c. actum 1228. (*a*)

Quantùm autem æquus fuerit Hugo tot Dominatibus tantiſque opibus præpotens, ipſemet initio ſui Regiminis, publicis aperit litteris, quibus commiſſarios conſtituit judices, ut ſcrutentur, ſi fortè cuiquàm vicino qoddam ſit illatum damnum ſivè in paſcuis aut mareſcis ſuis, ſivè in vivariis aut ſtannis aliiſque locis, ſpondens quod ad eorum arbitrium de bonis ſuis reſtitutio aut compenſatio fiet ad plenum, mandatque ut ſuper hæc ſtatuant quæ viderint ſtatuenda &c.

Annus 1229. ille eſt funeſtî conjuratorum fœderis in ſpeciem contrà Theobaldum Campaniæ Comitem, ſed reverà adversùm Blancham Regni rectricem filiumque ejus Ludovicum adhuc pubeſcentem, quibus parere detrectabant omnes penè totius Galliæ Magnates, quorum numero Hugo noſter involvitur, Comitem Bolonienſem Dominum ſuum tanquàm cliens ſectatus.

„ Si quidem hoc tempore ait *Albericus* quibuſdam oc„ caſionibus adinventis, Comes Boloniæ Philippus & Co„ mes de Branâ & fratres ejus & cognatio eorum, Ingel„ rannus de *Coci* & Thomas frater ejus, Comes Hugo de „ Sancto Paulo & omnis illa cognatio, Comes etiam Ni-

(*a*) Duchêne.

„ verniensis & omnes ferè Barones & Magnates de Franciâ „ Comiti Campaniæ adversabantur, undè vetus Flandriæ „ *Chronicon cap.* 2. hancce confœderationem describens, narrat Hugonem nostrum, ut Pruviniacum quo se receperat Theobaldus, attingeret, singulare facinus perpetrasse, dùm primus cùm suis adverso Matronæ flumine superato, obsistentibus licèt Comitis Retelæ Equitibus Ruellium usquè penetravit & ità progressus est ut Retelæ Comitem fugarit, Amne pariter transmisso ad Spernacum & Damerium omnia sus deque vertit, multisque gazis potitus est.

Inter hæc dùm in ditionem exteram grassantur Philippus Boloniensis & cliens Hugo Sancti Pauli Comes, Ferrandus Flandriæ Princeps, qui Reginæ & Theobaldo adhęrebant, habito Morinicæ aç Flandrię juventutis delectu mox Boloniensem coercendum existimavit. Undè ducto in ejus agrum exercitu Meram & Hoyam diripit & incendit aliaque loca evastat : hinc Ternensem Pagum pari modo populaturus intrat, at exitu pœnitùs impari, adeòque infœlici, ut militum manus ad Castrum de *Frevanch*, diripiendum missâ sed à Sanpaulanis interceptâ, tota eorum gladiis occubuerit ; sicque eâ vice dictus Comes inglorius reversus ad propria. (*a*)

Ut ut sit Theobaldus ac Ferrandus Comitem Sancti Pauli damnificaverunt in multis ait *Albericus* ad annum 1230. quibus Hugo permotus in se descendens, videnſque se culpâ teneri, supplex arma ponens, totus in Blanchæ filiique Regis gratiam & amicitiam rediit, eodem anno voluntarium subiit vadi-monium in gratiam Regis pro Simone Domartiniensi & Mariæ uxore Pontivi Comitatibus Una cùm Gerardo de *Piguiny*. Vice Domino Ambianensi, Alerano de *Belrino*, Eustachio vice Comite de *Pontremy* &c. hoc item anno subscribit quintus institutioni Sancti Ludovici Regis Meloduni in Judæos habitę.

Intereà Hugo pace initâ cùm Reginâ Blanchâ ejusque fœderatis Comitibus pręfatis qui Paulinam ditionem fue-

[*a*] *Ex chron. Ardrensi.*

rant populati, arcem ſuam Sancti Pauli mœniis circum-vallare ſategit ; quâ verò munitione Eccleſia Canonicorum tantâ ex parte diruitur, ut divinum officium ceſſaverit uſque ad ejus tranſlationem infrà Civitatem, quæ facta eſt anno 1251.

Anno 1231. approbat Hugo, concedit & confirmat omnia dona quæcumque fecit antequàm eſſet Comes Sancti Pauli, & poſtquàm fuit Comes Abbatię Sanctimonialium de *Ponte* à tempore quo eam fundavit videlicèt totam propriſiam &c. propterea rata habet omnia acquiſita quæ dicta Abbatia fecit in feodis & cenſivis ſuis vel in eis quæ de ſeipſo tenentur uſquè ad præſens tempus &c.

Eodem anno menſe Novembri (ait *Locrius*) fani Sancti Pauli cives ſingulare privilegium à ſuo Comite impetrant, quo quiſque vili admodùm prætio poſſit domeſticam ligneam ſupellectilem annuè ſibi comparare è proximâ ſylvâ petendam ; exceptis tamen cauponibus piſtoribus, coquis, cereviſiariis aliiſque paris conditionis.

Anno 1232. Moniales Abbatię Beatæ Mariæ de Bellopratro (Beaùprès *ſur la lis*) ad Liſam aliud privilegium ab Euſtachiâ Comitis noſtri ſorore obtinent, quod eſt hujus tenoris Gallici.

Je Euſtaſſe ſoer le Conte de Saint Pol fay ſçavoir à tous ceux qui ces lettres verront, que jay donnet & octroiet permanaulement pour Diu & en aumoſme, as nonnains de Biaupré de l'ordene de Ciſtiaus qui mainent ou tenement de le Gorghe leur mannée. En tele maniere que elles poent morre as molins de le Gorghe quittement ſans moture & ſans aultre droiture, tout chou que il convenra à la ſouffiſance de le maiſon. Et ſi ay octroiet as Nonnains devant dictes que elles poent engrener ſans nul contredit après le Blet de celui que elles trouveront engrenet, & pour chou que ſoit ferme choſe & eſtable, j'ai ſeellé ches preſentes lettres de mon ſeel. Che fut fait quand li incarnations eut mil & CC. & XXXII. ans, mois de Janvier.

Anno 1233. Hugo Ludovico Domino ſuo facit homa-

gium ligium de terrâ quam Parens Elisabeth & Joannes de Bethuniâ qui dicebatur ejus maritus, tenebant de eodem Domino Rege salvo jure prædicti Joannis, si quid juris in terrâ habeat supradictâ, & salvo etiam omni jure alieno. Actum apud Melodunum. mense Aprili. His tabulis innuuntur secundæ nuptię Elisabethæ sed firmantur propriis ad Abbatem Aquicinctinum litteris; quæ sic habent, illius ęvi idiomate. *You Ysabiaus (aliàs Ysabels) Contesse de Saint Pol, salus, com à son tres chier Segnor. Je vos mand & pri & Requier ke vos Rechevés mon Segnor, Jehan de Bethune à homme de chou dont je sui vos home cum celuy ky es mes Barons & mes Auöés, & ke j'ay loialement espose &c. ex Relat. D. Roussel Aquinc. mon. Supprioris &c.*

Anno 1234. Comes noster Sanctum Regem Ludovicum ad Andium terram comitatur contrà Petrum Drocensem Britaniæ Comitem, qui tandem cùm Rege pacifici cogitur, in quorum conventione Hugo ergà Regem Auctorem se præstitit pro denariorum summâ casu quo Britannus Comes à pacto deficeret.

Hinc Parisios redux anno 1235. Religiosis illis Principibus annumeratur, qui in Sancti Dionisii Cænobio coiverant, ad Pręsulum autoritatem & jurisdictionem adversùs impugnatores tutandam, vir scilicèt in piis, civilibus & bellicis consummatus omnibus utilis est, ab omnibus expetitur.

Eod. anno ait *Albericus* multi Flandriæ Barones apud Hesdinium, ubi se exercebant ad tabulam rotundam, cruce signantur.

Hoc item anno in Februario Hugo præbem se constituit pro Dominâ suâ Matildi Comitissâ Boloniensi, spondens pro duobus millibus librarum Franciæ casu quo fidem falleret & maritaret Joannam suam sinè assensu regio, aut emitteret extrà Comitatus Claromontensem & Domartiensem.

Anno 1236. Hugo eamdem Joannam Galchero nepoti, cujus erat Curator, despondit, & ità cùm Matilde stipulatus est quod si Galcherus conventis non staret, posset illa juris sui facere tàm dominium quàm beneficium ditionis Sancti Pauli, quam ab ipsâ tenere fatebatur Hugo,

ſpondens inſuper ſponſi & ſponſæ nuptias à Rege ratas obtenturum, uti evenit.

Eodem anno menſe Junio Godefrido de *Sergines* Equiti hominique ſuo ligio facultatem facit quâ præ ſe aliiſque omnibus fieri poſſit Regis homoligius & Martio ſequenti cùm Theobaldo Rege Navarræ Campaniæ & Briæ Comite Palatino pactus eſt, ſtatuens, ut qui ſtallos in foro de Caſtillione haberent, vel habituri ſint, ſolvant eidem Regi XX. libras Pruvinienſes annuatim, modo Rex halas novas non conſtituat in eodem foro.

Anno 1238. Hugo conceſſit Eccleſiæ Sancti Remigii Remenſis retinere valeat decimam de *Monchy* â feodo ſuo pendentem &c.

Anno 1240. Eliſabeth Parens Hugonis fatetur clientare munus profeſſam fuiſſe ergà Abbatem Aquicinctenſem his verbis.

„Ego Eliſabeth Comitiſſa Sancti Pauli notum facio pręſentibus & futuris, quod ego feci homagium viro Venerabili & Religioſo Willelmo Abbati Aquicinctenſi & ejuſdem Eccleſiæ, de feodo, quod teneo de ipsâ Aquicinctenſi Eccleſiâ coràm hominibus dictæ Eccleſiæ D. videlicèt Mathæo de *Rollepot* milite & Thomâ Pręposito Sancti Georgii Heſdinienſis in manu D. Simonis tunc Præpoſiti Sancti Georgii ex parte dictorum Abbatis & Eccleſiæ ſpecialiter ad hæc miſſi. In cujus rei teſtimonium præſentes litteras eidem Eccleſiæ contuli ſigilli mei appenſione roboratas. Actum M CC XXXX. Decembris *ex Relat. D. Rouſſel ſupp. Aquicinc. Mon.*

Per idem ævum Eliſabeth ab anno 1196. ſeu ſæculo ſuperiore maritata, vitæ ſcilicèt ac conjugii longevitate maſculæ ſuæ ſtirpis deficientiam penſavit, atque etiam multiplici virtutum genere maximarum, quas in diverſâ Aſceteriâ commonſtravit; etiamnùm aſſervantur Tabulæ in Lucovio & Ligniaco ad Quantiam Morinorum confectæ. Duo hæc ſunt Aſceteria ſeu potiùs appendices Sancti Martini Campenſis ad Pariſios. In hiſce tabulis ſeſe Eliſabetham de Caſtillione nuncupat, Campavenenſe quaſi oblitterans cognomentum; quippè generosâ admodùm & numerosâ prole ex Galchero prædita iis adeò videtur voluiſſe pla-

cere & gratulari, ut etiam ſuppreſſo mergite aureo, qui cæruleum æquor occupans Sanctpaulanæ Civitatis inſignia præ ſe ferebat, parmam Caſtellionienſem ſiverit in medium proferri & publicè ſigilli vicem ſubire. Imò (quod Caricampenſe viſens Monaſterium, fuit demiratus *Pater Malbranq*) Hugonis Canpavenæ ad annum 1137. Fundatoris Mauſolæum Caſtellionenſium ſcuta circumquâque gerit, primi genio illo mergitis aurei nullibi parente; & quidem in hæc tempora invaluerunt ea inſignia, quamvis ſubierit Luxemburgica domus non minùs poteris.

Anno 1241. Hugo noſter conjuge ſuâ amantiſſimâ Mariâ Aveſnenſi orbatus eſt, eo majore luctu, quo piorum conſiliorum ſuorum & præcationum conſorte carere debuit, cumque jam ægritudo premeret, permiſit illam condere teſtamentum piis donationibus pleniſſimum, etſi pleraque ab ejus penderent jure. In cœnobia, templa egenorum domus, opes eo anno fluxerunt immenſæ, nec propterea deſiit Hugo ei pompam funebrem tumulumque magnificentiſſimum in Pontano illo Monaſterio moliri.

Eodem item anno arbitris electis ſuper hâc causâ quæ vertebatur inter Canonicos Meldenſes & Hugonem, an noſter Comes in Caſtellaniâ ſuâ de Creciaco vitæ ac necis poteſtatem haberet in hominibus & hoſpitibus Capituli Meldinenſis ſicut ſe habere & prædeceſſores ſuos habuiſſe aſſerebat, inquiſitione factâ pronuntiarunt arbitri Canonici Hugonem D. de Creciaco in terris Caſtellaniæ ſuæ habere Bannum, juſtitiam ſanguinis, furti, & homicidii, raptus & falſæ monetæ &c.

Anno 1243. mediantibus Equitibus ſuis Joanne & Henrico *Fromonis* jura eadem ſuperioris ſcilicèt & inferioris juſtitiæ in Prioratu ac Civitate de *Boinſon* Hoſpitibuſque ſuis vindicavit, propterea quod loca illa à ditione ſuâ Caſtellionicâ pendebant clientari jure.

E tabulis publicis Campaniæ Comitum eruitur Hugonem noſtrum tertiam duxiſſe uxorem Matildem ſcilicèt Arnoldi

II. Comitis

II. Comitis Gisnensis & Beatricis de *Bourbourg* filiam; adstipulatur „ Necrologium Bertinianum his verbis, anno „ M CC LXII. obiit Mactildis Comitissa de *Guisnes* & „ Sancti Pauli, vidua Hugonis de Sancto Paulo & Balduini „ Comitis Guisnensis soror. Idem astruitur ex stolâ quæ apud Moniales de *Avesnis* Attrebatum servatur, in quâ verba hæc acu & serico exarata cernuntur, *Mehaus de de Guisnes jadis Comtesse de Saint Paul faire me fit.*

Probantur tandem eædem nuptiæ ex Mactildis Apochâ datâ Joanni de Castillione Hugonis Primogenito, quâ doti suæ aliisque bonis quoquomodò partis, liberè cedit, quo autem anno celebratæ fuerint illę nuptię, scriptores latent, undè nos eas ad hunc annum 1242. uti verisimiliorem rejecimus.

Annus 1245. nobis hoc subministat Breve D. PP. Innocentii IV. ad Dom. Præpositum Ecclesiæ Collegiatę Audomarensis, quo eidem mandat ut curet translationem Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Salvatoris ab ipsâ Sancti Pauli arce in locum Oppidi idoneum.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Petro Prępositο Ecclesię Sancti Audomari Morinensis Diœcesis, salutem & Apostolicam Benedictionem.

Cùm, sicut pro parte dilectorum filiorum Canonicorum Ecclesiæ Sancti Salvatoris in Sancto Paulo Morinensis Diœcesis nobis extitit intimatum, quod nobilis vir (Hugo de Castillione) Comes Sancti Pauli partem Ecclesię ejusdem pro munitione cujusdam Castri quod extruxerat, ibidem duxerit destruendam & iidem Canonici & Clerici ejusdem Ecclesiæ statutis horis libere divina celebrare nequeant pro divinis officiis in ipsâ Ecclesiâ celebrandis, oportet quod debitis officiis Apostolicâ Scripturâ mandamus quatenùs apud præfatum Comitem interpones efficaciter pa ut pro animæ suæ salute progenitorumq; ipsius qui prædictam Ecclesiam fundasse ac dotasse dicuntur, præfato Capitulo infrà Villam Sancti Pauli, locum idoneum ad Ecclesiam & domos ipsi Capitulo necessarias construendas cùm libertatibus & immunitatibus suis

liberaliter conferat & assignet, ità quod exindè propitiationem divinam uberiùs consequi mereatur, nosque devotionem suam dignis in Domino commendemus laudibus: datum Lugduni idibus Junii, Pontificatûs nostri anno secundo.

Eodem anno 1245. hanc ad Hugonem nostrum transmisit Epistolam Fredericus Cæsar ut sibi occurrat in Germaniam decenti militum turmâ stirpatus, se interim Lugdunum contendere, purgaturum in Concilio inustum sibi nomen infamiæ.

„ Fredericus Comiti S. Pauli dilecto sibi salutem &
„ omne bonum.

„ Quoniam ad offerendam purgationem super nomen
„ infamiæ personalem quâ in Congregatione Prælatorum
„ apud Lugdunum citra Deum & justitiam ille summus
„ Pontifex nos vocarit, Regni nostri ac totius Italiæ ne-
„ gotiis juxta desiderium Ordinatis, infallibiliter Lugdunum
„ disponimus nos transferre & aliundè postmodùm cum
„ sanguineis & fidelibus nostris illarum partium in solem-
„ ni colloquio celebrato in Germaniam dirigere gressus
„ nostros; dilectionem tuam attente requirimus & hor-
„ tamur, quod sicut honorem Imperii & nostrum diligis,
„ ad diem & locum, quem tibi latores præsentium fide-
„ les nostri ex parte nostri culminis dixerint, præfigen-
„ dum, occurras nobis (quàm) decentius & honorabi-
„ lius poteris, & cum Armis, & cum decenti Armato-
„ rum ac Militum Comitivâ, credendo infaillibiliter
„ sicut nobis, quod super præmissis & aliis servitiis nostris
„ ex parte celsitudinis nostræ prædicti nuntii tibi retulerint
„ vivâ voce, ut instantibus negotiis dilectionis tuæ sin-
„ ceritas imprimatur perpetuo in visceribus cordis nos-
„ tri. (*a*)

Quo jure fuerit Hugo à Cæsare citatus non capio, etenim illi minimè subjiciebatur; Hugonem paruisse & Lugdunum convenisse non fertur, quandoquidem nec ipse Cæsar eo sit ausus ire.

(a) *Pat. Marten. Analect.*

Eo item ævo in primâ, quam instituit Sanctus Ludovicus crucis militiâ, Hugo pientissimi Regis triumque ejus fratrum Crucigerorum numero adscribi voluit; porrò quantùm illius cordi erat terræ sanguine Christi sanctificatæ recuperatio, patefacit in ipsomet apparatu quem adornaverat, quemque auctor peregrinus *Mathæus Paris* hoc argumento describit, non enim ipso (Hugone) „ fuit nobilior in „ toto exercitu Francorum, vel in armis potentior, 50. „ enim vexilliferos milites in bello præelectos habuit in „ Comitatu suo, quibus præerat, quo igitur mortuo, om„ nes dispersi sunt & desolati. Hic quoque Comes Hugo „ navem mirabilem paraverat in Regno Scotiæ in *Ilvernes* „ scilicèt in *Muref* : in quâ transfretare cùm Boloniensibus „ Flandrensibus & cùm illis qui vulgariter de Avalterris „ dicuntur, posset audacter.

Cæterùm casu quo Hugo in Transmarinis occumberet & indè inter liberos ratione paternę successionis dissidia & contentiones orirentur, priùs providit singulis Comitatus, prædia & ditiones omnes dividendo, litteris cuique relictis mense Maio anni 1246

Item anno sequenti denuò Abbatiam Beatæ Mariæ de Ponto à se fundatam redditus & cuncta ejus bona firmavit, rataque habuit anno 1247.

Tunc ad prefati Legati (Oddonis) Prædicationem & Christianissimi Franciæ Regis Ludovici exortationem Juhellus Remorum Archiepiscopus, Bituricensis Archiepiscopus, Robertus Belvacensis, Garnerus Landunensis, Guillelmus Aurealensis Episcopi, Dominus Robertus frater Regis Franciæ, Comes Attrebatensis, vir clarissimus Hugo de Castillione Sancti Pauli & Blesensis, Galcherus nepos ejus, Joannes de Barris vir nobilis, Petrus Comes Britanniæ, Joannes filius ejus, Hugo Comes Marchiæ, Joannes Montis fortis, Radulphus de Cociaco, & multi alii tàm Clerici, quàm laïci, etsi non omnes simul, processu tamen temporis signum crucis Dominicæ assumpserunt. (*a*)

(*a*) *De Nangis.*

Verùm ubi ad ſacrum inter ſe accingit Hugo in morbum incidit letalem, & ſubindè antequàm Sanctus Rex navem conſcenderet, extinctus eſt anno 1248. vel 49. ſibi gloriosum illud militis boni ac religioſi inſigne adeptus, aiunt *Joinville* & *du Tillet*. Haud abſimili laude prædicatur in Ephemeridibus Carnutentibus, ubi ſic legitur. V. Idus „ Aprilis obiit præclariſſimæ nobilitatis ac ſtrenuiſſimæ pro- „ bitatis Hugo de Caſtillione Comes Sancti Pauli, qui „ condecentem genere & divitiis fuit ſortitus uxorem no- „ mine Mariam, ad quam Comitatus Bleſenſis & Carnotenſis cùm omnibus pertinentiis, jure hæreditario devenit.

LIBERI HUGONIS ET MARIÆ DE AVESNIS,

1. Joannes de Caſtillione Comes Bleſarum ac Carnutum D. de Aveſnis, Guiſiâ, *Leuſe* &c. de quo preclara in *Duchêne & Malbranq* T. 1. pag. 589.

2. Guido II. nomine Comes Sancti Pauli de Encheriis de quo poſt ſeriem.

3. Galcherus IV. nomine D. de Caſtillione de Creciaco, *Crevecœur* & *Troiſſy*: initium dedit ſurculis DD. Caſtellionenſium ut videre eſt, in *Dûchêne*.

4. Hugo de Caſtellione II. nomine pro ratâ parte 3. millia librarum terræ retulit. Obiit prolis expers anno 1255.

5. Philippa de Sancto Paulo nupſit Othoni III. dicto *le Boiteux* Comiti de Gueldriâ filio Gerardi II. & Richardæ de *Naſſau*.

6. Eliſabeth de Caſtillione ceu de Sancto Paulo data in uxorem Gerardo Gandenſi dicto le *Diable* filio Sigeri Caſtellani Gandenſis & Beatricis de *Lens*.

7. Alix de Caſtillione uxor Hugonis de *Beaucay dicti le Grand* juxtà Genealogiam domus de *Gouffier*.

8. Beatrix nupta Guillelmo de Dompetro Flandriæ Comiti innoteſcit ex diplomate ſeu tabulis donationis loci Crucigerorum Tornacenſium à Guidone fratre factæ ad annum 1284. ſic loquente, conceſſum locum unum „ in „ Parochiâ Sancti Joannis Tornaci, ad ſupplicationem &


„ requeſtam dilectæ ſororis noſtrę Beatricis Dominæ de
„ Cortraco, dudùm uxoris nobilis viri Willelmi Comitis
„ Flandriæ &c. (*a*)

Anno 1249. Innocentius VI. præfatos fratres germanos Joannem de Caſtellione, Guidonem, Galcherum & Hugonem eorumque bona ſub protectione Beati Petri & Sanctæ Sedis ſuſcipit hâc binâ Epiſtolâ.

„ Nobilis viris Joanni de Caſtillione Comiti Bleſenſi
„ D. de Aveſnis Guidoni Comiti Sancti Pauli, Galchero &
„ Hugoni ſincera devotio quam habetis ad Romanam Ec-
„ cleſiam nos inducit, ut petitionibus veſtris quantùm
„ cùm honeſtate noſtrâ poſſumus, annuamus: hinc eſt
„ quod nos veſtris ſupplicationibus inclinati, perſonas ve-
„ ſtras cùm omnibus bonis quę in præſentiarum rationa-
„ biliter poſſidetis, aut in futurum juſtis modis præſtante
„ Domino poteritis adipiſci, ſub Beati Petri & noſtrâ pro-
„ tectione &c. communimus. Nulli ergo &c. noſtræ pro-
„ tectionis &c. datum Lugduni V. Kalendas Decembris
„ anno ſexto.

Epiſcopo Meldenſi (Petro ordine 61.) &c. cùm dilectos
„ filios nobiles viros Joannem de Caſtillione Comitem
„ Bleſenſem D. de Aveſnis, Guidonem Comitem Sancti
„ Pauli, Galcherum & Hugonem fratres cùm omnibus bonis
„ &c. *ut in præcedenti uſque adipiſci*, ſuſceperimus ſub
„ protectione Apoſtolicæ Sedis & noſtrâ, mandamus qua-
„ tenùs ipſos, donec ad ætatem legitimam pervenerint, non
„ permittas contrà protectionis noſtræ tenorem ab ali-
„ quibus indebitè moleſtari, moleſtatores hujus mo-
„ di &c. non obſtante aliquâ indulgentiâ ab Apoſtolicâ
„ Sede à quocumque obſtentâ per quam noſtri ſuper hoc
„ mandati executio valeat impediri & de quâ oporteat in
„ noſtris litteris fieri mentionem ac conſtitutione de dua-
„ bus dictis &c. dummodò ultrà tertiam vel quartam
„ aliquis &c. datum Lugduni, idus Decembris anno
ſexto. (*b*)

(*a*) *Legeſis P. Malbranq.*
(*b*) *Ex Collectione D. Baluſy.*



GUIDONIS DE CASTILLIONE

II. COMES SANCTI PAULI XIX. DOMINUS DE ENCHERIIS, LUCOVIO, ALBINIACO IN ARTESIA DE LEUSE, ESKANAFFE, &c.

GUidoni Hugonis I. & Mariæ de Avesnis Comitum Secundogenito dispositione paternâ devenere dominatus Sancti Pauli, Encheriarum, Lucovii alorumq in Artesianâ ditione ac alibi sitorum. Sic enim loquitur Hugo in suâ bonorum divisione anno 1246. *& Guioz mes fiz aura la Contée de S. Pol, & la terre d'Encre & toute ma terre qui est entre la Riviere de some & la mer &c.*

Joanne Primogenito scutum gentilitium familiæ suæ Castillionensis sibi purum putumque vindicante; Guido & posteri ejusdem domus Sancti Pauli Comites suum, limbo ceruleo quinies pendulo in apice distinxerunt, uti liquet ex antiquis Heraldicorum monumentis, quodque symbolum, Priori relicto, ipsamet Sancti Pauli Civitas huc usque usurpat.

Roberto I. Artesianorum Principe anno 1249. in Oriente ad Massouram cæso, Guido viduam ejus duxit Mactildem scilicèt Brabantinam, Alexandro IV. Papâ dispensante; hæc

erat mater Roberti II. Artesiæ Comitis & Blanchæ &c. filia Henrici II. Ducis de *Lotrich* & Brabantiæ; soror Henrici III. Ducis de *Lotrich* &c. amitta Mariæ Brabantinę secundæ uxoris Philippi III. Regis Gallię filii Sancti Ludovici: & sic contrahendo cùm Mactilde, Guido Regibus ac Principibus Europæ potentioribus affinem se fecit, atque Roberti II. impuberis nomine Artesiæ Comitatum nec non Civitatem Audomarensem multis annis fęliciter administravit.

Sic porrò Sanctpaulanus Comitatus junctus est Artesiano in pręsagium quodammodò ejus quod posteà hęreditariâ connexione factum est, cùm omne illud penè territorium Artesiano in hodierna tempora inolevit, Comite Paulopolitano suum Principatum in ditione alienâ tenente. (*a*)

Anno 1251. Paulopolis Ecclesia Collegiumque Canonicorum Sancti Salvatoris (quod avide expetebatur) ex ipso Castro, de quo ad annum 1174. in urbem & locum ubi hodieque constant, transferuntur, Guidone nostro imperante, diploma ad longum in gratiam nostratum referre placet ex *Locrio*.

Universis pręsentes litteras inspecturis Guido de Castillione, Comes Sancti Pauli, salutem in Domino.

„ Vestra noverit Universitas quod, quum bonæ memoriæ „ Hugo de Castillione Comes Sancti Pauli quondam pater „ meus carissimus à Sanctis Patribus Sacro Sanctæ Romanæ „ Ecclesiæ Adam & Petro quondam Morinensibus Episcopis, pluribus extiterat requisitus ut super translatione „ Ecclesiæ Sancti Salvatoris in Sancto Paulo sitæ infrà munitionem Castri mei, cujus Ecclesiæ magna pars pacificis „ temporibus præfati quondam patris mei diruta fuerat in „ dictam munitionem Castri & accessui & regressui Cano„ nicorum & Clericorum ejusdem Ecclesiæ impedimentum „ inferentem, erat eadem Ecclesia sicut hodiè adhuc est de„ bitis officiis defraudata, concilium & auxilium apponeret „ opportunum.

„ Ego pro salute & remedio sæpedicti quondam patris „ mei, progenitorum etiam meorum & meo, dedi & concessi

(*a*) P. Malb.

„ Canonicis præfatæ Ecclesiæ plateam unam apud Sanctum
„ Paulum, in Vico de *Wasconia* liberam penitùs & im-
„ munem, ſicut ſita eſt & ſicut includi & ſignari faciam
„ abs ipſis Canonicis pro Eccleſiâ Sancti Salvatoris ibidem
„ conſtruendâ;& pro aſſinamentis eorumdem quiete,liberè &
„ pacificè in perpetuum poſſidendam, quam teneor eiſdem
„ contra omnes, ſicut ſita erit & incluſa garandire,volens &
„ concedens quod dicta Eccleſia & ejuſdem Canonici &
„ Clerici quantùm in me eſt,eiſdem gaudeant libertatibus,pri-
„ vilegiis & conſuetudinibus & juribus, poſtquàm tranſlata
„ fuerit, quibus & antè tranſlationem gaudebant.

Et cùm prædicti Canonici oblationes omnes Eccleſiæ ſuę ſitæ infrà munitionem caſtri mei, huc uſquè habuerint, volo & concedo(quantùm in me eſt)quod oblationes omnes quę fient in Capellâ infrà munitionem Caſtri mei ſita, ſint Canonicorum prædictorum in futuris, ſicut fuerunt uſquè modo. In cujus rei teſtimonium & munimen, ego Guido de Caſtillione Comes Sancti Pauli prædictus, præſentes litteras dictis Canonicis tradidi, ſigilli mei munimine roboratas; actum anno Domini M CC LI. circà medium menſis Maii.

Ex hâc Cartâ colliguntur puncta ſequentia.

1. Extabat in arce Paulinâ Sacrarium ab Eccleſiâ Collegiatâ ſepoſitum antè & poſt ejus in Fanum tranſlationem.

2. Arx illa de novo munitur circâ annum 1230. agente Hugone de Caſtillione Sancti Pauli Comite & Guidonis II. genitore, & fortè eodem ęvo totum Oppidum.

3. Eccleſia Canonicorum Collegialis & Parochialis magna ex parte dejicitur pro munitione erigendâ.

4 Ab illius Eccleſiæ dejectione ad ipſius in Oppidum tranſlationem, ceſſavit officium divinum, id eſt ab anno 1230 ad annum 1251. ſpatio 21. an.

5. Pręfatus Comes Hugo multoties fuit requiſitus à Diœceſanis Antiſtitibus, ut tranſlationem adornaret &c.

6. Canonici prędicti Sacrarii ut & ſuæ Eccleſiæ oblationes recipiebant antè & poſt eorum tranſlationem in Vicum *Vaſconiæ*. Qualis verò fuerit arcis munitio recens? fuit præ-

tentam arci propugnaculum *Gal. fausse Braie* quo Hugo cinxit ipsam arcem, paulòpost initam pacem cùm Reginâ Blanchâ & conjuratis ejus Flandriç & Campaniç Comitibus Ferrando & Theobaldo, qui jam Paulinam Dynastiam fuerant populati ut prædictum anno 1229.

Anno 1255. Hugo *d'Arras* & uxor D. *Mabille* in egenos ac miseros pietatem suam vertunt, dùm in Vico de *Vimy Gohel* Nosocomium condere curant advovente Comite nostro Guidone à cujus Sancti Pauli ditione pendet vicus ille. (*a*)

Anno 1255. Rodulphum Morinensem Episcopum diploma quoddam ad Canonicos Oppidi Sancti Pauli direxisse, discimus ex *Locrio*, qui tamen nec refert, nec quo casu datum sit, aperit : verisimile est illud ipsorum Collegii translationem à castro ad *Wasconiæ* Vicum tangere, ratamque habere, quandoquidem illa translatio facta fuerit sede vacante, undè probabile est novum Antistitem quarto ab infulâ assumptâ anno, eandem probasse prædicto diplomate.

Anno 1256. Caricampensis Beatç Mariæ Bernardique cœtus in varias oras dispergitur idque premente inopiâ & insolitâ annonç domesticæ penuriâ ; pars ad Dunenses sui instituti coascetas confugit, pars ad Longovillare, pars ad Claromariscum : quod sanè fidem haud faceret, nisi ipsius loci monumenta idipsum testarentur ; quippè quibus Principum ac præsertim Sanctpaulanorum munificentiâ plusquàm decem jugerum millia accesserunt, an forsan illa Syrio æstu decocta exustaque, segetum nihil reddiderint? nihil tamen de annoniç charitate, aut de insolitâ frumenti macritudine apud autores legitur totâ hâc annorum decade; neque etiam de diuturnâ bellorum in hisce oris gestorum injuriâ. Deindè Hugonem Guidonemque Sancti Pauli Principes, ità in Ecclesiasticas familias profusos, puderet nobilem istam majorum suorum plantam irrigui peculii defectu penitùs exarescere & dissolvi: igitur hic quidpiam subest humano majus, atque uti sæpè legimus divinam provi-

(*a*) *Ex schedis D. Mabille advocati Attreb*.

dentiam vertisse extremam Cęnobitarum pauperiem in summam affluentiam, itá contrarium prorsùs ab ejusdem justitiâ manasse quandoquidem postmodùm reddetur facultatibus pristinis Caricampus : (*a*)

Equidem ad annum 1262. constat Basilicam Caricampensium recens structam, ab Radulpho Morinensi Præsule inauguratam simulque corporis Sanctæ Benedictę, quæ Martyrii palmam, unâ cùm Virginibus Coloniensibus adepta est, Lipsanis ditatam, Willardo ejus loci Antistite excipiente. Hinc autumandam magnis in eam fabricam impensis partim depaupertatos & jam pristinis fortunis restitutos per Guidonem & Mactildem Sanctpaulanos Dynastas; quià præter opum illius Satrapiæ amplitudinem, non levi nitar argumento quod in hanc novam Basilicam translatis Campavenensium seu primorum Sancti Pauli Comitum Sandapilis structis ab ipso Mausalæis suam Castellionensium parmam insculpserit vel adpinxerit, Campavenensibus abolitis : id porrò ad conditores seu fundatores attinet, qui veteribus vel ob loci incommoda subrutis de integro, reædeficant, uti etiamnùm (1640.) ait *Pater Malbranq.* Videre est è variis eo in templo monumentis, quę Castellionum notas & iis conjugatorum parmas præseferunt.

Anno 1257. Guido noster Ascetas Canonicos Sancti Andræ in Nemore peculiari munificentię suæ dono gratitat, dùm eorum possessiones quæ sui juris sunt à caducitate eximit in perpetuum hoc diplomate.

„ Nos Guido Comes Sancti Pauli notum facimus universis quod omnia quæcumque Ecclesia Sancti Andræ „ in Nemore possidet in territoriis de Belloramo, *de Giemés*, *de Campagniez*, *de Goy*, *de Maresquel*, sive alibi in terris, terragiis, Nemoribus, redditibus, hospitibus &c. quæ de Feodo nostro descendunt & in nostro „ dominio consistunt &c. eidem Ecclesiæ in puram & in „ perpetuam eleëmosynam & in manu mortuâ in perpetuum

(*a*) *Sic Pater Malbranq.*

„ & pacificè absque ullo servitio, & absque ullâ exactione „ possidenda concedimus, & præsentis scripti patrocinio „ confirmamus &c. actum anno Domini mille ducentissimo quinquagesimo septimo. (*a*)

Anno 1263. Corbeïæ Dominicâ post Festum Exaltationis Sanctæ Crucis transfertur corpus Sancti Adalardi Abbatis per Guillelmum Landunensem & Nicolaum Cameracensem Episcop. præsentibus Sancto Ludovico Rege, Balduino Imperatore & Guidone Sancti Pauli Comite. &c. (*b*)

Eodem anno in Paulopolim suam Comites vertunt munificentiam. Non satis est generosis mentibus Christo ac Beatæ Virgini, cui illa Caricampensis Basilica, augustam domum struxisse, nisi etiam Christi membris struat, ditetque commodissimam; & verò amplissimum in ipsâ urbe Xenodochium seu Nosocomium exedificant & ingenti censui annui constitutione locupletant, quo Oppidanus nullus aut advena possit objicere, sibi defuisse munificam Dominorum suorum manum: ibi porrò alendi fovendique erant ægritudine aut aliàs male affecti homines 60. quibus proindè tot lecti apparantur, Culcitris & fomentis egregiè instructi nihil quod eorum quisquam expeteret seu in cibo aut potu, nisi fortè esset noxium, denegaretur; totis noctibus tres ad minùs lampades arderent, peregrini etiam excipiendi, puerperæ curandæ, expositi aut ibi dolo relicti infantes septennio nutriendi, indè arte aliquâ mechanicâ, quâ aliquandò vitã sustinerent, instruendi, quorum & aliorum adhuc cura penes 3. Moniales Religionis voto adstrictas. (hinc sorores Griseæ) 2. laïcis subministrantibus, permaneret. Sacris celebrandis & divini officii horis sonorâ voce persolvendis. 3. Sacerdotes Religionem etiam professi, qui & ægris Sacramenta cenferrent, fuere cùm duabus Laïcis famulis intromissi, quibus ideò perelegans structum Sacellum, cujus nonnulla hodieque supersunt vestigia ait *Locrius*, & ut verbo absolvam, nihil non aderat quod curando in membris Christo Domino quis exigere posset.

(*a*) *Ex Arch. Monast.*
(*b*) *Gallia Christiana.*

Sed præſertim laudabilis Mactildis pietas, cui non ſat fuit ſua contuliſſe, ſed frequentiùs inviſere, ſi omnia ad unguem exequerentur Miniſtri, graviori ęgritudine correptis, majorem jubere curam, matrem ſe præbere, afflictis, non modò Benefactricem; ut Radulphus Epiſcopus qui ſuo Chirographo tàm inſigne munus iit comprobatum tantos Satrapas toti ſuæ Diæceſeos Nobilitati in Prototipon ſæpiùs proponebat, cæterùm magna Principum pietas, ſed pro illâ ætate: quid enim modo ſupereſt, niſi illius quod fuit imago & umbra? ſic autem præfantur tabulę inſtitutionis.

„ Nos Guido de Caſtillione Comes Sancti Pauli notum „facimus univerſis tàm præſentibus quàm futuris, quod „ nos inhærentes veſtigiis præcedentium Patrum Jeſum „ Chriſtum pauperem in membris ſuis imitandum qui dicit, „ quod uni ex minimis meis feciſtis, &c. ob remedium ani- „ mæ noſtræ & Mactildis cariſſimæ uxoris noſtræ & pa- „ rentum ac anteceſſorum noſtrorum & omnium fidelium de- „ functorum, Hoſpitale pauperum infirmorum apud Sanctum „ Paulum villam noſtram fundavimus ſubmittentes illud & „ corroborantes ad perpetuæ ſtabilitatis fundamentum, 3. „ Præsbyteris & uno Clerico, duobus Laïcis converſis, & 6. „ mulieribus ſimiliter converſis, qui in utroque ſexu Deo „ & pauperibus ſerviant in perpetuum. Sequuntur regulæ „ ſtatuta, redditus &c. Actum & datum Pariſiis anno Incar- „ nationis Domini M. M CC LXIII. al. LXV.

Mactildis Pari propriæ ſalutis affectu ac ſollicitudine incenſa, licèt ęvo, vegeto corpore, honoribus, opibus florentiſſima, nihilominùs benè gnara in hujus mundi viridariis fatalem æquo falcem adigi in teneros & peramœnos flores, quam in plantas robuſtiores, Caricampenſe Monaſterium in futurum ſui ſepulchretum ſeligit, & ſtatas illic preces ac ſacrificia præſcribit ex jam inchoanda, ſeu mors præpropera intercidat, ſeu diuturniores dies donet Deus. Hæc eſt diplomatis ſumma.

„ Ego Mactildis Attrebatenſis & Sancti Pauli Comitiſſa, „ notum facio quod ad Monaſterium Caricampi acceſ-

„ fimus & Abbatem totumque Conventum in Capitulum
„ fecimus aggregari : quibus humiliter & devote suppli-
„ cavimus, ut divinæ pietatis intuitu duo altaria in uno
„ loco Ecclesię concederent suæ, in quibus duæ Missæ
„ quâlibet die, una videlicet de Spiritu Sancto & alia
„ de B. Virgine quamdiu vixerimus, & post decessum
„ quâlibet die & in perpetuum pro fidelibus defunctis à
„ duobus fratribus celebrarentur, item quod singulis annis
„ per fratres anniversarium nostrum fieret solemniter in
„ die obitus nostri in Ecclesiâ Caricampi, ut jam Capitulo
„ Generali est concessum in Cisterio : ipsis nobis amica-
„ biliter prædicta annuentibus, nos de consensu carissimi
„ Domini & Mariti mei Guidonis, dicta 2 Altaria in choro
„ conversorum Ecclesię Caricampi ordinavimus construen-
„ da, viâ quâ pergitur ad chorum Monachorum inter duo
„ altaria existente. Præterea iis omnibus secundum inten-
„ tionem nostram ordinatis, considerato quod qui Altari
„ servit, debet de Altari vivere, ad institutionem duo-
„ rum Altarium & Aniversarii prædictorum, dedimus &
„ assignavimus in puram & perpetuam eleëmosynam seu
„ retributionem Monasterio Caricampi 40. Libras Pari-
„ sienses in Monasterio Lisquio (Lisques) Ordinis Præ-
„ monstratensis in die Paschæ singulis annis accipiendas
„ sicut in litteris ipsorum plenariè expressum est, &c.
„ Datum anno 1267. M. Aprili.

Ita Mactildis Brabantica, quæ se duplici insignit Comitatu, Attrebatensi & Sanctpaulano; quia ut inuimus supra priusquam Guidoni connecteretur, Roberti Attrebatium Comitis nuptias adierat; & secundarum nuptiarum Beneficio ingreditur Capitulum Monachorum Caricampensium. quod Bernardinus Ordo nullo pacto pateretur, nisi Fundatorum Campavensium seu Sancti Pauli frueretur Privilegio: quod vero pro 40: Librarum solutione consignet Lisquenses Ascetas, id, ex donationis vel commutationis contractu olim per Sanctpaulanos cum ipsis inito proficiscitur.

Anno 1269 Mactildis nostra in civitatem suam Audo-

marensem munificam aperit manum, dum in afflictorum ægrorumve gratiam & sublevamen Zenodochium à fundamentis erigi satagit in Vico *du Brule*, quod olim, vulgo *l'Hospital des Cotteries*, nunc vero Sancti Ludovici Regis nomine innotescit.

Ad eundem annum legimus Mariam III. Abbatissam VIII. Parthenonis (*Estrum*) Strumensis Ord. S. Benedicti Diœcesis Attrebat. cessisse Molendinum Guidoni de Castillione Comiti Sancti Pauli. (*a*)

Anno ipso Robertus *de Haling* è Sanctpaulani territorii Dynastis haud postremus ut vidit Zenodochium ab Guidone & Mactilde principibus nuper extructum, adeo ordinate & in optimam miserorum sortem tanta fruge administrari ac procedere, non potuit de suo quidpiam ut in meritorum communionem non addere; erat illi luculenta ad Comitis Villam (Vulgo *Conteville*) ab Fano Pauli uno lapide abjunctam, decima, quam lubens volensque illi Nosocomio impertivit, advovet Radulphus Morinensis Epis. subscribit uterque Comes, dilaudat bonam Dynastæ mentem Civitas universa. Reor mentem illam Pio Roberto incidisse priusquam sese ad iter Jerosolimitarum accingeret. (*b*)

Hoc item anno Guido idem aggressurus iter grande non modo ærarium apparat, verum etiam præviis donationibus & eleëmosinis divinam gratiam ac subsidium promeretur, nam eo ipso quo profectionem adornat, Lucoviensi Sancti Leodegarii Prioratui nemus publicis tabulis attribuit *la Ronde Haye* seu sepem rotundam dictum, munus tanto majore loco reponendum, quo ab anterioribus Comitibus tanquàm luculenta domesticorum portio tenacius servabatur. (*c*)

Anno 1270. Ludovicus omnium Equitum, quos voluit & excivit sibi ad sacram exprditionem Comites, Guidonem nostrum expetiit maximè; undè ratione inter Equites ha-

(*a*) *Gallia Christiana.*
(*b*) *Pater Malbranq.*
(*c*) *Duchéne Pater Malbranq,*

bitâ de stipendiis unicuique distribuendis Guidoni majus obtigit stipendium, quià majori Equitum præerat numero, traxerat enim secum in eqnis Cataphractos triginta, ad quos in itu reddituque pascendos duodecim librarum millia destinavit, Equitibus verò mille ducentos dono dedit Sanctus Princeps; quod sic illius ævi idiomate refert D. de *Joinville*. *Le cuens de Saint Pou soi XXX. de Chevailiers, pour passage, ponr retour de Chevaux, pour manger & pour toute autre chose mille livres & douze cents de don privé.* (*a*)

His & aliis pręstitutis, carissimę sponsæ valedicto ac liberis, proficiscuntur Sanctus Rex cùm suis & Rex Navarræ cùm legato, Guidone nostro & aliis Flandrensibus, cunctis convenientibus & clientelam suam Regi Ludovico professis, certi omnes vota sequi regia trajiciunt in Affricam Mauros dimicaturi, quarè Carthaginem appellunt & expugnant; hinc ad Tunetum nobiliorem tunc vel ipsâ Carthagine Urbem Regiam, Castra movent, in itinere cùm Rege gentis pugnatum; ad decem millia Affrorum Cæsa. Tunetum terrâ Marique obsessum ac exclusâ omni spe invehendi frumenti, post quintum mensem de ditione agendi initium facit, dùm in Christianorum Castris propter pestilentes aquas & aëris intemperiem exorta lues populari cœpit, & in primis Tristanum Regis filium; dein Regem ipsum Ludovicum qui eodem mordo, vel (ut alii) alvi profluvio correptus est 8. cal. Septembris 1270.

Ludovico extincto conciderant procerum animi, ni Carolus Rex Sicilię cùm Roberto Bethuniensi luctu perculsos confirmasset pactis cùm Barbaro induciis, tùm Philippus summo totius populi plausu Rex Galliæ est renuntiatus, uti Carolus Siciliæ ac Neapolis; uterque ad de suis benè merendum mox appellit animos; Carolus quidem Roberto Bethuniensi ob heroïcas virtutes collocat Blancham filiam, quam verò tulerit Guido noster Comes remunerationem, quam Joannes de *Neelle*, necdùm legi ait *Pater Malbranq* sed legi eorum Primogenitos, etsi

(*a*) Duchéne.

Aleæ Bellicę Affricanis expugnandis se minimè commiserint, partim morbo, partim Regni negotiis detinentibus, tamen in ante-actorum facinorum & fratrum gratiam, Simoni Neslensi, cui (foris bellante Rege) credita fuerant cùm Regiâ conjuge gubernacula, jam creditur liberorum Ludovici tutela : cùm liberis verò suis Radulpho & Guidone & fratre Joanne multa pollet rerum gestarum gloria, tùm apud Ecclesiasticos, tùm apud Principes viros Christianæ Reip. compendiorum amantes : ut in parvis Eustachię nostræ Sanctpaulanæ nepotibus & aliis Sanctpaulanis recumbat administratio & salus non parùm dependeat, siquidem Philippus Rex etiam filiorum suorum tutelam & nobilem, ut aiunt, custodiam commisit Petro quidem à Franciâ Comiti Alenconio, sed eo deficiente Joanni Blesensi, Comitis Sancti Pauli Primogenito, uti hic Ludovico ob eximiæ pietatis dotes fuerat in paucis acceptus, ità & Philippo &c. (*a*)

Anno 1271. inter Robertum Artesię & Guidonem Sancti Pauli Comites amicabilior pactio intercessit, Albiniacum nobile jam Comitatûs Artesiani municipium, priusquàm illius limites Dominus Rex Ludovicus fratri circumscripsit, ad Sanctpaulanam ditionem videtur Castellani jure cùm appendicibus attinuisse, at ab Attrebatibus pendens ; uti etiam nonnulla ultrà Quantiam & Altheïam fluvios sibi Campaverenses vindicasse:& verò à Philippo Aug. Ariam & Audomarum occupanti, etiam Albiniacum quodammodò in Franci transibat jura ; contrà Guido antiquo se jure tuebatur : undè Macthildis discordiarum proximè consanguineos inter ortarum pertæsa filium maritumque ab Affris reduces, salvos & incolumes benignè precatur u Albiniacum cùm appendicibus suis in geminas partes dividunt & distinguant, quarum unam ipse Robertus, alteram Guido perpetuo jure possiderent, quod & factum est, ad ęquam distinctionem admissis Stephano du *Payage* & Joanne de *Frinecourt* Equestris Ordinis viris Pari nutu, Arbitris

(*a*) *Hactenùs Pater Malbranq ex Duchêne & Belleforest.*

arbitris, &c. ex litteris datis Attrebati mense Aprili. (a)

Anno 1172. refloruit sincipitis Divi Jacobi apud Arienses cultus Alevano præposito in membranas Vedastinas incidente; ubi comperit integrum illud penes Canonicos adservari, cùm tamen arbitrarentur solum maxillę ossiculum ab Alsacio relictum: apertâ vi capsâ credulam fefellit opinionem ingentemque peperit lætitiam. presens aderat Guido Sancti Pauli Comes, cùm uxore Macthilde, Ariæ virtute dotis dominante, portiunculam sacri pignoris à præposito & primoribus sibi compararunt &c. (b)

Anno sequenti inter Guidonem & Capitulum Ecclesiæ Beatæ Mariæ Attrebatensis aliud intervenit pactum, quo Comes noster decimam apud *Herlin* in Parochiâ de *Celest*, quam Canonici dicebant emptione legitimâ à Balduino de *Heseke* acquisivisse, eidem Ecclesiæ dimisit; immò pius Comes nolens temporibus suis Sanctam Matrem Ecclesiam redditibus minui, sed potiùs ampliari, dictam decimam non solum concessit, sed eandem ac terragium mortisavit & concessit in manu mortuâ, eâ tamen lege ut Missa una de Beatâ Mariâ Virgine quâlibet die in perpetuum decantaretur pro ipso Comite Sancti Pauli, Macthilde uxore ac liberis & parentibus &c. Actum mense Octobri.

Anno 1725. exiit edictum à Rege Philippo Audace; quo inter alia statuta describuntur Baronum (quos majores vocabant) jura privilegia ferme eadem quæ Parium Franciæ & Comitum, ut in suis Baroniis *amortizandi & eleëmosinandi* facultatem haberent, *ita tamen quod tenuta non emembrentur*, *seu etiam desormentur* &c. qui autem hoc jure gaudere dicuntur, recensentur Pares Franciæ, primum scilicèr Comes Flandriæ, Duces Aquitaniæ, Burgundiæ, Britanniæ; Comes Nivernienfis, Attrebatensis, Andegavensis, & Marchiæ; Comites alii Blesensis, Antisiodorensis-Tornodorensis, Drocensis, Claromontensis, & Sancti Pauli, quibus accensentur deindè Domini de Narbona, Bellojoco

(a) *Extant in Locrio pag.* 423.
(b) *Pater Malbrancq.*

& de *Coucy* &c. *du Cange gloss. lat.* hinc liquido constat nostros Dynastas jura illa sicut & monetæ cudendæ sibi non arrogasse.

Tradit Historiographus *Belleforest* Guidonem nostrum ad annum 1276 in Arragoniam Comitatum Galliæ Regem Philippum III. S. Ludovici filium unâ cum Burgundiæ ac Britanniç ducibus aliisque principibus & dynastis.

Anno 1277 Joannes de Castillion Dominus de Avesnis &c. Et uxor ejus Ælis cedunt Fratri Guidoni de Chastilion Comitis S. Pauli omnem terram de Brabantiâ quam tenent à Comite Hannoniensi scilicet terram *Leuse* cum pertinentiis, *Eskanaffe* cum omnibus pertinentiis & cætera de Brabantia, in arcibus, prædiis, terragiis, censibus, jurisdictionibus &c. Ipsi & successoribus hæreditario ac perpetuo jure possidenda, advoventibus Joanne de Avesnis & uxore, Petro Alenconio cum uxore &c. M. Martio. (a)

Anno 1280 à Guidone nostro instituitur Consulatus in Oppidulo de *Frevench*, cujus tabulas publicas nobis citat D. *du Chene* datas mense Martio, ast nec refert, nec indicat, ubi vel à quo hauserit; quas tamen si haberemus, quidquam luminis suppeditarent ad historiam Sancti Pauli ditionis texendam.

Annis sequentibus digladiantur inter se Joannes I. Dux Brabantiæ & Rainaldus Gueldriæ Comes pro Lemburgico Dominatu possidendo; Joannis jura ac partes tuebantur Galli Magnates, sed in primis Boloniæ Comes nec non Guido noster, qui eidem Joanni uxoris suæ nepoti tantam tulit opem ut in famoso illo ad Castrum de *Wæronc* Prælio, ipsum Reginaldum fugientem ac Syfridum Coloniæ Archipræsulem captivos fecerit, hinc Ducatus Limburgici Possessor effectus, ditionis tesseram scuto suo gentilitio adjecit, dimissoque Lovaniensi Alagamo, hunc assumpsit *Lembourg à celui qui l'a conquit.*

Anno 1283. Hugo *d'Aucoche* cognomento ab Vico in ditione Sanctpaulanâ sito (nunc *Auche* vocant) vir Equestris Ordinis Guidoni nostro à secretis apprime fa-

(a) *Martene Thes. Anecd.*

miliaris Hidromilam (Al. *le Moulin d'Asnel* seu Molam aquatilem) quæ ad Sancti Martini Castrum non procul Oppido Sancti Pauli, (Ternâ Fluvio illinc Scaturigines accersente) rotatur, ab Godefrido in Sancti Salvatoris ejusdem Oppidi Custode & Canonico permutatione quorumdam terræ jugerum accipit : cujus permutationis litteras *Locrius* fatetur se vidisse ratas & munitas sigillo Henrici de *Muris* Episc. Morinensis & Guidonis Sancti Pauli Com. in quodam libello ejusdem Ecclesiæ Sancti Salvatoris Antiquitates & privilegia referente, quem Mathæus de *Locre* Propatruus suus ac ibidem Præpositus Canonicus sibi communicavit.

Eodem Ævo lis mota Guidonem inter & Caricampenses super injuriis hinc indè propositis super Custodiâ Monasterii & super jure Venandi & aliis à piis intervenientibus viris decisa est ut refert. *(a)*

Annus 1284. Tornacum Sanctpaulani Comitis devehit munificentiam ; erat ei soror Beatrix Curtraci figens domicilium, ex quo Guillelmus Flandriæ Marchio olim ad superos evocatus amantissimam uxorem reliquerat, isto Territorio ei in dotem ascripto : ex quo jam multos annos longæva duxit, non in solitis Comitissæ deliciis, non in longo ut priùs asseclarum Syrmate, sed modo apud Morssedanas seu Wevelghemenses Sanctimoniales, à Margarita Gisnensi fundatas, modo etiam apud Gruninganas pietatis obibat exercitamenta Mæcenatem agens Religiosorum Cætuum, egenorum & viduarum Fautricem, virtutum proTotipon maximarum : nec solum indigenis beneficam suam commodabat operam, sed & advenis ; cum enim F. Joannes *de Hurgny* Crucigerorum Prior apud Condrenses non procul Ferâ & Cruciaco familiam suam propagare ; atque adeo in ditionem Tornacensium invehere haberet in votis, illi suasum Beatricem adiret Comitissam pro adipiscendâ insigni & late patente Areâ, quæ in Paræciâ D. Joannis Torna-

(a) D. Duchéne in prob. pag. 88.

ceni exiſtens, ejus inſtituti Cœnobio excipiendo eſſet peropportuna; at juris Sanctpaulani Comitis, qui matrem nactus Luthoſæ Principem, ab eâ ad uſque Scaldim & Turnacum mediâ, ut plurimùm poſſideret. Fecit illa lubens & lubentiùs advovit Guido frater jamdiù in Aſcetas haud modicum munificus in hæc verba.

„ Nos Guido de Caſtillione Comes Sancti Pauli notum „ facimus quod nos pro animæ noſtræ ſalute *Mehault* di- „ lectæ uxoris noſtræ & omnium prolium noſtrorum; „ & per ratum conceſſum & conſenſum dilectorum filio- „ rum meorum Hugonis, Guidonis, & Jacobi conceſ- „ ſimus & conſenſimus in perpetuam eleëmoſymam lo- „ cum unum in Parochiâ Sancti Joannis de Calidis Fur- „ nis qui eſt apud *Montpaillard*, & poſuimus in ma- „ num mortuam F. Joannis de *Hurgny* Prioris *de Comde-* „ *men* Ordinis S. Crucis & fratribus ſuis & ſucceſſoribus „ eorum ad ſupplicationem & requeſtam dilectæ ſororis „ noſtræ Beatricis D. de Cortraco dudum uxoris nobilis „ viri Willellmi Comitis Flandriæ; & eis donamus quid- „ quid habemus in prædicto loco, vel habere poſſumus, „ ſecluſâ omni Superiori juſtitiâ & omni Superiori do- „ natione, quas nobis & ſucceſſoribus noſtris retinemus; „ eâ conditione quod prædictus frater & ejus ſucceſſores „ tenebuntur ſupradictum locum ex hoc nunc & in futu- „ rum à nobis & à noſtris hęredibus firmiter & liberè „ mediantibus unis albis Chirothecis prętii 4. denariorum „ Pariſ. quas nobis & ſucceſſoribus noſtris ſingulis an- „ nis in perpetuum reddent ipſo die S. Crucis in Sep- „ tembri, ſi ab ipſis requirantur, nullâ re aliâ, nullo- „ que ſervitio requiſito, & ad firmiter tenendum obli- „ gamus nos noſtroſque hæredes & ſucceſſores, & O- „ ramus dilectam uxorem noſtram *Mehault* Comitiſſam „ Sancti Pauli, & dilectos filios noſtros ut velint præſen- „ tes litteras confirmare & ſigillo communire &c. Actum „ in *Leuze* Anno 1284. Aprili.

„ Et nos Mehault Comitiſſa Sancti Pauli prædicta &

„ nos Hugo, Wido, Jacobus ſupradicti ad ſupplicationem
„ & requeſtam præfati dilecti noſtri D. & Patris volu-
„ mus, ratificamus & concedimus res omnes & con-
„ ventiones prædictas ſimul & ſigillatim, & ut fit res
„ firma & ſtabilis, fecimus pręſentes litteras noſtris ſi-
„ gillis communiri actum ut ſupra. Hinc patet Beatricem
„ Comitis Sancti Pauli filiam, non Brabanti ut volunt
„ quidam. (*a*)

Anno 1286. Uterque conjux & Comes Cappellaniam in *Neuville* condunt, aſſignatis proventibus ac annuis redditibus Cappellano qui ibidem quâlibet die ſacra faceret cereos veſteſque ſacras ſibi provideret &c. *Duchene.*

Fundationem aliam huic non abſimilem omiſimus ad annum 1266. adeòque eo reponendam, quæ talis eſt lectionis in *Miræo.*

Mactildis Attrebatenſis & Sancti Pauli Comitiſſa.
„ Notum facio, quod de conſenſu Mariti mei Guidonis
„ de Caſtillione Comitis Sancti Pauli & Capituli Beatæ
„ Mariæ Lenſenſis, ob remedium animæ meæ & bonæ
„ record. Roberti Comitis Attrebati, quondam Dom. mei
„ & Mariti Capellaniam unam fundavi in Capellâ Ca-
„ ſtri Lenſenſii, quam in eodem Caſtro idem Comes
„ Robertus ædificavit; Guido autem Comes fundatio-
„ nem dictæ Capellaniæ approbavit. Datum à MccLvi.

Eodem anno 1286. menſe Septembris Guido & Mactildis ob ſingularem in Beatam Mariam Bolonienſem devotionem fundant duos cereos ante jus iconem ardentes atque obitus ſuos ſingulis annis celebrandos, aſſignata 20. lib. Pariſ. rettibutione ſuper Oppidi ſui [Sancti Pauli] redditibus quam ſummam poſtmodum commutarunt in octo menſuras terræ &c. (*b*)

Cæterùm inter ſacraria à fundamentis erecta per Religioſiſſimam Dominam illud utique ſingulare eſt quod condidit Theroannę Monaſterium de Sancto Spiritu Monialium ſcilicet Ordinis Sancti Patris Dominici quodque

(*a*) P. *Malbranq.*
(*b*) *D. le Roi hiſt.* n. *D. de Bol. p.* 277.

per sui dissolutionem ad annum 1553. & Monialium hinc & illinc dispersionem tot peperit claustra ejusdem instituti, quorum quędam etiamnùm subſtant & maximè florent, ut ad Audomarum, Abbatis Villam, Albamalam, Caletes, Merenvillam. Alia ad modùm Capitis injuriâ temporum extincta uti ad Ardream, Stapulas, *Desvrene*, *Andruick* &c.

Quę omnia piissimam Mactildem Attrebat. & Sancti Pauli Comitissam tamquam primigeniam matrem ac fundatricem suspiciunt.

Porrò annus fundati Monasterii Theroanensis omnes latet, quod illius litteræ ac instrumenta temporum, sed maximè frequenti Civitatis excidio perierunt sicut disertè exposuit noster Gilbertus de la *Haye* in historiâ Conventus Sanctę Margaretæ Audomari, editâ 1686. Duaci.

His & aliis quę latent præclarè gestis haud diù supervixere nostri Comites, etenim anno 1288. obiit piæ memoriæ „ Mactildis Comitissa Sancti Pauli & Attreb. in festo „ Sancti Michaëlis, quæ fuit filia Ducis Brabantiæ & „ mater Roberti Comitis Attrebatensis & Blanchæ Re- „ ginæ Navarrę, & Hugonis Comitis Blesensis, & „ Guidonis Comitis Sancti, & Pauli Jacobi junioris D. *de* „ *Leuse* & Condato, & Beatricis Comitissę de Ago „ (gal. *Aigne*) & Joannæ Dominæ de Castro Radul- „ phi &c. (*a*)

Anno subsecuto Guido pariter vitam posuit 12. Martii 1289. ait Dom. *Duchéne*. Jacet autem uterque ut decreverat in Ecclesiâ Caricampensi ex adverso Iconis Crucifixi sub ditissimo Mausolæo, auro gemmis, encaustoque ornatissimo; eoque olim ait *Locrius* supereminebat bina utriusque Comitis statua, ære Cyprio Affabre effıcta ipsarum effigiem referens quæ omnia temporum voracitate jam aboleta, &c.

Igitur consignatur obitus Guidonis nostri ad annum 1289. à D. *Duchéne* qui D. *Locrium* excipit, at non ita certus est ille annus quin alius ab aliis assignetur. Siquidem

(*a*) *Chronicon Caricampense.*

Nicolaus *Specialis* rerum Sicularum Scriptor in Marcâ Hispanicâ docet nos Comitis unius Sancti Pauli cædem ad annum 1285. in prælio contra Rogerium de *Lauriâ* apud Rosam in Cathaloniâ Comisso, temporis autem illius congruentia nullum præbet Comitem Sancti Pauli alium à nostro Guidone; ergo de ipso intelligenda cædes illa, si vera sit, & tum falsus erit Dom. *Duchéne* qui scribit utrumque conjugem ad annum 1286. Capellaniam instituisse in *Neuville*: út ut sit audiendus Nicolaus *Specialis* sic edisserens ad annum prædictum.

„ Rex Francorum Philippus ex quo adventum Rogerii de Lauriâ audierat, futurum casum & Classis & Castri Rosæ præmetuens in subsidium eorum qui apud Rosam munimenta & præsidia Regia observabant illustrem virum Comitem Sancti Pauli cum 6. millibus Electorum militum destinavit. Hic autem cum invenisset rem gestam longè aliter quam sperabat, quasi deductas rates ad littus prospiciens & Nautarum hinc indè vagantes, meditatus est contra inimicas rates impetum facere, inexpertus existimans posse illas vel ex eis aliquas impulsu tantorum millium militum retinere. Quam Machinationem Rogerius prævidens Liçiâ è Puppibus affixis paleis contexuit, effusasque in Arenis foveas ne ab incautis vitarentur, aperuit, & tandem concitato equo, quem suis ratibus ducere consuevit, nunc incursum simulans nunc recursum, illos ad casum eo more quo Mustela nefarias Aspides invitavit.

„ Comes autem ad quod meditatus erat adspirans cum totâ militiâ fecit impetum contra rates; illi quidem ad Puppes Galearum infra Licia redeuntes, jactis telis eminus se tuentur, ex quo factum est, quod multitudo equorum in occultas foveas concidit & sessores eorum aliqui sub equis contriti sunt & aliqui confossi telis & lapidibus obruti perierunt. Cumque inter alios egregii Comitis Sonipes corruisset, plebs Galearum prædæ avida & occultæ Nobilitatis ignara, inter

„ egregios & plebeïos, dùm sævit animis non discer-
„ nens, ut spolia raperet, dexteram Comitis ab ulnâ
„ crudeliter amputavit, quam post sedatum Imperium
„ & tumultum Galli superstites, ut eam cadaveri adjunge-
„ rent, ne deformis truncus corpus Nobilis videretur obla-
„ tis vasis argenteis septingentarum Marcharum pretio re-
„ demerunt &c. Nicolaus *Specialis* in Marcâ Hispanicâ *D°*
„ *de Marc.* Cui verò adhibenda fides, fateor me nec-
„ dùm invenisse, undè occulatioribus relinquo discutiendum
„ & judicandum.

STEMMA.

GUIDONIS ET MACTILDIS


1. De Castillione II, primùm Sancti Pauli Comes, dein Blesensis & Dunensis Dominus de Avesnis & de Guisiis.

2. Guido III. Sancti Pauli Comes Dominus de Encheriis, Lucovio, Durlendio &c. Galliæ Buticularius.

3. Jacobus Dominus de *Leuse* de *Condé* duxit Catharinam Dominam de *Carenci*, *Buquoi*, *Duisant* & *Aubygny*, viduam Renoldi D. de *Culent* & de Castro, novo &c. hinc pro Rege apud Imperatorem Adolphum legatione & apud Flandros (iis tum Regio juri subjectis) præfectura functus est. Vid. *Duchéne* pag. 303 & seq.

4. Beatrix de Sancto Paulo, nupta Joanni de *Briene* Comiti *d'Eu* filio Alphonsi & Mariæ *d'Issoudun* &c. Beatrice nullâ tunc in totâ Galliâ speciosior, extat ejus præclarissimum elogium in laudato *Duchene* p. 12.

5. Joanna de Castillione aut de Sancto Paulo nupsit Guillelmo *de Chauvigny* III. Domino de Castro Rufino, filio Guillelmi II. &c. *ibid.*



HUGO DE CASTILLIONE

II. COMES S. PAULI XX. BLESENSIS ET DUNENSIS DOM. DE AVESNIS, GUISIIS, *NOUVION ; LANDRECIES, TRELON. &c.*

IS Dynaſtes anno 1287. ſuperſtite Parente duxit Beatricem Flandrenſem filiam Guidonis Dompettæ Flandriæ Comitis & Eliſabeth de Luxemburgo Namurcenſis Comitiſſæ, ſecundæ uxoris ; Patre verò vivis erepto anno 1289. (ut ſupponitur) non modò prædia in Paternâ ſucceſſit ampliſſima, in Comitatû, ſcilicet Sanctpaulinum, Bleſenſem &c. ſed etiam in novies mille libras à Parente annuo cenſui ſubjectas ; à Pariſienſi templo accipiendas, quas ſubindè (advoventibus fratribus Guidone & Jacobo) Joannæ Britanniæ Patrui Joannis unicæ Prolis ac proindè ejus Germanæ tradidit in permutationem cum Comitatu Aveſnenſi aliiſque prædiis in ditione Hannonienſi ſitis : ita ut eodem anno & Sancti Pauli Comes & Aveſnarum cum Luthosâ ad uſque Scaldim Tornacenſem, & Enchræ ac Creſſiaci Princeps ſalutaretur ; Concambii tabulæ in *Pontorſon* datæ *Duchéne*, *P. Malbranq.*

Vidimus ad annum 1284. Guidonis Sanctpaulani in Crucigeros Tornacenses munificentiam, dum grandem illis ultra Scaldim condendo cœnobio, aream est elargitus. Hinc cum jam Guidoni parenti Hugo subiisset, possideretque quidquid Sancti Joannis & Sancti Brixii Paræciæ complectuntur, nec non Alani, Warchinii, Breusiæ Silvæ Toparchiam, cum aliis compluribus id nemoris inter & fluvium, Tornacenis incessit stimulus & Cupido sibi illa omnia comparandi, ut si parens gratis sese membro uno exuisset insigni oblato pretio filii corpore exuerent universo, præterquam quod urgeret noxia & dissentanea valde vicinia, jam enim augescentibus in dies præsertim ad flumen domiciliis Burbus *al.* Broilus, seu *Bruylle* vernacule (sic vocitabant omnem illam aream utcumque paludosam] in alteram quodamodo assurgebat Civitatem, suâ curia & civico tribunali constantem; jusque summum & Capitale erat penes Alani & Sancti Joannis de Calidis furnis Dominum: ut etiam Ciscaldini & Tornacenses exilio mulctati illic sibi perfugium & Asylum consequerentur, crebraque dissidiorum seges præberetur.

Itaque visum est Sancti Pauli Comitem convenire binosque ejus fratres Guidonem & Jacobum, qui ut erant boni publici amantes sensim in eorum libellum supplicem proni descenderunt, præsertim ubi viderunt Guillelmum *Castaigne*, & Joannem *le Plat* duos præpotentes cives ad pasciscendum paratos. Confectæ tabulæ Hugone Sanctpaulano in hæc verba sponsionem faciente quæ visa sunt Tornacensibus adjicienda, quod emptio illa hodiernæ civitatis & Territorii portionem complectatur admodum luculentam, sic autem incipiunt.

A tous ceaus ki ces presentes Lettres verront & oront nous Huës de Castillion, Cuens de S. Pol & Sire d'Avesnes, Beatris se Femme Contesse de S. Pol, Guy & Jakemes dit de Castillion Chevalier Frere dudit Conte, salut en notre Seigneure; nous vous faisons a sçavoir que nous Huës & Beatris se Femme pour le pourfit & utilité

evident de nous & de nos Succeßeurs avons vendus & etriet bien suffisament & clame quiste a toujours hiretaulement a Guiliame Castaigne & Jehan le Plat Bourgeois de Tournay pour eaus & pour toute la commungne de Tournay la Vile de Cauffours da les Tournay & toute la Seignourie & Justice haute & baße & tout chou entierement, que nous avons & avoir poons en laditte Ville des Cauffours & en l'Eskievinage de Cil meisme lieu, si avant comme il s'estend a Alaing & a Warchin & tout si avant que li Cens & li Dismage Dieu & S. Amand s'estendent en quelconque maniere il nos soit venu & puist venire, sauve no gist que nous avommes a Alaing en la Maison S. Amand. Derechief pour le pourfit, &c. Ce fut fait l'an grace 1289. el mois d'Aoust. (a)

Philippus Rex subsecuto Septembri pactionem illam Diplomate firmavit, simul & Parisiensis Præpositus: tum à Magistratu Tornacensi numerata Hugoni Sanctpaulano Principi pecuniaria summa; quam se accepisse testatus est; &c. quæ omnia ad extensum. (b)

Traditur Hannoniæ Comitem prædictæ pactioni obicem posuisse: quâ ratione? spe forsan successionis ductus per affinitatem supra memoratam, nec non jus aliquod in suo tractu Hannoniensi sibi arrogans; at per Sanctpaulanos res amice cum illo transacta: in aliis membranis ejusdem Oppidi Tornacensis simul cum Breusio nemus etiam *d'Estrieu* habetur divenditum.

Ad annum 1289. lego apud *J. du Tillet* Hugonem Sancti Pauli Comitem & Fratres Guidonem & Jacobum in Acquisitionem Avesnensis ditionis ad Hannoniam Regi Philippo pulchro juramentum præstasse in suorum corporum fide tanquam milites fideles, (c)

Anno 1290 M. Junio Guidonem nostrum inter & Priorem & cœtum Monasterii Martiniani de Campis Paris.: aliud intervenit pactum quarumdam ratione dis-

(a) Idem.
(b) T. 3 de Morinis p. 734.
[c] Idem habet Mennenius in Equestribus.

ſentionum ad Prioratum Encrenſem ſpectantium, ut ſcilicet jura juſtitiæ exercendæ aut amortizationis concedendæ & ſimilia quæ videri poſſunt in exſcripto relato à D. *Duchene.* [*a*]

Eodem ævo fit compromiſſum inter Joannem de Aveſnis Honnoniæ Comitem & Hugonem noſtrum ſuper querelis & controverſiis inter eos motis in præſentiâ Philippi Regis Francorum, Arbitris D. Joanne de Dompetra & Comite *d'Eu*, definientibus, &c. Actum Foleyæ M. Septemb.

Anno 1291. vitam ponit Joanna Bleſenſis Comitiſſa ſine hærede, cujus ſucceſſio obvenit Hugoni noſtro, ac ejus Fratribus Guidoni & Jacobo, Fratribus Roberti Comitis Attrebatenſis, ex Matre nec non Galchero Dom. de Creciaco in Briâ: ſed ſub inde partitione factâ factus eſt Hugo noſter Comes Bleſenſis, & Guido Comes S. Pauli, ipſomet Hugone ſic diſponente & dividente hæredium, ut Fratribus, Guidoni primum Sancti Pauli Satrapiam, Jacobo Lutholam & Condatum; Galchero autem Conſanguineo Toparchæ de Caſtillion & Creciaco, Dynaſtiam de *Champrond* cum mille libris annuis à Templo Pariſienſi accipiendis, additis aliis 1740. alibi percipiendis, tranſcripſit.

Quod ad Comitatum Sanctpaulinum attinet, ferunt Tabulæ anni 1292 ipſâ Paſcatis Feſtâ die Bononiam conveniſſe Hugonem cum Guidone Fratre, cui ſcilicet Paulopolim cum territorio tranſcriberet ex aſſenſu Roberti Bolonienſis Comitis uti Feudum ab eo pendens: cum autem donatio illa ſolemnem poſſeſſionem & clientelę poſſeſſionem includat, rituque judiciario tranſacta ſit, viſum eſt, Hiſtorię Bolonienſis ſimul ac noſtræ non nihil colluſtrandæ gratiâ, rei tabulas, quo datæ ſunt Idiomate hic exſcribere.

Nous Robers Cuens de Boulogne & d'Avergne faiſons ſçavoir a tous que Nobles Hommes Sires Huës de Caſtillion Cuens de Blois & Sires d'Aveſnes a donné de la grace eſpecial a Monſeigneur Guion de Chaſtillion ſon Frere la Conté

(*a*) *In prob. Hiſt. Caſt. p.* 159.

de S. Pol & toutes ses appendances, laquelle il tenoit de nous aussi avant comme il la tenoit; en laquelle Conté lesdis Guis n'avoit riens a tenir & avoir, &c. par tel condition, &c. par tel memoire que si lesdis Messire Guis mouroit sans avoir Hoirs de sa propre cher vivant, ou fust cause qu'il eust Hoir de son Corps, & s'il Hoirs mourut sans Hoir de sa cher: lesdits Contés & toutes les Appartenances doivent revenir & reparier au devant dit Conte de Blois, & a ses Hoirs. Et a si devant di Cuens de Blois rapporté en nos main la Conté devant dite & toutes ses appartenances, bien & suffisament, avec le devant dit Monsieur Guion sur la forme & condition devant dites. Et les avons ravesti bien & suffisament selon l'usaige & la coutume du Païs. Et a li devant diz Messires Guis receut la Conté dite & toutes les appartenances, en la forme & la maniere. Et sur la condition devant dite & non autrement, &c. Et furent toutes ces choses devant dites, faites pardevant nous bien & suffisament, &c. Loi, &c. Par jugement de nos Hommes Barons de Boullenois, qui ce pouvoient juger & devoient; c'est a sçavoir Monseigneur Guiliame de Loncvilliers, Monseigneur Jean de Coulembers, Monsieur Huon de Ordre Chevaliers Huon d'Aucoich Seigneur d'Erny, Anseil de Sanghetim & Moriaus d'Auving, &c. Et nous Barons de Boullenois pourceque nous veismes, ouismes & jugeames toutes ces choses devant dites par conjurement dé justice à la Requeste de notre cher Seigneurs Robers Conte de Boullenois & d'Auvergne, en témoignage des choses devant dites avons pendus nos Seaux avec le sien, &c. furent toutes ces choses faites, &c. & ordenées en l'an mil deus cents quattre vingts & douze le jour de Pasques.

Diploma hoc, alio postridie illius festi firmatum est, quo Guido profitetur se in possessionem Comitatus Sancti Pauli & Fratre Hugone inductum advovente Roberto Boloniensi Comite qui ibidem legitur sic alloquens Guidonem clientem suum: *Comme vous Monsieur Guy de Chastillion Cuens de S. Pol soiez tenu a paier a nous Robert Cuens de Boulongne & d'Auvergne le quint denier de la*

Valuë de la Conté de S. Paul & des apparienances aussi avant come si elle fust vendu a heritage, &c.

Utrumque Diploma fusius exponitur à D. *Dupuy* in suo regiorum jurium tractatu pag. 201.

Itaque sicut per heredium Joannæ Consanguineæ Parma Castillionensis Hugoni pura putaque obvenit, ita Hugo Guidonem Fratrem voluit toto S. Pauli Comitatu cum omnibus suis appendicibus donari & dominari, ne Teruncium quidem aut Emolumenti quidpiam sibi reservando. Quod demirati Robertus Frater Attrebatensis, Rex ipse pulcher, sine cujus nutu hæc transigi nequibant, nec non passim Magnates haud satis poterant deprædicare eximiam viri charitatem: & hoc nostro ævo, ait modernus, quotus quisque est, qui nobilem adeò Margaritam suo Diademati subtraheret? Talium Fratrum sane gratia rara est.

Hugo Majorum secutus vestigia viros coluit summopere litterarum eruditos, quo-circa trienny spatio quo Sancti Pauli ditioni præfuit, curavit ad Normam Historicam redigi bellica & amatoria diversorum heröum facinora, antiquo quidem Idiomate, unde nomen (*Romans*) induere duo inter alios extant codices membranacei in bibliotecâ D. *de Thou* quorum unus hunc præfert titulum *Ichi encomenche li histoire de Kanor & de ses freres liqueil furent fils à Noble Cassidorus Empereor de Constantinople & de Rome, lequeil furent engenré en l'Empereis Fastige ki fille fu a l'Empereor Physens.* Dein autor sic auspicatur discursum: *Ha diex, si souffisament ai esté requis de Noble Prince Huon de Chastillion Conte de Saint Pol, pour lequel je ne me pourroye mie tenir, que &c* (a)

Fatis cessit Hugo circa annum 1307 & sepultus jacet cum uxore apud Moniales cœnobii de la *Guiche* à Majoribus conditi, cui nomen *La garde de nôtre Dame* cuique inter innumera postremæ dispositionis dona legavit 20. libras annuatim ac perpetuo à censibus suis Blesensibus assumendas.

(a) *Duchene.*

Porro quantum ei erant in votis aut iter aut recuperatio Terræ Sanctæ mirum in modum explicuit in ſuo teſtamento, cujus executores voluit ſponſam, fratres Guidonem & Jacobum Priorem FF. Prædicatorum Bleſenſium (quos Patruus ſuus fundarat) Confeſſarium, Capellanum, alioſque. (*a*)

PROGENIES.

HUGONIS ET BEATRICIS FLANDRENSIS


I. Guido de Caſtellione I. Nom. Comes Bleſenſis ac Dunenſis Dominus de Aveſnis, Guiſiis, *Trelon*, &c. duxit 1310. Margaretam de *Valois* Filiam Caroli de *France* Comitis *de Valois*, *Alencon*, *Perche*, *Chartres*, &c. qui fuit Regis filius, Regis frater, 3. Regum Patruus, Regiſque Parens, Rex verò nunquam; filius fuit Regis Philippi III. Audacis, frater Philippi IV. pulchri; Patruus Ludovici Hutini, Philippi V. Longi, & Caroli Pulchri; Parens autem Philippi VI. de *Valois*. Hinc arguas quantum decus acceſſerit Domui Caſtelliopaulanæ ex illo Conjugali fædere, Guidonis noſtri cum Margaretâ, quæ genuit Ludovicum, Carolum & Mariam nuptam Radulpho Duci Lotharingiæ &c. (*b*)

Obiit anno 1342. Margareta verò nupſit ſecundo Comiti Namurcenſi.

2. Joannes de Caſtellione, Bleſenſe accepit cognomen, quod poſteri retinuere, hic & frater pro tempore primum Beatrici, dein Guidoni Patruo Tutoribus ſubfuere. Improlis obiit.

[*a*) *Vid. Duchêne p.* 133. *& ſeq.*
(*b*) *Idem.*

Armatur ut precedens cum Limbo



GUIDO DE CASTELLIONE

III. COMES SANCTI PAULI XXI.

DOM. DE DURLENDIO, DE ENCHIRIIS;

LUCOVIO &c. SUMMUS GALLIÆ BUTICULARIUS.

GUido Comitatum Sanctpaulanum ſic ritè ſtabilitum capeſcens anno 1292. eodem Ævo connexuit ſibi ſponſam Mariam à Britanniâ filiam Ducis Britonum Joannis II.& Beatricis Anglicanæ,cui Artus frater Richemontis Comes. In causâ Hugo fuit munere ſuo ampliſſimo, cur frater ad tantas pertigerit nuptias, ſed hoc amplius præſtitit ut cum ejus inventu illud ipſum connubium fuiſſet agitatum ſeſe iterùm Sanctpaulano abdicaret Principatu, & quo id transditum Guidoni firmius inhæreret, ſimul pulchrum convenire Regem ut munus Chirographo Regio roboraret, qui non ſolùm id probavit, & etiam Guidonem aliis cumulavit Beneficiis, addendo œconomi ſeu Buticularii dignitatem, cum annuâ bis mille librarum penſione creandoque teſtamenti Regii executorem nec non alia haud minora, uti è dicendis notum fiet.

Guido igitur in arce ſuâ Sanctpaulenſi primam figere ſedem cœpit, vicinoſque ſatrapas conciliare ſibi, tantoque

que acceptior omnibus, quo etſi Regiâ fretus gratiâ, uxore gauderet potentiſſimorum conſanguineâ; Roberto Arteſiæ Comite tamquam fratre uteretur familiariſſime; nihilominùs is erat qui ſe non efferret, præferretque aliis, ſocium malens amorem quam eximios honores; cum Roberto pręſertim magnus intercedebat uſus, quo dignitate illâ œconomi Regii *grand Bouteiller* al. *Eſchanſon*, vocant, donatus eſt.

Fuit prętereà Guidoni in intimis & propter viciniam penè in quotidiano congreſſu Hugo *d'Ocoche* ſeu *d'Auch*, de quo ſuprà, Vir Equeſtri Ordine Illuſtris, in S. Martini juxtà Paulopolim Pago figens domicilium, quem anno 1287. emptione ſuum fecerat: *Ocoche* vicus eſt in Sanctpaulino Comitatu ſimul & familiæ cognomentum. Ille per N.. hæredem tranſiit in Baliolanam ſtirpem ut jam videbitur.

Cæterùm anno 1294. Hugo cum cerneret ſe Guidoni Sanctpaulino, acceptum in paucis, ei mentem aperuit ſuam quâ in votis eſſet elegans aliquod Caſtrum in Pagi ſui territorio erigere ad Themæ fluvii, quo alluitur, ſcaturiginem; quandoquidem aquarum beneficium, & locus ſat inacceſſus anſam præberent quidpiam minutiùs extruendi, & Paulopoli magis tutandæ opportunum. Annuit lubens Guido & lubentiùs eo conſummato ad relaxandos non nihil cum amiciſſimo ſuo animos, utebatur.

Inſuper ſeſe in ejus amicitiæ penetralia inſinuans Hugo, quidpiam majus rogare non dubitavit & obtinuit, nempè jus & facultatem Venandi per ſingulos ſaltus, ſylvas & cætera terrarum noſtri Comitis, quem privilegii honorem ac compendium extendit Princeps in ejus ſucceſſores pertenatque hodiè in familiâ Balliolanâ inquit *P. Malbranq* ſcribens initio ſæculi decimi ſeptimi.

Ad ſacra & pia quod ſpectat, idem Hugo laneos pannos qui quotannis in Sancti Pauli Paræciali templo ipſa omnium Sanctorum ſolemnitate recurrente egenis diſtribuuntur, pientiſſimo zelo fundavit, in cujus donationis augmentum & memoriam ſeſqui ulna ejuſdem panni per Senatum annuè pariter offertur, duratque in eâdem Balliolanorum gente.

Ejusdem Hugonis opus fuit sacellum in Sancti Pauli Fano juxtà ædes, quas ibi peramplas, habebat extructum, atque tùm ad B. Egidii honorem consecratum, etiamnum *la Chapelle d'Ococbe* auditur cujus beneficii Collatores ac ædium possessores iidem Balliolani. Verùm hic notandum obiter sacellum illud sicut & ædes prædictæ partim diruta ab anno 1515. in Cænobium FF Ordinis Carmelitarum conversa gratiâ & beneficio D. Maximiliani de *Baillœul* & Cristinæ de *Lalain* pientissimorum conjugum &c. sed de his alibi.

Ergo mixta est hæc familiâ Ocochianæ ut divinâ quasi providentiâ eodem pietatis studio duæ in unam coalescant. Ad annum 1145. alterum ab Andreâ de *Baillœul* illic sacrarium ex Eugenii Papæ concessione, erigente, accersitum est; quod sub ejus nepote Joanne & Beatrice uxore in Parœciam excrevit; alteram modò ab Hugone derivamus, cujus neptis nubet Gossuino vel Gouvino de *Baillœul*, *Gauchin* vulgo dicto, juxtà Pernense Oppidulum, qui per uxorem, parentis & Ocochiani Pagi hęredem, etiam Sancti Martini pagum adiit: nam tradunt ejusdem familiæ monumenta filium ejus Carolum Gossuinum anno 1460. hoc Castrum, forte per bellorum injurias subrutum instaurasse & cum illud ipse cum posteris incoleret, modò dicebantur Domini de *Baillœul S. Martin*, modò de *Baillœul Gauchin*. Hactenùs ab argumento nonnihil digressi, ad institutum redeamus.

Anno 1295. grandis movetur disceptatio inter Flandrensem & Artesiensem Comites, Roberto Artesię Comite non justam atque integram sibi esse Artesiani territorii portionem quærente: diutiùs quam uterque pateretur, apud Senatum Parisiensem ventilata quęstio, ut satiùs duxerint ad arbitros se referre, qui Roberti nomine constituti, Hugo de Castillione Blesensis, & Guido Comes Sancti Pauli, amicissimi illi fratres supra memorati; ex parte Guidonis Flandri Robertus Bethuniensis Niverni Comes & Guillelmus Teneramundæ Toparcha, qui suos cuique limites pręfinierunt eâ æquitate, quæ à sinceris admodùm mentibus posset desiderari.

Eodem Ævo Guido noster Pari judicio conciliavit dissidium ratione ditionis de *Bohain* motum inter Joannem Britanniæ Ducem Socerum suum ex unâ parte, & Hugonem Blesiæ Comitem fratrem ex aliâ: dein ubi advertit Rex Philippus nullum Guidone magis maximis negotiis gerendis aptiorem, Buticularium Regię mensæ à paucis creatum, testamenti pariter Regii executorem constituit cum Mathæo de *Trie* Domartinensi & Guillelmo *Crespy* Sancti Quintini præfecto &c. sed insuper in Guidonem transtulit custodiam, dominium ac protectionem quę à majoribus suis eo usque suscepta fuerat in Blangiaci Asceterium; datæ sunt tabulæ ejusdem anni 1296. sed adeo Guidoni honorificæ ut ipsas hic fas sit exscribere.

„Philippus Dei gratia Francorum Rex notum facimus „&c. Quod nos grandis affectionis integritatem expertam „& probatam fidelitatem, gratum & continuum servi„tium, quæ nobis in magnis & arduis quantamcumque „habeant oneris & ponderis gravitatem dilectus & fide„lis noster Guido de Castillione Comes Sancti Pauli „Buticularius Franciæ circumspicitur impendisse; & spe„ratur in posterum operum exhibitione non mediocriter „impensurus nec non ipsius & progenitorum suorum „pronam devotionem, quam ad nos Regnumque nostrum „& Ecclesias ejusdem incessanter ostendit, diligentius „attendentes, non indignum judicamus, ut præfatum „Comitem gratiis & honoribus attollamus; hinc est quod „Abbas & Conventus Monasterii de *Blangiaco* in Evesio „(leg. Ternesio) Ordinis Sancti Benedicti Morinensis „Diœcesis sint & esse debeant tam in capite quam in „membris, infra fines Comitatus Sancti Pauli consisten„tibus in Ressorto & gardâ nostrâ, &c. Nos obtentu „& consideratione tam grati, quam placidi, tamque „probati servitii utilis & devoti nobis per dictum Comi„tem impensi, dictam gardam, & immediatum Ressor„tum, &c. Quam & quod in prædictis Religiosis, tam „in capite quam in membris & eorum bonis mobilibus „& immobilibus, possumus & debemus habere, habui-

„ mus & usi fuimus ex-quacumque causâ seu titulo, ra-
„ tione gardæ & ressorti hujusmodi cum emolumentis,
„ redditibus, obventionibus, debitis usagiis & deveriis
„ quibuscumque, quæ nobis competebant seu competere
„ poterant, ratione, occasione, & jure gardiæ & ressorti
„ prædicti; donamus & concedimus memorato Comiti
„ suisque hæredibus & successoribus habenda tenenda &
„ possidenda ab ipsis in perpetuum pacificè & quiete
„ Omne jus, utilitatem, dominium & jurisdictionem, quę
„ & quas in præmissis & eorum quolibet, habuimus &
„ usi fuimus seu possumus & debemus habere, in præ-
„ dictum Comitem & ejus hæredes & successores, ex
„ tunc totaliter & completè ex certâ scientiâ transferen-
„ tes, in quibus nihil, nisi tantummodo jus ressorti
„ propter ipsum Comitem penitus retinemus, &c. Actum
„ & Parisiis anno Domini MCCXCV. Mense Novemb. (*a*)

Anno sequenti Comes noster confirmat jus Monasterii Fiscannensis in Abbatiam S. Berthæ de *Blangiaco* hoc Diplomate. Noverint quod ego Hugo (alias Guido) Co-
„ mes S. Pauli concedo Deo & Ecclesiæ S. Trinitatis
„ Fiscannensis donationem Abbatiæ S. Berthę de Blangia-
„ co super institutione Abbatis, quam prædecessores mei
„ prædictæ Ecclesiæ Fiscannensi in perpetuum possidendam
„ contulerunt, tali quidem conditione, quod si Abbas S.
„ Berthæ decesserit, vel quoquo modo baculum resignave-
„ rit Pastoralem, Monachi S. Berthæ de Blangiaco absque
„ dilatione, & omni alio impedimento, unum de Mo-
„ nachis Fiscannensibus professum in Capitulo Fiscannensi
„ eligent in Abbatem, & ipsum electum cum honore
„ & reverentiâ, ad Abbatiam suam secum adducent; &
„ quoniam hoc ratum esse volui & inconcussum; Sigilli
„ mei munimine volui confirmari. Hoc Actum est anno
„ Domini M. CCXCVII. testibus Roberto Abbate S. Berthę,
„ Petro de fontibus, &c. P. Martene.

Ipsomet anno audiens Philippus Rex Guidonem Flandriæ Comitem Fœdus cum Anglo Rege sibi prorsus ad-

(*a*) *Duchêne in prob. pag.* 160.

versante, icere, fidissimos sibi quosque convocat, quos inter primas tenebat Guido noster; unde Comitatus est Philippum in Flandriam ad Insularum obsidionem, quibus obsessis, hostes ibi fugavit, Robertus vero Artesiensis aliis cum ducibus & copiis pergit ad Regem, cujus in adventu. Bethunienses omnium primi deditionem fecerunt, Philippo Roberti filio se tradentes: Bethunia deditâ, Robertus, assumpto secum Philippo Filio Fratribusque Guidone ac Jacobo Sanctpaulanis, Otelino Burgundiæ Comite genero suo & aliis Casletum, Bergas, Burburgum intercipit, sicut & Watanas. His mirè lætus Philippus Rex cœpit Insulas cingere obsidio, quę se postmodum subjecere Principi quarum exemplum secuti Neoportenses, Diximudani, Duacenses, atque Curtracenses, &c.

Ad finem ejusdem anni induciæ Biennales Tornaci instituuntur inter Galliæ & Flandriæ principes, agentibus Guidone Sanctpaulino, Roberto Burgundico, Joanne Britannico, Rodulpho de *Nesles* Connestabili, Petro *Flote* Cancellario, aliisque prelatis, qui omnes eâ de causâ in Abbatiam S. Martini convenere.

„In Galliis hoc anno 1299. libertas Ecclesiastica non „nihil violata est. Guido Castillioneus Comes S. Pauli „Monasterii S. Berthæ apud Blangiacum Morinensis Diœ„cesis Ordinis S. Benedicti possessionem ac Dominium „sibi præpostere usurpabat. Administri quoque fisci Regii „bona Remensis Ecclesiæ sub prætextu regalium, in fis„cum Regium trahebant, atque intolerandis exactionibus „opprimebant: admonuit Philippum Regem Bonifacius „Pontifex ut & Guidonis rapacitatem cohiberet, & bona „Remensi Ecclesiæ ablata Roberto Cortiniaco recens „Electo Archiepisco restituenda curaret, quod si contem„neret, utique sciret, promptum sibi & Sedi Apostolicę esse „omnem inobedientiam virgulâ Ecclesiasticâ castigare,&c.

Ita *Brovius* ex *Blondo* ad hunc annum: at *Blondus* ille Ultramontanus nostro imponit Guidoni, siquidem ipsi legitimum Asceterii Blangiacensis Dominium fuerat prius

concessum à Rege Philippo Pulchro, ut Liquet ex ejus Diplomate dato Parisiis, & relato ad annum 1295. (*a*)

Porro *Blondus* neque satis diligenter quæ scripsit, examinavit, non quam vera, sed quam multa scriberet, curam habuit, ait *Joannes Gobellinus*.

Anno 1299. Rex Philippus Fœdus aliud inire cupiens in perpetuum cum Cæsare Alberto Austriaco, Argentinam delegavit Guidonem, qui unâ cum Bucardo Cæsaris avunculo lagato, jurejurando veram & fidelem inter Principes suos concordiam firmaverunt, uti ex litteris constat, datis nonis Septemb. redux Guido conjuravit in Regiâ Joannę uxoris Philippi gubernacula cum Roberto Artesiensi Duci Burgundiæ Comite Boloniæ & Hugone Blesensi fratre, casu quo vidua remaneret.

Philippus verò Rex Guidonis nostri Jacobi fratris & Radulphi de *Nesles* interventu interceptas in Morino Flandriâ Civitates non solùm continebat in officio, sed etiam novis beneficiis magis devinciebat sibi, earum Primores ad se evocando & quidquid ad Reipublicæ bonum faceret, concedendo; undè Rex ubi cum Reginâ uxore maximam Flandriæ partem peragravit, inito Ordinum congressu concessuque binos Jacobos proponit, Boloniensem, ad quem omnes Ecclesiasticæ causæ referantur: Sanctpaulinum, qui Regis nomine toti præsit Provinciæ, ad quem confugiant Civitates omnes, penes quem sit jus omne civile & bellicum. Ecce, inquit, *P. Malbranq* quanta honorum congeries in minimum natu Sanctpaulanorum, nec propterea vel minimò invidiæ fomite ustulantur fratres Hugo Blesensis & Guido Sancti Pauli Comites, imò plus satis gaudent sibi tribui dùm sentiunt tres Reginæ Avunculos totâ Galliâ summis honoribus velificari & in amore esse, & in oculis maximorum. (*b*)

Anno 1300. accipit Guido à Rege jussum & curam, tributum quingentarum librarum Paris. annuatim per Comitatum Flandrensem describendi, quam pecuniæ summam

(*a*) *Vide Duchéne in prob. p.* 161.
(*b*) *Vide lib.* 11. *de Morinis cap.* 2.

voluit Rex donari Hugoni de *Bouville* Dom. de *Milly* in Vadicassi in ejus obsequiorum recognitionem.

Anno sequenti Guido Avernus Sacerdotalibus & Episcopalibus sacris initiatus, Tornacum magnifico ingreditur apparatu, Maii 24. ejus stipulantibus latera Roberto Artesiæ & Guidone Sancti Pauli Toparchis: apparatum adungebat Jacobus Sanctpaulanus Flandrię Rector, frequenti Comitatus milite & nobilitatis Flandricæ contubernio, uti Robertus Prælati Parens Bolonico: indè denuò delegatur Guido Regio jussu ad novas legatis Anglorum Regis Eduardi inducias componendas 26. Januarii: in *Asnieres*.

Attamen ista nec obstitit compositio, quominùs Rex Philippus anno 1302. Flandriam ingenti cum exercitu, cui Guido noster pręerat, repeteret, at exitu planè infœlici, etenim ab Roberto Artesiensi signis canentibus indictâ pugnâ, Equites Franci majori furore quam ordine ad Flandros peditatum pręter volantes, bellum improvide ordiuntur, quasi solo incursu constaret victoria, quæ tandem cessit Flandrensibus superatus est, ait *S. Antoninus*, exercitus Francorum à Flandrensibus, textoribus pannorum, macellariis & aliis artificibus inexpertis in militiâ & quasi inermibus; & ita exterminatur ut sex millibus Equitum occisis & peditibus sine numero interfectis cum Roberto Artesiensi, Jacobo Sanctpaulano & multis Comitibus, Ducibus, Baronibus, pauci evaserint, sicque humiliati sunt, ut discerent, quia non in multitudine populi victoria belli, sed à Domino: nec remansit villula, vel oppidum in totâ Flandriâ, quod in deditionem non acceperit Dom. Guido Flandriæ Princeps. Ita ille.

Porrò de universo actum erat exercitu, nisi Guido noster Comes secum è tanto discrimine suos consanguineos Ludovicum Roberti Artesiani filium, Robertum Boloniæ Comitem, Reginaldum Domartinensem, Robertum Claromontanum, viginti deniquè hominum millia traxisset; undè hoc unum solatio Regi fuit Magnates illos, sed maximè Guidonem Sancti Pauli Comitem Jacobi fratrem

infaustam adeò belli aleam exiisse, qui ab Roberto Artesiano fratre cæso secundus esset Regii exercitus ductor, tanquam is, qui post Biennium in Papulano Monte (vulgò, *Mons en Puelle*) victoria refertur accepta, nec non Philippi Regis maximè periclitantis ex hostium manibus ereptio, ut tradunt *Oudeghest* & Guillelmus de *Nangis* coævus &c.

Per id tempus Guido noster jam Testamenti Regii executor, ut dictum, institutus, ita pariter constituitur Reginæ Joannæ voluntatis postremæ exequendæ procurator cum Joanne Drocensi Comite ac Beraldo Dom. de *Merceuil* &c.

Anno 1306. Regis jussu adfuit Guido concessui in Sacrario Rothomagensi congregato cum Archipresule Narbonensi Enguerrano de *Marigni*, & aliis Dynastis & sequenti anno se vadem constituit in gratiam neptis suæ Macthildis Artesiæ ac Burgundiæ pro dote, quam spoponderat filiæ Blanchæ, cum eam desponsarat Principi Carolo Regis nato &c. per idem ævum imponitur Guidoni curatoris onus prolium fratris Hugonis Blesiæ Comitis jam defuncti.

Anno eodem aut sequenti Sancti Pauli Comes Guido Robertum Fiscanensem Abbatem rogat ut aliquos Blangiacenses Monachos recipiat, & quosdam ex suis Blangiacum, quorum exemplo alii erudiantur, mittat, ut videre est in Anect. Dom. *Martenne*.

Anno 1308. interest Guido nuptiarum solemniis Isabellæ de *France* & Eduardi II. filii Eduardi I. Anglorum Regis, quæ Boloniæ Morinorum pompâ & apparatu magnificentissimo celebratæ sunt, etenim ibidem affuere IV. Reges, III. Reginæ, multitudoque magna Principum, Ducum, Comitum quâ Galliæ, quâ Angliæ, Germaniæ aliarumque Provinciarum. Undè ad Regem ipsum Eduardum Philippi Galliæ Regis rescriptum tale est.

„ *Philippe par la grace de Dieu Roy de France, a haut „ & puissant Prince nostre tres chier, amé & feal fil Eduart, „ par cete mesme grace Roy d'Engleterre, salut & ovesques „ bonne amour, accroissement de touz biens & honneurs.*

„ *Tres chier filz nous envoions vers vous nostre tres*

„ *chier frere Charle Conte de Valoys , & nos amez &*
„ *fealz , Guy Conte de Saint Pol , & Angarran de Marregny , noſtre Chevalier & Chamberlain , pour votre*
„ *Couronnement , & de noſtre tres chiere & amez fille*
„ *Yſabel Royne d'Engleterre voſtre famme.*

„ *Aux qui eux nous avons chargiée & ouvertée toute*
„ *noſtre entention d'aucunes choſes qui grandement touchent*
„ *noſtre honneur & le voſtre ; ſi comme il vous diront de*
„ *par nous plus plainement de Bouche.*

„ *Si vous prions que en icelles choſes vous leur ajouté*
„ *foi , & que pour voſtre honneur vous metté les beſoignes*
„ *a effet.*

„ *Doun a Neuf Marcie, le Vendredy aprés la Chanderleur.*

„ *Dors : a haut & puiſſant Prince noſtre tres chier, ame*
„ *& feal fil Eduart par la Grace de Dieu , Roy d'Engle-*
„ *terre , &c.* (*a*)

Poſt Biennium Philippus Rex eund prçfecit Guidonem, ut ejus interventu Neptis ſuæ nuptias cum Filio Joannis Delphini Viennenſis promoveret, quod & honorifice perfecit anno 1310. ſubſecuto autem, Rex alterum apud Melodunum condens Teſtamentum , iterato Comitem noſtrum voluit ejuſdem exequendi adminiſtrum unâ cum Enguerrano de *Marigny* ſummo ſui cubiculi præfecto , Antiſtite Pariſienſi & Abbatibus S. Dioniſii , &c.

Præterea Comes S. Pauli aliis in caſibus obſequia momenti haud minoris Regiæ præſtitit Majeſtati : ſiquidem anno 1312 hæc ei traditur Provincia , quatenus Regis nomine cum Carolo de Valeſio litem inter Joannem III. Britannię Ducem & Socrum ſuam Jolendem Drocenſem motam ratione octo mille Librarum , quas hęc vidua tam pro ſe quam pro Liberis exigebat, ad concordiam adduceret.

Anno 1314. Guido præficitur ſecundæ peditum aciei in Flandriam tranſmiſſæ contra , Robertum Comitem ; licet autem ibidem nihil molitus Guido ſuum relegerit iter , attamen in ſolum Enguerranum de *Marigni* ingruunt ſcriptores ſyncroni , quare Philippo Rege extincto , Conſilio

(*a*) *Georgius Holmes coll. rerum Angl.*

Belgarum Francicorum ac præſertim Guidonis noſtri in cuſtodiam contruditur is Enguerranus, cujus causâ ſubindè diſcuſsâ, damnatus eſt, & patibulo quod ipſemet erigi curaverat ad Montem Falconis juxta Pariſios adactus eſt. (*a*)

Ab illo tempore Rex Navarrę ſub Ludovici X. dicti *Hautain* Diademate redimitus Guidoni Buticulario ſuo mercedem pro meritis ac obſequiis Parenti ac Regno præſtitis, rependere percupiens civitatem Dublendinam cum ſuâ Caſtellianiâ, tam in præpoſitatu, quam Vice-Comitatu, Dominio, juſtitiâ, Fœdis, &c. Ei ac Succeſſoribus in perpetuum dono tranſcripſit; ſalvâ lege clientari; additis bis mille Libris annuatim, à Regio Quæſtore, accipiendis. Inſuper Guidoni Regni negotia vel potiora credidit, quod primùm patuit in ſolemni illo judicio contra Robertum Flandriæ Comitem dato anno 1315. Ubi cum Magnatibus delectus eſt, ut Paribus Franciæ abſentibus ſufficeretur. Anno item ſequenti Teſtamentum ſcribens Ludovicus Rex, ejus exequendi curatores nominavit Guidonem S. Pauli Comitem & Galcherum Caſtellonium Franciæ conneſtabilem. (*b*)

Per hæc tempora Guido noſter jure ac Privilegio Monetam cudendi in uſum ſui S. Pauli Comitatus, gaudebat, uti liquet his tabulis patentibus, ac viſis ſub ſigillo præfecturæ Pariſienſis per Dom. Firminum *Coquerel* Cerarii Regii præfectum, &c.

Nous Gui de Chaſtillion Comte de S. Pol & Boutillier de France, faiſons à ſçavoir a tous, que nous avons baillé a Jehanin Tadin de Luques, noſtre monnoye de S. Pol a fere & ouvrer par toute noſtre Conté de S. Pol, l'a ou il l'y plaira. Et y promettons bailler & a delivrer Maiſons convenables pour fere ladite Monnoye. Et doit faire noſtre dite Monnoye, c'eſt aſſavoir les deniers a 3 deniers & dix huit grains de loy argent le Roy, & de dix ſept ſols de poids au marc le Roy. Et doit en oſter le denier qui point avant. Et les deniers ſeront taillez a douze ſors,

(*a*) *Annales Gall.*
(*b*) *Duchéne.*

& a douze fœbles : c'eſt a ſçavoir les fors a quatorze ſols ſix deniers & les fœbles a dix neuf ſols ſix deniers. Et doit ſere les mailles de dous deniers maille de loy argent le Roy & de ſeize ſoubs trois deniers de pois au marc le Roy. C'eſt a ſçavoir deux mailles pour un denier & doit ſere moitié deniers & moitié mailles. C'eſt a ſçavoir cent livres de deniers & deux cent livres de mailles. Et doit ſon terme durer du jourduy juſques a la Nativité S. Jean Baptiſte prochainement avenir, &c. (a)

En teſmoin de laquel choſe, nous avons mis noſtre Seel a cette preſente Lettre, qui fut faite l'an de grace mil trois cens & ſis, le vendredy devant la Feſte de Saint Vincent.

(*a*) *In hiſt. Caſtill. prob. pag.* 162.



FIGURA
MONETÆ
COMITATUS
Sti PAULI.



NUmmorum autem ac Ærarum ſignatorum facies una Crucem 4. Liliis in quolibet Angulo atque hac Epigraphe Gothice exarata GUIDO COMES circumdatam exhibebat ; altera aureum Avenæ mergitem, qui eſt veterum Comitum parma gentilitia, cum hac Inſcriptione circulari eodem modo exarata MONETA S. PAULI præferebat, pro ut ſuſpicienti patet.

Ludovicum Hautinum excepit Frater Philippus V. dictus *le Long*, qui ſtatim atque Regni gubernacula ſuſcepit, voluit Guidonem inter primates locum tenere uti videre eſt in Edicto apud S. Germanum in *Laie* dato anno 1316.

tum enim immediate post Principes Liliatos gradum obtinet primarium... Illi vero Sanctioris Consilii primores hoc describuntur Ordine à Dom. *du Tillet* Parlamenti scribâ.

Monseigneur DE VALOIS.
Monseigneur D'EVREUX.
Monseigneur DE LA MARCHE.
Monseigneur LOUYS DE CLERMONT.
Monseigneur JEAN DE CLERMONT.
Monseigneur ROBERT D'ARTOIS.
Le Comte de S. PAUL.
Le Comte de SAVOYE.
Le Dauphin de VIENNE.
Le Comte de BOULOGNE.
Le Comte de FOREST, &c.

Adnotat Dom. *Duchéne* Comitis nostri Familiam variis constitisse ministris, sicut decebat Galliç Buticularium, quorum duo comperiuntur ante Herum suum defuncti & humati in Templo S. Joannis Lateranensis Parisiis: primi nomen, Guillelmus *Baudoux* ejus Cappellanus, qui obiit anno 1298. Alterius, Radulphus Ambianensis ejus à secretis anno 1300. mortuus, &c.

Tandem ad tantç gloriç apicem evectus licet Comes Guido, mortis legibus cedere necesse habuit, unde è vitâ excessit 6. Aprilis anni 1317. Magno sui per totam Galliam desiderio relicto. Delatum est corpus in communem majorum sepulturam; ad Abbatiam nempe Caricampensem (cujus fuerat admodum munificus) humandum in S. Firmini Sacrario, sub magnifico Mausolæo marmoreo, quod visitur, (ait *Locrius* ad annum 1613.) ad quintum quasi pedem à terrâ exsurgens binâque Comitis & sponsæ statuâ eminens, quibus hæc subjiciuntur Epitaphia.

Cy gist noble Prince & tres puissant Seigneur Monseigneur Guy de Chastillion jadis Comte de S. Paul, qui trépassa l'an de grace MCCCXVII. *le* VI. *d'Avril.*

Cy gist noble & tres puissante Dame Madame Marie de Britaigne jadis Comtesse de S. Paul, qui trepassa l'an MCCCXXXIX. *le* V. *de May.*

Animadvertit *Locrius* utrumque Comitem in Caricampo quotidianum ſacrum in perpetuum ad Altare S. Firmini exolvendum fundaſſe, aſſignatâ aſcetis in retributionem certâ meri menſurâ, unius ſcilicet poculi (vulgo *Lot*) pro vicibus ſingulis.

BROSAPIA.

GUIDONIS ET MARIÆ BRITANNICÆ.

1. Joannes de Caſtillione Comes Sancti Pauli Dominus de *Bohain*, de *Dourlens*, *Luceu*, &c.
2. Jacobus à Sancto Paulo Dom. d'*Encre* qui unicam reliquit prolem Iſabellam conſanguineo ſuo Radulpho de *Coucy* deſponſatam.
3. Matildis de Sancto Paulo nupta anno 1308. Carolo de *France* Comiti de Valeſio, Alenconio, Carnuto, Andio, Philippi *le Bel* Galliæ Regis Fratri, qui obiit 1325. eorum extat nobiliſſimum Stemma in *Duchene* pag. 281. & in prob. 163. legeſis.

Matildis vero Epitaphium tale cernebatur in templo FF. Cordigerorum Pariſienſium priuſquam arſerit.

Cy gist Madame Mahaut fille du Comte de S. Paul feme de Monsieur Charles filz du Roy de France Comte de Valois, d'Alencon, de Chartres & d'Anjou, laquelle trepassa l'an 1358. *le* 3. *jour d'Octobre.*

Oſtendit Dom. *Duchene* Carolum & Matildem ad 3. aut 4. gradum fuiſſe conſanguineos, & ideo ad nuptias Pontificia acceſſit diſpenſatio; hinc planum ſit Matildem à Liliatis originem traxiſſe.

4. Maria de Caſtillione dicta de S. Paulo nupta Aimaro de Valentiâ Comiti de *Pembroc* Scotiæ pro-Regi, qui oriundus à celebratiſſimâ ſtirpe de *Lusignan*. De illâ ſic habet Polydorus *Virgilius* ad annum 1376.

„ Maria, quæ erat è S. Paulo Belgicæ Galliæ Oppido ad
„ fines Attrebatum ſito, fœmina nobilis, Pia, Sancta, ut
„ ſuo beneficio juventutem Anglorum excitaret ad ſtudia
„ litterarum, quarum auxilio intelligebat rem Chriſtianam
„ ſumme adjuvari, collocavit Collegium eorum adoleſcen-
„ tium, qui ad Doctrinas percipiendas ingenium aptum
„ haberent Cantabrigiæ in ædibus, quas ad id ipſa extru-
„ xerat. Illud autem nunc vocitatur BEMBRUCHENSIS AULA,
„ vere morum, modeſtiæ, Doctrinæ Magiſtra, &c.

5. Beatrix de S. Paulo Maritata Joanni de Flandriâ Dom. de *Neſle*, de *Tenremonde* Caſtellano Cameracenſi.

6. Iſabellis de Caſtellione ſeu de S. Paulo, deſponſata Guillelmo de *Coucy*, *Oiſy* & *Monmirel* Filio Enguerrani de *Guiſnes* dict. de *Coucy*, &c.

7. Leonordis de Caſt. al. de S. Paulo, nupſit Joanni *Mallet* Dom. de *Graville*, de *Sees*, de *Bernay*, &c. à priſcis Alenconiorum Comitibus oriundo.

8. Joanna de Caſt. ſeu de S. Paulo, ſexta & poſtrema Guidonis filia, in uxorem data Equiti *Miles* de *Noyers*, Dom. de Maiſy Provinciæ & Juriſdictionis Arteſianæ Rectori pro Rege Philippo de Valeſio : Joannæ acceſſerunt in dotem Caſtellaniæ, prædia & ditiones de *Frevenq*, *Bourech*, *Rebreuve*, *Sebiville*. *Sericourt*, *Merlin*, *Gouy*, *Magnicourt*, *Azonval*, *Bethonval*, *Erigny*, & alia.

Hic notandum juvat quod *Miles* iſte de *Noyers* totius Arteſiæ Comitatus præfectus, antequam duxiſſet Joannam noſtram, delectus eſt judex arbitrarius contentionum & jurgiorum Bolonienſem inter & Sanctpaulanum Comites, ratione quarumdam & multarum perquiſitarum per Seneſcallum Bolonienſem contra S. Pauli Comitem ejuſque homines, quorum cauſam ita compoſuit dictus *Miles*.

Sur les debats & diſcors meus entre nobles Princes & puiſſans M. le Comte de Boulogne ou ſes gens d'une part, & Monſieur le Comte de S. Pol, ou ſes gens d'autres touchant pluſieurs deſobeiſſances, injures & amendes pourſui-

vies par le Senechal de Boulogne contre le Comte S. Pol & ses gens : Monsieur Guilliame Mottier Tresorier du Comte de Boulogne, Pierre de la Marliere Senechal de Boulogne & M. Mathieu Gande (al. Gaude) Conseillier dudit Comte pour & au nom de lui d'une part & noble Chevalier M. Jean d'Araines Chevalier Seigneur de Hachicourt & Garde de la Comté de S. Pol, Thomas de Provins Bailly de S. Pol & Butot Rumet Bailly de Lesboure (forte *Lisbourg*) *au nom dudit Comte de S. Pol se soubmirent de tout au jugement de Miles de Noyers Sires de Maisy Chevaliers Gouverneur de la Comté d'Artois & du Ressort d'icelle de part le Roy. Lequel prononca & ordona de l'accord desd. Parties, en presence de Jakamon de Camiot & Bauduin du Biez Escuiers homes du Chasteau de Hesdin, que pour les cas dessusd. led. Comte de S. Pol & les gens sont & demeurent quittes & absouz entierement de toutes les amendes, injures & desobéissances dessusd. &c. le mardy 7. jour d'Aoust l'an* 1330.

Anno 1330. Joanna Udonis sive Odonis aut Othonis, Burgundiæ Ducis uxor, post Joannæ Reginę matris obitum, qui hoc anno, ut dixi, contigit, Comitatus Artesiæ & Burgundiæ capescit; exceptis Bapalmis cum aliis paucis, quæ Margaretæ: Ariâ, & arce Tournehemensi, quæ Isabellæ sororibus in quotam hæreditariam concessæ sunt *Bersacius J. Daussajus. &c.*

Hoc ipso anno, quum Principes nostri in Burgundis quam Artesiis frequentiùs versarentur, per Præfectos demùm res Attrebatium regi & dirigi cœperunt: Eorum quos reperire potui, catalogum hic subtexam, gratum bene sperans meo lectori futurum.

SERIES.

PRÆFECTORUM ARTESIÆ.

1. Hugo de *Carobœuf* Cabillonensium in Burgundiâ Episcopus, Artesianæ Provinciæ ab Principibus Præfectus,

Sacramentum hoc anno 1330. dixit, menſe Maio.

2. Robertus de *Ligny* anno 1346.

3. Joannes de *Daillon*, Ludii Regulus, Ludovico XI. Regi à cubiculis, Delphinii (gal. *Dauphiné*) antea gubernator.

4. Antonius de *Crevecœur* juravit 8. Julii anno 1477.

5. N. de *Crevecœur*: & hic 12. Mai anno 1484.

6. Philippus Burgundus Dominus *de Beuvres:* anno 1493.

7. N. de *Fiennes*, qui etiam Flandriæ præfuit anno 1506.

8. Hadrianus de *Croy* Reuxii Comes: anno 1526.

9. Pontus de *Lalain* Bignicurii Regulus.

10. Amorallus Egmundę Comes.

11. Ferdinandus Lannoyus Comes *de la Roche* ſive à Rupe aut Rupenſis.

12. Robertus Melodunæus, Roubay Marchio. Obiit 22. Aprilis, anno 1585. in obſidione Antuerpienſi.

13. Marcus de *Rié* Warembonii Marchio.

14. Florentius, Barlaymontii atque Lalanii Comes hodiè Lutcemburgii Præfectus.


15. Fredericus, Comes Vandembergius.

16. Amorallus, Lignii (gal. de *Ligne*) Princeps, qui anno 1610. menſe Junio feriis SS. Petro & Paulo ſacris Attrebatum ſolemniter ingreſſus eſt.

NOTA.

Margotta de *Rely* unâ cum ſponſo ſuo Balduino de Souaſſre dicto Momeaux Dom. de Meſnil condiderunt Capellam du Meſnil juxta Fanum Sancti Pauli in Arteſiâ circà annum 1312. Dominante Comite noſtro. *J. Carpentier in Camer.*

JOANNES



JOANNES DE CASTILLIONE,

COMES SANCTI PAULI XXII.

DOMINUS DE *LUCEU*, *DOURLENS*, *BOHAIN*, &c.

JOannes ab obitu genitoris ad annum 1329 quo uxorem suscepit, vitam videtur cum Maria Matre duxisse communem, simulque S. Pauli ditionem rexisse; plerisque enim eo temporis decursu in tabulis conveniunt & parens & natus: primò quidem ut fructuosior foret eorum Arx de *Frevench*, prata nonnulla ab indigenis ejusdem Oppidi sibi coëmere uti patet ex illorum litteris quarum tale est exemplar.

Nous Mayeur & Echevin, toute la Communaulté de la Ville de Frevench & habitans a tous ceux qui ces presentes Lettres verront & orront salut. Comme nostre tres chers & amez Dame Madame Marie Comtesse de S. Pol & nos chers & amez Sires Jehan de Chastillion ses filz Contes de S. Pol eussent volenté d'achater les prez que nous avions entre Frevench & Ligni Seur Beauche (*leg. Canche*) *aboutans es prés la Dame de Rolepot, &c. pour la necessité de leur Chastel de Frevench lequel pré su prisé & avalué a dix neuf livres parisis chascun an, &c. ce fut fait l'an* 1317.

le Dimanche devant le jour S. Luc Evangeliste. (a)

Eodem anno Joannes ratas habet quadringentas lignorum fasces supremâ patris voluntate in usum Paulopolitarum Beguinarum legatas. Reor eas Nosocomii Sorores; vulgo *les Sœurs Grises.* (b)

Anno seq. Maria & Joannes Filius Comites S. Pauli notificant litteris patentibus se non intendere, ut in solutione debitorum Hugonis Comitis Blesensis, Guido eorum & nepos & germanus quidquam detrimenti patiatur &c. anno 1318.

Anno 1319 Prætor ac Senatus Tornacensis absolvunt Dom. Mariam Comitissam unàque Joannem S. Pauli Comitem à solutione summæ mille ducentarum librarum Turnensium, quam sibi debebat defunctus Dom. Guido de Castillione Comes S. Pauli. Datum Augusto, &c.

Anno 1320. Maria cum filio percupientes postremâ charissimi Sponsi Guidonis adimplere voluntatis placita, conferendi scilicet censum Ecclesiæ Montis S. Eligii in celebrationem sacri quotidiani de *Requiem*. Has Dom. Abbati ac Ascetis direxere Tabulas publicas.

A tous ceulx qui ces presentes Lettres verront ou orront, Marie Contesse de S. Pol, & Jehans de Chastillion Cuens de S. Pol ses filz salut. Comme tres haut & tres nobles de bonne memoire Messire Gui de Chastillion Cuens de S. Pol & Boutilliers de Franche Maris a moi Marie dessusdites & Peres a moi Jehan de Chastillion Cuens de S. Pol dessusdit, eust donné & laissé en son Testament a Religieux & honnestes l'Abbé & le Convent du Mont S. Eloy douze livres de rente par an perdurablement, pour fere chanter en ladite Eglise chacun jour une Messe de Requiem pour les ames de nous deux & tant comme jou Marie Viveroie, pour chanter une Messe du S. Esprit pour moy.

Nous qui avons en tout prins ferme volonté & en ce sommes perseverans de mestre a fin deuë son bon propos, & especialement le Testament de sa derniere volunté, avons requis

(a) Duchene. (b) Invent. Cart.

ès Religieux dessusdites qu'ils voulyssent mestre ledit don & octroyance a execution en tant quil povet a eulx toucher, &c.

Ascetis respondentibus se nimium fatigari similibus oneribus eorumque excusatione acceptatâ, Comitissa Maria cum filio Parochiam ex illo censu condiderunt in Villâ d'*Antin* patronatu Abbatiæ Montis S. Eligii, ad honorem B. Mariæ Virginis, B. Joannis Evangelistæ, & B. Bartholomæi Ap. quam fundationem probavere Enguerrannus Episcopus Teröannensis Joannis nostri Consanguineus, & Bernardus Abbas Montis ejusdem S. Eligii anno 1320. M. Decemb.

Anno 1322 Interpositum est compromissum super disceptationem motam Angliæ Regem inter & Mariam ac Joannem filium S. Pauli Comites, ratione jurisdictionis Vicorum de *Mellimont*, *Berk*, *Vuaben*, *Verton* & aliorum Feudorum, ut amice fiat compositio per Arbitros Dom. Guillelmum de *Mentenay* Equitem & Nicolaum de *Gaztoy* Clericum à parte Regis;& Guillelmum de *Moy* Equitem & Dom.Hugonem *Paliart* Clericum in lege professorem & Teröannensem Canonicum ex parte Comitum &c.M.Maio,&c.

Anno 1324 Mathæus *Gaude* Dominus de S. *Ellier*, *la Planche*, *Cauroye* Regii Consilii Senator, Prætor & Major Abbavillensis civitatis, &c. Senescalliæ S. Pauli dignitate donatur à Dynastâ nostro Joanne ut constat *ex historiâ Abbavillæ*. pag. 277.

Anno 1326 fundat Joannes noster Capellaniam in honorem B. Mariæ, mediâ viâ Paulopolim inter & Vicum de *Verloing* Diœcesis Morinensis, quamque dotat 21. libris annuatim à proventibus Sanctpaulanę præfecturæ accipiendis ut exhibet hoc Apographum.

Au Nom du Pere & du Fils & du S. Esprit Jean de Chastillion Comte de S. Paul à tous qui ces presentes Lettres verront ou oironts, salut en notre Seigneur. Sachent tous que nous considerant & regardant les grands biens, graces & honneurs que nous avons recus & recevons encor de jour en jour de Dieu le Pere tout puissant &c Avons volonté & devotion &c. donner de nos biens temporels pour Dieu &c. voulons & ordonnons qu'en une Chapelle dite

de Notre Dame seante entre notre Ville de S. Paul & Ville de Verloing de la Diocese de Theroenne soit fondée & donnée une Chappellenie au nom & en l'honneur de la glorieuse Vierge Marie, laquelle nous esperons etre notre Advecate & Aidresse envers son benoit Fils notre Seigneur Jesus-Christ qui pour notre Redemption beñignement son benoit Sang espandit, &c. Et sera ladite Chappellenie douéz de vingt & une livres parisis de rente annuelle & perpetuelle, de laquelle rente le Chappelain qui pour le tems sera, en aura vingt parisis chacun ans &c. pour dire & celebrer une Messe chacun jour de l'an. C'est a sçavoir chacun lundi une Messe de Requiem, & chacun autre jour de toutes les semaines une Messe telle qu'au jour appartiendra &c. Et les vingt sols de remanant ledit Chapelain aura pour trouver Clercq & pour servir & gouverner ladite Chappellenie de luminaire. Lesquels XXI livres de rentes nous voulons & ordonnons que le Chappelain prene & ait chacun an sur notre Pruvotéz de S. Paul a trois termes, au Noël, a Paques & a la S. Jean Baptiste, &c.

Nous Jean de Chastillion Comte de S. Paul avons fait mettre notre Seel a ces presentes lettres en témoingnage de verité & prions & reqnerons a R. Pere en Jesus-Christ notre cher & amé Cousin Engrand par la grace de Dieu Evesque de Theroenne qu'il lui plaise a faire & a instituer une Chappellenie perpetuelle en la Chapelle dessusdite & fonder icelle; sur les biens temporels dessusdits & comme d'Authorité Evesque souverain authoriser, confirmer & a toutes choses dessusdits mestre ses assentemens, icelle louër & approuver. Prions encor & requeront a homme sage & discret & a nos bons amez les Doyen & Chapistre de Theroenne que és choses dessusdites & a chacune par le tems, veuillent greer & assentir en tant que a eux peut toucher & appartenir, &c. Fut fait en l'an de grace de Notre Seigneur mille trois cens vingt six, le jour de S. Remy & Seelléez a double queuë de lacque de soie rouge, de cire verde, &c. (a)

(*a*) *Histoire de Chastillion.*

Utinam modò non concidiſſet tale Parthenon, aut ſaltem pietate novi Toparchæ aliquando reſurgat.

Annus 1328. in memoriam revocat aliud compromiſſum Comitem noſtrum inter & Abbatem Corbeienſem ſuper tributo ſolvendo quod vernacule vocatur, *le Travers de Vualoy*. Jus illud ſibi vindicabat Comes, ex adverſo Abbas aſtruebat ſuos ab hoc eximi onere: tandem voluit uterque litem amicabiliter terminari per arbitros ſcilicet Dom. *Hapart* de *Roion* Equitem Caſtellanum de *Lucheu* & *Anſaut Doiſemont* Baillivum Corbeienſem cum facultate tertium advocandi, qui erit Dom. *d'Aucinle*, ſi opus ſit.

Hoc item anno Joannes noſter tertium condit Sacrarium ex proventibus præfecturæ Oppidi ſui Pernenſis, cujus litteræ patentes hæc ſonant. *A tous chiaus qui ſe preſentes lettres verront ou orront, nous Jehans de Chaſtillion Conte de S. Pol ſalut & dilection, comme chacuns bons Cretiens ſe doibe eſjouir & labourer a eſſauchier noſtre Mere S. Egliſe, ſachent tous qu'en l'honneur de Dieu noſtre Pere & de benoite Vierge Marie, nous avons fondés, voulons fonder & fondons ſur les revenus de noſtre Prevoſté de Pernes une Chapelenie perpetuelle du nombre & de la valeur de quinze livres pariſis par an. Et amortiſſons leſdites quinze livres pariſis ſur ladite Prevoſté, a payer chaſcun an perpetuellement a trois termes au Chapelain qui ſera pour le tems, &c. Pour le proffit de l'ame de nous, de nos Predeceſſeurs, Succeſſeurs, & de nos freres & ſeures, &c. l'an* 1328. *& mois de Mars*... Ubi Oppidi ſita illa ædes, non tradit Dom. *Duchene*

Anno 1329. In jus vocatur Joannes contra conſanguineum Guidonem Bleſiæ Comitem, cujus tutelam rexerat Guido S. Pauli Comes ac ejus genitor, & tandem judicio decretum ex ultimâ Mai, quod Joannes teneretur ad medietatem debitorum, legatornm, funeraliumque impenſorum defuncti Hugonis Bleſiæ Comitis, Guidoniſque Parentis. Verum poſt Triennium amicabilis interceſſit compoſitio, quâ Joannes ſummam decem millium librarum

ad quam decisa est prædicta medietas, solvere spopondit: in quorum executionem addixit solutionem ex Proventibus Sylvarum & redditibus de *Lucheu* & de *Doulens*, &c. Insuper adstrinxit se ad liberandum eundem Blesię Comitem à 5 millibus libris turonensibus, quas suo testamento reliquerat ad iter terræ sanctæ aggrediendum, quasque etiam solvere affirmabat juxta formam ac modum præscriptum in dicto testamento.

Eodem anno Joannes ipsomet Rege suadente ad illius ævi morem sibi copulavit in uxorem Joannam de *Fiennes* filiam Joannis & Isabellis de Luxemburgo; Joanna vero originem duc.t ab illustri Fielnensium genere quorum majores Bolonicis Comitibus dicebantur consanguinei. Ut patet in Diplomate anni 1112. ubi Eustachius Boloniensis Comes, Conon de *Fiennes* propinquum agnoscit suum, hic autem Conon eodem Diplomate duos habet filios Eustachium & Rogerium de *Fiennes*, quibus ex aliâ cartâ anni 1140. Stephani Comitis Bolon. & Mortaniensis, tertius additur, Guillelmus nomine... ab uno ex istis tribus prodit Guillelmus de *Fiennes* quem Rainaldus Comes Domartinensis & Ida Comitissa Boloniensis ejus uxor dederunt Regi Philippo Augusto in vadem pro connubio Mactildis Boloniensis eorum filię, cum Philippo de *France* prędicti Regis nato, &c.

Guillelmus de *Fiennes* genuit Enguerrannum, Balduinum, & Michaelem ad quos ditio Fielnensis quæ in Bolonicam devenerat domum aut fœdere aut acquisitione aliâ, postliminio rediit post obitum Mactildis Comitissæ Bolon. Dom. de *Fiennes*, nec non Joannæ filiæ absque liberis defunctarum circa annum 1251. quin iidem etiam mobilium aliorumque ab eâdem Comitissâ Mactilde comparatorum dicti sunt hæredes.

Enguerrannus alio anni 1264 Diplomate titulum Domini de *Fiennes* induebat, ast Paulopost devixit, Guillelmo filio hærede relicto, cui Balduinus de *Fiennes* Patrius anno 1267 jus cessit acquisitum adversus Mathæum de *Trie* Domartinensem Comitem ratione dictorum partorum.

Guillelmus duxit Blancham Dom: de *Loupelande*, à quibus 1° Joannes qui sequitur. 2° Robertus Dom. de *Roubecq*, &c. 3° Isabellis nupta Guillelmo de Moritaniâ, Dom. de d'Ossemer, &c. 4°. Jolendis, &c.

Joannes de *Fiennes* & de *Tingry* duxit Isabellem de Flandriâ 7am Guidonis & Isabellis de Luxembourg 2dæ uxoris filiam. Genuit Joannes Robertum qui seq. & Joannam Sponsam nostri Comitis Joannis.

Robertus dictus *Moreau* Galliæ connestabilis binam duxit uxorem 1am Beatricem de *Gavre* Rossy & Alienordis de Falcomberga, &c. 2am Magaretam de *Melun* filiam Vicecomitis de *Melun*, &c. At uterque torus sterilis abiit. Quo factum est, ut ditiones ac prædia de *Fiennes Rumenghem* & *Tingry* obvenerint ac Valerandum de Luxemburgo S. Pauli Comitem Nepotem Joannis de Castillione Comitis etiam S. Pauli & Sponsæ Joannæ de *Fiennes* quæ erat Soror Roberti defuncti, nullâ prole relictâ.

Hanc necesse visum est continuare progeniem stirpis Fielnensis propter ejus cum nostris Castellonicis, Luxemburgicis & Melodunis, commixtionem, quæ ad institutum propius spectat.

Anno 1334. Joannes Comes noster dato XV. Aprilis Diplomate vult, laudat, concedit, approbat jura privilegia, indulta à majoribus S. Pauli Comitibus, in gratiam Consulum, Scabinorum, vel communitatis suę Paulopolis civitatis.

Plura de nostro Joanne recensentur à D. *Duchene* in Historiâ Castellionicâ, quę brevitatis ergo omittimus; illud tamen non est prætereundum quod Joannes à Rege Philippo de *Valois* delectus est, (sicut genitor à precedentibus) ad varia Regni negotia gerenda, in primis ærarium publicum ei creditur, propterea aliquando à Regiarum rationum agitatus est tribunis, qui plus æquo ab eo exigebant, dictitantes Regi multa debere; Joannes è contrà contendebat Regem sibi in diversis obligari; quocirca rebus omnibus utriusque partis maturius appensis, hæc intercessit pactio, quod utraque pars absoluta ma-

neret, quantum vero ad 2 millia librarum, quas Joannes à Thesauro Regio annuatim accipere solebat, visum est in patrimonium Regium ea remittere, salvis millibus, quæ Joanna ejus Soror & uxor. D. Equitis de *Maisy* (al. de *Noyers*) quotannis ad obitum recipiet &c. quæ omnia rata firmaque habuit Joanna de *Fiennes* Attrebati 8 Julii anni 1340. quo tempore inter Regni Primores sponsus Joannes Comes S. Pauli, pro Rege militabat adversus Angliæ Regem.

Tradit de *Ligne* Joannem S. Pauli Dynastam Cameraci Palatium sibi erexisse aut saltem instaurasse, ubi diu cum conjuge & aulicis suis consessisse. Consistebat adhuc anno 1442 & quidem tempore Henrici IV. Galliæ Regis, qui illud Roberto de *la Hamaide* Dom. *du Fay* vendidit, &c.

Porro inter instauratores Asceterii Canonicorum Regularium S. Augustini Ruissevillensis Morinensis Diœcesis Benesicus in paucis commendatur pacificus juxta ac pientissimus Comes noster Joannes, qui circa an. 1342. obiisse constat; siquidem ex actis curiæ, & tabulis Prioratus Lucoviensis anni 1344. certum est Joannem conjuge Orbam ad secundas convolasse nuptias, Joannis scilicet Domini de *Landas* & de *Beuvignies* qui causâ sponsæ Comitatus S. Pauli, Guidonisque Comitis minoritatis suę decursu, curam & tutelam habuit.


Joanna de *Fiennes* S. Pauli Comitissa relicta in dotem accepit ditiones ac prædia *Pernes*, *Sachin*, *Vaillimont* & alia cum annuo ducentarum librarum censu à Vicecomitatu Durlendino solvendarum juxta pactionem inter ipsam & Filium Guidonem S. Pauli Comitem. Actum 7. Junii anni 1353. & post Triennium Joannes de *Landas* prolis expers occubuit in Pictaviensi prælio, relictâ sorore Magaritâ de *Landas* in hæredium.

PROPAGO

JOANNIS DE CASTELLIONE ET JOANNÆ DE FIENNES.

1. Guido de Caſtillione IV. Nomine Comes S. Pauli, de quo jam.
2. Macthildis de Caſtellione Comitiſſa S. Pauli hæres ultima & unica Sanctpaulanæ Familię è radice Caſtellonicâ uti poſt Fratrem innoteſcet.

Armatur ut precedens cum Limbo



GUIDO DE CASTILLIONE

IV. NOMINE COMES S. PAULI XXIII. DOM. DE *BOHAIN*, DE *LUCEU*, DE *DOURLENS*

PROREX IN PARTIBUS PICARDIÆ, VERMANDUORUM, BELLOVACORUM, &c.

GUido Comes S. Pauli Joannis filius & hæres ſub Joannæ Matris & Joannis de *Landas* Soceri tutelâ, ut præfatum, permanſit ad annum 1351. quo Rex Joannes eum ſui fecit juris, his patentibus litteris.

„ Joannes Dei gratiâ Francorum Rex univerſis præſentes

„ inſpecturis, ſalutem. Dilectus & fidelis conſanguineus „ noſter Guido Comes Sancti Pauli ætatis quatuordecim „ annorum vel circà, & amici ejuſdem Carnales nobis hu- „ militer ſupplicarunt, quod cum ipſe Guido multum in- „ digeat, eique ſit utile & neceſſarium, ut Comitatus ſuus „ una cum aliis poſſeſſionibus per eum gubernentur Caſtraque „ & fortalitia ſua in fronteriis inimicorum noſtrorum ſi- „ tuata reparentur & muniantur pro defenſione Regni „ noſtri. Quæ dictus Comes facere & regere non poteſt, „ pro eo quod nondùm eſt in ætate legitimâ conſtitutus ſicut „ dicunt, quatenùs eidem Comiti de remedio gratiosè, „ provideremus & cum ipſo diſpenſare dignaremur. Nos „ conſideratis ſervitiis quæ nos & prędeceſſores noſtri à „ prædeceſſoribus dicti Comitis habuimus, & quæ ab ipſo „ ſperamus habere in futurum, eundem de noſtrâ ſpeciali „ gratiâ & autoritate Regiâ, à minori ætate relevantes, „ ipſum in ætate legitimâ decernimus & ordinamus per „ præſentes, & eidem concedimus. Ut ipſe tamquam le- „ gitimæ ætatis exiſtens, poſſit & valeat terras & poſ- „ ſeſſiones ſuas regere & adminiſtrare, ſuaſque cauſas & „ querelas agitare, Caſtra & fortalitia reparare & munire „ ac etiam omnia & ſingula facere quę juxtà conſuetudinem „ Patriæ facere poſſet ſi annos legitimæ ætatis compleviſſet „ quos annos eidem ex dictis gratiâ & autoritate ſupple- „ mus & ſupplere volumus ut eſt dictum: ſalvis Ballo ſuo „ fructibus & emolumentis ad ipſum occaſione Balli præ- „ dicti pertinentibus, uſquequo Comes ipſe ad ætatem „ legitimam pervenerit. &c. In cujus rei teſtimonium, „ præſentibus litteris Sigillum Caſtelleti noſtri in abſentiâ „ magni fecimus apponi. Datum Pariſiis XVI. die Auguſti, „ anno Domini MCCCXLI.

Priuſquam Guido hoc à Joanne Principe donaretur privilegio, jam de ejus ac ſimul Macthildis ſororis agebatur conjugio, de ejus, inquam, cum Joannâ de Luxemburgo filia Joannis Dom. de *Ligny* & Caſtellani Inſulenſis &c. Macthildis autem cum Guidone de Luxemburgo filio etiam dicti Joannis & fratre Joannæ; procurantibus Comitiſſa

de Valesio & Duce Borbonio ex parte Guidonis Comitis S. Pauli & Macthildis sororis ejus: & Valerando de Luxemburgo cum Primogenito Castellano Insulensi ex parte Guidonis & sororis Joannæ Luxemburg. hoc significat, quod in concessu unico connubium duplex sit conclusum per laudatos procuratores: primùm quidem Guidonis de Castillione Comitis Sancti Pauli cum Joannâ Luxemburgensi filiâ Joannis & Alicis à Flandriâ, secundùm verò Macthildis Castellionensis Comitissæ Sancti Pauli &c. cum Guidone de Luxemb. filio dicti Joannis &c. sic ut frater & soror, cum fratre & sorore bino jungerentur conjugio.

Hæc haud dubiè acta sunt ita, non solum, ut utrumque genus Castillionense & Luxemburgicum in unum coalesceret verùm etiam ut firmiùs & securiùs in futuram prospicetur progeniem & hoc pacto provide cautum est, quod reverâ evenit; etenim Guido Comes noster sobolis expers obiit, at in Macthilde sorore fœcundissimâ damnum resartum est abundè ut infrà fiet perspectum.

Celebratis nuptiarum solemniis circà annum 1354. Guido, quem juniorem vocat *Froissart* ad arma direxit animum Avunculum secutus Robertum de *Fiennes* Galliæ Connestabilem, quccum multis bellorum molitionibus, hostium repressit impetus per 3. annos, quibus Rex Joannes captivus in Angliâ detentus est, quo circà gratus Princeps gratitudinis ergo perduellis Joannis de *Pois* Vicecomitis de *Quesnes* bona præscripta Guidoni adjudicavit anno 1358. Mense Decembri.

Anno 1354. Guido Prætori ac Senatui Paulino facultatem facit Cymbali pulsandi in horas frumentorum vendendorum, nec non operariorum ad opus suum vocandorum prefinitas, confectis Maii litteris. (*a*)

Anno 1355. Eduardus Anglorum Rex magno cinctus Comitatu in Artesiam collabitur, rectaque Hesdinium contendit, cujus Parko cum singulis ejus ædibus flammis statim dissipatis, Gallum adventare, animo castra impetere, manusque conserere paratum ut intellexit, commodum sibi

(*a*) *Invent. cart.*

consulens Caletum (*Calais*) repetiit *Locrius ex Bresinio*.

Anno 1358. Guido noster tùm Picardię Provinciæ Rector postremâ Novembris die suis occurrit Ambienensibus contrà Navareos Regi insensos, qui Civitatem vel surripere vel suam facere moliebantur, undè ipse loci Prætor, qui aut proditionis aut dissimulationis insimulabatur, agente Guidone nostro ab officio amovetur. (*a*)

Eo anno legimus in *Locrii* chronico Attrebati pontem versatilem ad portam veteri Civitati oppositam cum subjectâ materiè compositum; ad cujus extructionem petitum fuisse lapidem ab Azinuriano in Sancti Pauli ditione Pago celebri, Guidone Castellonio Dynastâ id annuente.

Anno 1359. Henricus Dux Lencastriæ in Angliâ Artesiæ agrum populabundus excurrit, cujus suorumque famem Eligianum cœnobium copiosè compescuisset, abactor alio divertens Braium Picardiæ ad Sammonam fluvium Oppidulum, obsidione vallare occœpit. Intereà Galli captivi Joannis rebus consulentes, firmissima ejus in Oppidis presidia collocarunt. Tùm præerant Attrebati Guido Fani Sancti Pauli Comes, Bapalmæ Odoardus Rentiacus, & Enquerrannus Hesdiniensis, Ambiani Morellus Fiennus, Quintopoli Balduinus Danus, alii alibi: ita *Locrius*.

Item ipso anno Guido noster bonorum operum Ascęterii de Claromarisco ad Audomarum particeps fieri peroptans, ejus Ecclesiæ in puram ac perpetuam eleëmosynam indulsit omnem justitiam, dominatum, & Visconteriam in omnibus Ascetarum locis, prædiis, nemoribus, pratis &c. quam his verbis expressit.

A tous ceulx qui ces presentes lettres verront ou orront, nous Guy de Chastillion Contes de S. Pol; salut. Sçavoir faisons que pour le salut de nostre ame & de noz Predecesseurs, pensans & desirans de estre toujours a participans aulx biens espirituelz que l'on fait & fera doresnavant de nuit & de jour en l'Eglise nostre Dame de Cleremarais, à l'humble supplication & prieres des Religieux Abbé & Convent dudit lieu de Cleremarés avons donné & octroyé,

(*a*) *Dom. la Morliere*.

donnons & octroyons par ces presentes a toujours en pure & perpetuelle aumosne a ladite Eglise de Cleremarés toute justice & Seigneurie Visconticre que nous en tous les lieux, terres, bois, preiz & maisons que lesdits Religieux ont & possedent en nostre dite Conté de S. Pol, aveuc tous les proffitz & exploitz de ladite Justice & Seigneurie Visconticre qui pourront naître, venir, ensuir & despendre és dessusditz lieux. Saux en tout & reservé a nous & a noz Successeurs Contes de S. Pol en tous lesdis lieux la haute justice, ressort & le souverainneté & tous les proffitz & exploitz qui ce peuvent & pourront naistre & venir &c.

Anno subsecuto 1360. litteris Calesii 25. Octob. datis Rex Joannes Guidoni nostro cedit & impertit pecunias omnes nec non emolumenta quæ in monetis Tornacensibus, Quintinopolensibus &c. susceperat, dùm Principis vices gereret in Picardiâ, Veromandico & Bellovaco, in gratiam obsequiorum sibi pręstitorum, quam mercedem ratam habuit Carolus Regis Primogenitus, Delphinus Viennensis Regnique administrator.

Sic autem prædicant Sanquintinenses Comitis nostri bellicam animi Virtutem ... In expugnatione Oppidi, cui olim nomen Viminum, nunc verò S. Valerici, una præsertim communia Sauquintinensis sub auspiciis Moræi de Fiennis & Guidonis Com. Sancti Pauli atque Suessionum fideli in Regem obsequio & fortitudinis gloriâ emicuit.

Hinc liquido patet fuisse Guidonem non Luxemburgicum (ut quidam tradidere) sed Castellionensem, qui Avunculum de *Fiennes* Connestabilem Comitatus ita se generosè se gessit bellicis in casibus, quique tunc proRex in partibus Picardicis, Veromandicis ac Bellovacis ad Isaram usque dominabatur. Verùm hujus tantæ dignitatis belloque partorum gloriâ potitus est ad modicum; siquidem missus in Angliam fidei firmandę datus obses cum aliis Heroïbus plurimis, inibi anno 1360 labente fatis cessit, nullâ prole &c. sed sorore Macthilde Ditionum suarum omnium herede & uxore Joanna ad multos annos superstite, imo ad obitum vidua, relictis. *Duchene*

Dotem dixerat Guido sponsæ Joannæ super Dynastiam

Pernensem, undè & Comitissa Sancti Pauli & Domina de *Pernes* passim vocitabatur sub his titulis anno 1372. sibi suisque heredibus comparavit Falcombergensem Comitatum cum omnibus privilegiis, juribus, ac prærogativis scilicet cudendi monetam albam & atram, justitiam exercendi superiorem, mediam & inferiorem, constituendi Ballivum, Præpositum, Accensos aliosque officiales undecim curię pares creandi & octoginta Vasallos Feuda tenentes à Castro &c. Joanne de Bellomonte dicto *Sanxe* Comite Falcombergense & Castellano Sancti Audomari vendente quinque millibus nongentis septuaginta libris Francicis aureis.

Suam itaque fecit Joanna Falcombergensem ditionem per decennium, exin expletis in viduitate duobus supra triginta annis, ipsa mortem oppetiit anno 1392. relicto herede nepote Valeranno de *Raineval* filio Reginaldi & Philippæ de Luemburgo sororis.

Valerannus aliquos post annos litem sustinuit in causâ dicti Comitatus de Falcombergâ, actore Joanne de Bellomonte Scutifero Dom. de *Pitecan* filio Gerardi dicti *Lancelot* Equitis Prædicante se Patrui Joannis de Bellomonte Falcombergæ Comitis heredem; ast judicio nullo interveniente devixit Valerannus, in cujus heredium venit filia ejus Joanna nupta Balduino *Beaugesis* de Arliaco Vicedomino Ambianensi.

Hic Sponsæ nomine litem recepit, sicque curavit ut terminatam viderit per Arestum 18. Jan. anni 1409. datum, sed votis ejus minimè congruens, eo enim damnatus est ad restitutionem dicti Comitatûs Actori faciendam cum fructibus, & proventibus à se aut à majoribus susceptis ab intentâ lite, salvo prętio pro resoluto per Actorem repræsentando duntaxat, exindè tamen deductis dictis fructibus ac etiam in expensis dicti Actoris, uti ampliùs continetur in dicto Arresto exhibito à Dom. *Duchéne* in Historiâ Castell...

MONETÆ VERO COMITATUS FALCOMBERGENSIS.



TALIS EST FIGURA





MACTHILDIS DE CASTILLIONE

COMITISSA XXIV. SANCTI PAULI, DE *LIGNY*, *ROUSSY*, CASTELLANA INSULENSI, DOMINA DE *BOHAIN*, *DOURLENS*, *RICHEBOURG*, *ARQUINHEM*, &c.

MActhildis soror & Heres Guidonis IV. Sancti Comitis, proles ultima gentis Castelliopolinæ quæ ditionem Sanctpaulinam subiit ipsam à fratre acceptam suo cum

Guidone Luxemburgensi connubio in domum Luxemburgicum transmittit. Guido autem Luxemburgensis primogenitus erat Joannis Domini de *Ligny* & Castellani Insulensis: primarius fuit Comes de *Ligny* & *Roussy*, Castellanus Insulensis Dom. de *Richebourg*, d'Arquinhem &c. insuper accessit ei heredium Matris Alicis à Flandriâ scilicet Audenghem, Consulatus Curtracensis, prædium de Bellopratro cum omnibus pertinentiis & alia quæ Ipris & Castellaniâ Gandavensi vernacule dicuntur *l'Espier d'Ipres Boucle de Lierde* &c. ut in nuptiali contractu ad extensum legitur.

Erat Guido Luxemb. frater Joannæ nuptę Guidoni Castellionensi ut præfatum, eorum nuptiæ sicut & Macthildis videntur simul celebratæ anno nempè 1354. enimverò *Froissart* tradit Valerannum Luxemburgensem Macthildis primogenitum attigisse decimum sextum cum anno 1372. eques crearetur, ita ut nasci non poterat tardiùs quam anno 1355. hinc errore convincuntur qui Macthildem ejus matrem confudere cum Macthilde Castellionensi Guidonis III. filiâ, quæ nupsit Carolo de *France* Comiti *de Valois* &c. fratri Philippi le *Bel* Galliarum Regis. *Duchéne*.

Anno 1361. Ad Guidonem nostrum dirigit litterias Innocentius VI. quibus ei mandat, ut adversùs iniquas societates in Regno Franciæ existentes se accingat, nec liberum pęr terras suas illis transitum permittat &c... Avenione XVI. Calendas Februarii. Pontificatûs sui anno nono *P. Martene Thesau. Anect.*

Audiit Comes Guido inter Ævi sui Magnates generosissimus ac Regi fidelissimus, undè uti Guido Antecessor obses in Angliâ in Principis Joannis litrum sic noster Guido desciscere ab obsequio Regis nec volens, illicò in Angliam se transtulit, ejusque in locum se suffecit, pro firmandis pacis pactionibus; indè redux variisque implicatus bellorum casibus semper & ubique animi magnitudinem ac fortitudinem demonstravit, vel maximè anno 1369. in expugnatione Cviitatis Abbavillensis totiusque Pontivi Comitatûs quam habes descriptam in *Froissart t.* 1. *cap.* 251.

Anno 1366. Guidoni apud Londinas obsidi licentia donatur

donatur à Rege Britannico, quâ se extra Civitatem transmittere queat, sanitatis causâ recuperandæ, hoc Placito Gallico.

Le Roi a, noble homs, Guy Conte de Seint Poule, saluz. Desirantz la saunté de vestre corps, vous donons congié par la tenur des presentes, de vous transporter, hors de la Citée.

Ou qui elle vous estez obligez a demeurer ostage par l'accomplissement des choses accordées par Mr. la Paix, faite entre nous & nostre tres chire frere de France.

Vers nostre Dome de Valsyngham, par ces quinze jours procheins a venir apres la date de cettes, si que toutesfoiz vous vous presentez a nous & a nostre Conseil en ladite Citée de Loundres, au chief desditz quinzes jours, pur y demurer ostayé en manere & forme que obligez en estes, & de novel promis avez par vostre foi & serement, plevie en la main, nostre chere & foial Richard de Pembrigg.

A les queles obligacions, quant as autres choses, contenuës en icelles nous ne volons que aucun prejudice se face par la tenur de ces presentes.

Données souz nostre grand séal, a nostre Paleys de Vestin. Le XVII. jour de Juin. (a)

Anno 1364. Carolus Galliæ Rex Guidoni nostro & Sponsæ Machtildi dono largitur quadringentas terræ libras è Territorio seu Dominatu de *Crevecœur* in Cameracesio solvendas ut constat ex tabulis patentibus mensis Octobris: quo autem motivo, cujus intuitu? non traditur, sed arbitror, ut obsidi in Angliâ Guidoni expensas sarciret gratus Princeps, ejusque præstita pensaret obsequia.

Anno 1366. Britannus Rex Guidoni eatenùs obsidi, quâ valeat in Patriam & alio ire facultatem facit, ejus in locum suffectis filiis Valeranno & Roberto. Sic autem subscripsit laudatus Anglorum Rex Eduardus.

Le Roi a nostre Sire Guy de Luxemburgh Conte de S. Paul nostre Hostage, a cause des choses comprises en la paix faite entre nous & le Roi de France salutz.

Nous vous avons doné & donons licence & congie de vous

(a) *Georg. Holmes Coll. nov. rerum Angl.*

transporter en vostre Paiis & ailleurs hors de nostre poissance, jusqu'a certain terme & par manere & fourme compris en voz lettres par devers nous demurantes.

Et parmi ce vous nous avés baillé en Hottage en seureté de vostre retour vos deux filz eisnez VValran & Robert.

Nous qi a la Requeste de nostre tres chere cousin le Conte de Flandres vous avons doné ladite licence a cause dudit Conte, volons & vous accordons. Si qui tant soit que vous soiez arrere en nostre Cité de Londres au termes compris en voz dites lettres pur tenir L'ottage en l'estat qui vous estez au jour present.

Qui des lors vos deux filz soient tout francz & quittes de leur persones & s'en puissent franchement partir de nostre poissance & allier que le part qui leur pleira, sans Arrest ou empechement avoir par la cause avant dite.

Don. Par tesmoignance de nostre grand seal, à nostre Palais de Weymonstier, le 21. jour de Feverer (a)

Sequuntur Guidonis patentes litteræ quibus fatetur licentiam ab Eduardo Rege in Gallias redeundi, obtinuisse, & se rediturum spondet, in cujus fidem filios Valerandum & Robertum obsides dedit.

A tous ceulx qui cestes lettres verront ou orront, Guy Conte de Saint Paul, saluz en nostre Seigneur.

Comme li tres excellent & tres poissant Prince le Roi d'Engleterre a qi nous sonnes Hottage par la manere contenuë en la paix faite entre li & nostre tres redouble Seigneur le Roi de France, & a la grande Requeste de Messire le Conte de Flandres, nous ait done congie, de sa grace speciale, de nous transporter ou Roiaume de France & ailleurs ou il nous plaira, & illecqz demourer du jour present tanqz a la primer de Martz prochein a venir après la date de cestes, & de lors jusqe a meisme li primer jour de Martz ensuiant par un an entier & a tiele condicion.

Et parlant promettons lealement que nous serrons & nous tennrons toudis loial Hottage dudit Roi d'Engleterre & de ses heirs quelconque part que nous serrons tant & si

(a) Georg. Holmes Coll. nov. rerum Angl.

longuement & jusqe a ce que touttes les choses parparlées & accordées par la paix des Rois, par lequeles nous tenons Hottage, soient entierement parfaites & accompliez audit Roi d'Engleterre & a ses heirs.

Et ne nous armerons contre ledit Roi, ses heirs, paiis, terres, & lieux, ne subjez deca la Mier ne dela.

Ne ferrons, ne soeffrerons, estre fait par nous, ne par autre, en prive, n'en appiert, chose que puisse tourner a leur domage, Hounte, ou prejudice.

Et nous retournerons & mettrons nostre persone arriere en Hottage, à la Citée de Londres dedans le primer jour de Martz prochein venant en un an dessusdit & demeurons illecque sans partir en l'estat que nous fumes au jour present.

Et nos deux enfantz Waleran & Robert nous baillons en seureté, pur tenir ledit Hostage en lieu de nous tantque a nostre retour.

Et jurons & promettons &c.

Ce fut fait en la haute Chapelle Roiale de Westmonstier le XXI. *jour de Fevrier, l'an de la Nativité nostre Seigneur. Mill CCC. soixante & sis en presence de*

MESSIRS

Les Chauncelier & Tresorer d'Engleterre.
Charles Sire de Montmorency.
Et Jehan de Brankette Tresorer d'Everroik;
Tesmoings es choses dessus dites.

Anno 1369. insurgunt apud nostrates motus bellici Reges inter Gallicum & Anglum. Mense Julio Angli, Belgæ & Germani Duce Joanne Lancastrio Eduardi Regis filio Calesium magno numero applicant, Gisnenses omnesque Attrebates miris modis vexant, omnia ruinis & incendiis ad muros usque Tervannæ & Ariaci permiscent, omnem agrum Fani Pauli Hisdiniensemque ditionem & trans Sommonam, Ugellanos, Vimiacenses & Caletos evastant; contra eas Anglorum grassationes, exercitus

Gallorum Duce Philippo Audace quamvis novello marito Sommonam fluvium transit, atque ad Monstrolium Oppidum descendit. Guido Comes Sancti Pauli cum Valeranno filio Teruannæ in Presidio erat, Angli cognito Gallorum adventu in valle Tornahemensi Castra metati sunt, ad quos accessit Robertus Comes Namurcensis cum centum suę gentis Equitibus; Dux Burgundię montem Tornahemicum occupavit; Comes Fani Pauli & Morellus Equitum magister ad eum venerunt. Magna erat pręlii expectatio, postquam tamen ambo ibi exercitus aliquandiù consedisset contra omnium opinionem discessum est absque certamine.

Hæc *Meierus*, ast Dom. *Duchêne* in hist. Anglicanâ rem Paulo fusiùs exponit. Dux de Lancastrio, inquit, Calesio ęgressus excurrit agros Fani Audomari & Teroannę, tum iter ad Hesdinium aggreditur, quod audiens Guido Sancti Pauli Comes, qui tunc Teroannæ in Præsidio erat, ratus quod ille Dux ditionis suæ Sanctpaulanæ expilationem intenderet, cuique procul dubio non parceret quantum posset, (se se enim mutuo prosequebantur odio) mox hostem prævertere statuit: Teroannâ itaque Dynastis de S. Pio ac de Roia commendatâ, illico de nocte cum suis præcurrit ad suum Sancti Pauli Fanum, cui adventu suo & suorum ita præsidii Vice adfuit & profuit ut velitatione præhabitâ ab Anglorum conatibus Civitatem protexerit, sartam tectamque servaverit, verum impedire non valuit, quominùs planum devastaret agrum Perniacensem, Oppidulumque suum de Lucovio (*Luceu*) flammis addixerit, salvo tamen & intacto Castello.

Guido tandem obiit anno 1371. Consanguinei sui Vinceslai Brabantiæ Ducis secutus partes in prælio contra Ducem Juliacensem, vitam generosè cum sanguine fundens. Unde *Locrius ex Bresino* sic ait, Guido Luxemburgius Ligniacensis Comes, Melchhildis Sancti Pauli Comitissæ maritus in Gugernensi sive Juliacensi prælio contra Menapios per Gallorum Regem, cujus partibus adhærebat, accenso, cæsus extinguitur, ejusque filius at-

que ſucceſſor Walerandus ab hoſte capitur, ſed poſtmodùm Carolus IV. Imperator gratis eum liberavit. Fuit porrò Walerandus vix adhuc puber, primus ex Luxemburgicâ familiâ Fani Sancti Pauli Comes, idemque B Petri frater de quo infra.

Audiendus *Joannes Pontanus lib. 3. hiſt. Gelricæ.* Caſum Comitis noſtri tum auxiliarium ductor militum ſic diſtinctè perſequitur. De Comite Sancti Pauli refert prætereà ſeorſim Branbanticum *Chronicon vernaculum*, eum inter „ occiſorum cadavera viventem adhuc neci datum à „ quodam Nefario homine, qui ejus nomine meritas pœ- „ nas dederit; fuiſſe enim in crucem ſublatum per Ju- „ liacenſem, *idem Chronicon addit*, cum à ſe ditiſſimum „ quemdam, ac identidem clamantem, *Sanpol*, *Sanpol*, „ trucidatum jactaret, pro prœmio & gratiâ, quam ſpe- „ rabat, laqueum reportans.

„ *Et libro* 8. ſed & hoc quoque ſeorſim notandum in eo- „ dem, illo quo interiit tum Eduardus Dux Gelriæ, conflictu „ præter Guidonem Sancti Pauli, ſive *Sanctpol*, quem „ interemptum memoravimus, in vivis remanſiſſe filium „ ejus Walrannum, quem ſecum captivum abduxit Giſ- „ bertus Vianenſium Dynaſta. Et eſt memorabile, nec „ hic ſilentio involvendum, quod refert de utroque „ *Chronicon Belgicum* Johannis *de Leidis*, Gisbertum ni- „ mirùm Vianenſem è pecuniâ ſive Lutro (al. Litro) quod „ pro redemptione ſuâ perſolverat Walramus Sanctpol- „ lenſis, in Caſtro, quod hodieque in Oppido ejus Viana „ propè Ultrajectum eſt conſpicere, turrim exædificari „ feciſſe dictam *Sanctpol*, ſive ut corruptè nunc efferunt, „ *ſimpol*. Sed ipſa Johannis de *Leidis* verba adſcribenda „ cenſui, quæ ſunt iſta: *occiſus eſt Sancti Pauli Comes; & filius* „ *ejuſdem Comitis Walravius (al. Walrannus) captivatur per* „ *Gisbertum Dominum de Wanen, quem idem Gisbertus ad li-* „ *bitum exactionavit, & fabrificavit turrim ex eâdem exa-* „ *ctione in Caſtro Vianenſi, dictam* Santpol *ſeu* Simpol *uſ-* „ *que in preſentem diem.* Huic Walramo ne & id indictum „ ſit, Germanus fuit frater Petrus de Luxemburgo,

„ quem Anonymus appellat *omnium virtutum ærarium.*

Audita Mariti nece, audito primogeniti casu, quantum ingenuerit Macthildis, penes Lectorem esto judicium ab intimo cordis affectu, quo carissimos sponsum & natum prosequebatur, deducendum; potuisset quidem dolorem nonnihil levare florentissima, quam ei pepererat Guido progenies, potuissent dos & opes amplissimę; potuisset & libertas, quam Carolus Cæsar primogenito reddi curaverat; sed ecce merorem renovat Joanna *Bacon* Dom. de *Morlaiio* soceri sui Joannis de Luxemb. uxor altera relicta, quæ post biennium afflictæ Macthildi dicam impingit, ambiens sibi pro dote donari Castrum, Civitatem atque Castellaniam de *Rauccio*; ast nimium petenti moderatur jus, solaque medietatis provisio adjudicata per curiam ex Aresto mens. Aug. an. 1373.

Quæ de celebri genere Castellionico dicta vel dicenda forent ab ejusdem historiâ petenda & addenda si quæ prætermissa. Quia verò in præsentiarum edisserendum de augustissimâ Luxemburgensi gente, cui modo subditur Paulina ditio, fœlici illo conjugio Macthildis Castellionicæ cum Guidone Luxemburgico, hæc encomii loco subjicere lubet, quę à vitâ Sanctissimi eorumdem conjugum filii, Petri scilicet de Luxemburgo Epis. & Cardinalis &c. excerpsimus.

Paucis itaque ut Luxemburgensis & antiquitatis splendore & majorum commendatione insignis admodùm gentis expediatur elogium, perpende Lector. Occiduis plagis quinque Cæsares, binas Galliæ Reginas, plerosque seu Ungariæ seu Bohemiæ Reges produxisse illam constat. Guido Luxemb. B. Petri genitor, Ligniacensis Oppidi primarius Comes, Carolo IV. Cæsaris eo ævo imperantis ac Bonnæ aut Joannæ Caroli V. Galliæ Regis Genitricis, erat consobrinus.

Macthildis ejus uxor, Borbonicis Ducibus consanguinea, Paulinæ ditionis Comitissa, erat Joannis de Castillione filia: hęc matura nuptiis, nobile hoc Dominium marito suo commisit dotem, qui ab hinc *COMTE DE*

S. PAUL agnomine, ſuum Galliæ Regum Commentariis conſecravit nomen.

Is erat ſtrenuus, excelſæ indolis, ſapiens atque in rimandis rerum bellicarum viis admodùm ſagax, Regi ſuo fidus, ac ſemper extrema pro Regni libertate amicorumque tuitione pati paratus. Omninò ſatagebat bellicis & diſciplinis quam optimè ſui imbuerentur milites, utque à vaſtatione in viarum tranſitu penitùs abſtinerent & irruptione, quæ ſi contigiſſe noverat in illos extemplo emendatoriæ vindictæ edebat exemplum ipſos vel ad damna reſarcienda adigens, vel ſi ſolvendo non eſſent, ipſemet ære proprio faciebat ſatis. Die quâdam Ligniaco, Comitante Valerando primogenito, equo egreſſus, illum, quod in ſegetem pedes intuliſſet, documento nulli unquam obeſſe, cecidit.

Alienæ ſi non eſſet cupidus facultatis, ſuę quidem largiſſimus, duriſſimo inopiæ telo laborantibus, ex commiſerationis affectu ſuccurrere ſummi beneficii loco ponebat. Ejus & pietatem ſingularem mirati omnes, ipſo religioſiorem belli Ducem vidiſſe nunquam ſe unâ depredicabant: equidem pluribus quotidiè miſſæ ſacrificiis intererat, officioque Eccleſiaſtico ita ſatisfaciebat precum ut ſequentiâ Cartuſianus à cunctis nuncuparetur.

Laboribus militaribus corporis macerationem adhibebat & jejunium feriis ſextis & ſabbato; à carnibus vero quartis feriis, à piſcibus ſextis feriis abſtinebat; Virgo nuptias adiit, conjugatus cum ſponsâ vitam juxtà leges ab Apoſtolo præſcriptas tranſegit.

Hæ virtutes omnes ab occulatis teſtatæ, pietatis ſolidæ fundamento nitebantur, hinc divino numini diſplicentia illi permagno erant horrori: quocirca Eccleſię Pariſienſis Decanus, qui cum eo in Angliam iter habuerat palam proteſtatus eſt Paulinatem Comitem totius pro mundi lucro lethale committere crimen nunquam voluiſſe, ratum illud tenere ac fixum.

Macthildi tantæ pietatis viro dignæ ſponſæ quas à muliere verè chriſtianâ exigit Sanctus Paulus tam mentis

quam corporis dotes erant. Omni ſtudio liberos ſuos, curâ atque induſtriâ, fidei chriſtianæ dilectioniſque divinæ alebat alimentis. Juveniles eorum mores, ut ad virtutis diſciplinam dirigerentur, ſolerti ſcrutabatur diligentiâ, ipſos Pedagogis & Eccleſiæ miniſtris ut religioſæ veritatis eos docerent rudimenta, jugiter commendabat. Illos virtutum omnium informationis causâ in templum exemplari deducebat, modeſtiâ ipſis in egenos caritatem mutuam, erudiendo illos ſtipis largiendæ modo ſuggerebat. Ejus exemplum perpetuum eiſdem documentum, quippè ſermone quos ſtatuebat, priùs id conſignabat actione.

Nec ipſius ſpectata pietas quotidianarum ſolum (præter officium Marianum) numero precum cunctis innoteſcebat; verum orationis ejus fervore, judicio omnibus Illius cor vere Deo inflammatum. Omnium calamitoſorum ex intimo cordis affectu commovebatur miſeriis, aut nulli aut pauci amplâ ſine Eleëmoſinâ ab ipſâ dimiſſi videbantur, nec rogantibus ſe contenta, per fideles miniſtros de omnibus ſuo indigentibus ſubſidio inquirens maximâ curâ, amore, nec-non prudentiâ rebus eorum commodiſque conſulebat. Ter in ſeptimanâ diebus nempe dominicis, martis ac jovis in omnes generatim ſeſe offerentes largiſſimam erogabat ſtipem: quàque hieme triginta operiebat nudos, centum calceorum pari pauperum numero à Parochis ſibi deſcripto jubebat diſtribui. Ægrotantes ac potiſſimum puerperas viſitans menſæ ſuæ Fercula ſanitatis earum reſtaurationi magis congrua, quandoque electa defferri curabat, neque corporali duntaxat cibo ſed & ſalutaribus pariter recreabat monitis.

Mathildis itaque ſponſo in Juliacenſi pagnâ cæſo orbatur, pluribus relicta cum liberis: Petrus noſter quem proprio ali voluit lacte tum bimus; quadrimus vero cum chara genitrix obiret, ab Amittâ Joannâ ſuſcipitur educandus in Arce Paulinâ, ubi pia vidua nepotem tradidit Pedagogis, & litteris ac moribus Chriſtianis imbuendum: Amittæ votis vel omnium reſpondit fidelis diſcipulus, talemque progreſſum fecit, ut ipſimet miraren-

magistri, qui subinde testati sunt in Beato Petro vix ullum potuisse reperiri defectum, &c. *V. vitam edit. Paris.* 1710.

Porro Comitissa Mathildis non diu post sponsi fata superstitit, etenim anno 1374. vel circa ipsum secuta est, vitam piissimam cum morte pretiosissimâ commutans.

POSTERITAS

GUIDONIS DE LUXEMBURGO ET MACTHILDIS DE CASTILLIONE S. PAULI COMITUM &c.

1. VAlerandus de Luxemburgo Comes S. Pauli ut infra.
2. Robertus de Luxemb. de quo Joannes *Chartier* in vitâ Caroli V. Regis Galliæ. *Et Froissart T.* 1°. *cap.* 314.
3. Joannes de Luxemb. Dom. de *Baurevoir*, de *Bohain* &c. duxit juxta Meierum Jacobam de Bavaria genii superioris at æstuantis uxorem; sed verius ex *Bresinio* desponsavit Margaretam Comitissam de *Conversan*, de *Brienne*, &c. Dominam *d'Enghien* de quâ nati

 1. Petrus qui fuit Comes S. Pauli, &c.
 2. Ludovicus Teroannensis, inde Rothomagensis Archipræsul Cancellarius in Franciâ pro Rege Angliæ: accepit in partem hæreditatis paternæ Oppidulum *Hucliers*, in Boloneso & Vicum de *Tangry*, cum eorum Castellaniis & pertinentiis, obiit Elyæ in Angliâ an. 1443. ibique sepultus in Cathedrali, quâ donatus erat Antistes, fuit etiam Præses Cameræ rationum ac tandem Cardinalis &c. *Gallia Christ.*
 3. Joannes, qui fuit Comes de *Ligny*, duxit Joannam Bethuniensem Vice-Comitissam de *Meaux* viduam Roberti Comitis de *Bar* & *Soissons*... apud Historicos Dux maximæ generositatis audiit; de eo Oli-

verius *de la Marche* ſic fatur in ſuis monumentis cap. 4. *Ledit Comte de Ligny étoit un grand homme de guerre, puiſſant d'avoir & d'amis, vaillant & entrepreneur, & l'un des plus renommez Chevaliers de ſon tems.* Creatus eſt Eques velleris aurei Brugis in 1. creatione an. 1430. obiit an. 1441. & Cameraci ſepultus.

4. Joanna de Lux. nupta 1°. Ludovico de *Giſtelles*, qui improlis obiit. 2°. Joanni de *Melun* Dom. *d'Antoing* & de *Eſpinoy*, Flandriæ Conneſtabili, Vice-Comiti de *Gand* Equity aurei velleris creato Brugis in 2dâ. promotione anni 1432. defuncta Joannâ uxore, 2dam duxit Joannam de Albavillâ, quæ dedit ei Joannem de *Melun* & tres filias, quarum junior Helena nupſit Carolo *d'Artois* Comiti *d'Eu.* ſed de his alibi.

4. B. Petrus de Luxemb. Diaconus Cardinalis S. Georgii ad velum aureum miraculis ac prodigiis innumeris tam in vitâ quam in morte Sanctiſſimus & alter Taumaturgus, &c. De eo ex profeſſo ad an. obitus ejus 1387.

5. Andreas de Luxemb. 1°. Archidiaconus Drocenſis poſt fratrem B. Petrum dein Epiſcopus Cameracenſis, Imperatoria ſtirpe progenitus, frater B. Petri Card. Epiſ. Metenſis: Uterque filius Guidonis de Lux. Comitis S. Pauli, Macthildiſque de Caſtillione, ad hanc (Cameraci) Eccleſiam aſſumitur 1390. 31. Januarii. Ut ferunt tabulæ vaticani, peregrinationem piam jeroſolimitanam confecit, & fato ſuo ceſſit anno 1396. Eoque Teſtamentum fecit & elegit ſepulturam in Eccleſiâ Cameraci B. M. V. ante Altare B. M. Magdalene, ubi ſituata eſt Imago B. Petri de Lux. Card. S. memoriæ ſui Germani fratris, abſque pompâ magnâ, cor & inteſtina ſua juſſit tradi ſepulturæ Avenioni in Eccleſia ubi intumulatus eſt B. Petrus de Lux. Plures teſtamenti ſui executores inſtituit, in primis

Valerandum de Luxemb. Comitem de Lineio & de S. Paulo suum Germanum & Dom, N. de Luxemburgo militem Dominum de *Foresto* & de *Bonnay* avunculum suum &c. J. *Carpentier. Gall. Christ.*

6. Margareta de Luxemb., bis nupta 1°. anno 1377. Petro de *Enghien* Comiti de *Liche* sine liberis defuncto. 2°. Joanni Dom. de *Verchin* Equiti Senescallo de Hannoniâ & Pari Flandriæ Comitatus.

7. Maria de Luxemb. bis etiam conjugata, 1°. Joanni de Condato Dom. de *Moriamés* de *Bailœul* & *Fontaines*. 2°. Simoni de *Salmes*. filio Joannis Comitis de *Salmes*.

8. Joanna de Luxemb. Domicella nominatur à D. de *Monstrelet*, quòd cœlebs vitam duxerit; hæc tanquam hæres proximior successit an. 1430. Joannę nepti suæ in bona paterna, in Comitatus S. Pauli & de Ligniaco, in ditionem Fielnensem, in Castellaniam Insulensem &c. Velut amplius ad an. 1430.

Ad extremum nec oblivione mittendum Guidonem nostrum totius Attrebatensis Oppidi præfecturâ donatum; cumque præfectorum omnium à concive D. Locrio recensitorum primas & agmen teneat Guido, opere pretium duxi totam ipsorum seriem ad an. 1616. hic exscribere.

Catalogus seu series Præfectorum Oppidi Attrebatensis.

1. Guido Fani S. Pauli Comes..... obiit an. 1371. cæsus.
2. Carolus de *Poictiers*.
3. Joannes Esna Dynasta: Vices ejus gessit Michael du *Change*.
4. Joannes de *Melle*.
5. Guillelmus (al. Egidius) de *Bonnieres*. Sacramentum dixit 3. cal. Novemb. anno 1409. è vivis abiit 6. cal. Septemb. anno 1413. quiescit Attrebati in majore B. Mariæ Vir. Templo. Vices ejus gessit Joannes de

Tenquette. Inde Joannes *Guffroy* an. 1411.

6. David de *Brimeu* Humbercurtii Toparcha an. 1423. vices ejus tenuit N. V. Jacobus de *Beauvoir.*

7. Guillelmus de *Brimeu*, Ligniaci Toparcha D. Dominæ de Dampetra maritus, ſacramentam dixit 8. Martii anno 1426.

8. Robertus *Joſne.* 1440. ejus locum tenuit Triſtannus de *Paris.*

9. Ludovicus de *Contay* ſacramentum dixit 15. Jan. an. 1467 ejus vices geſſit N. V. Robertus de *Markais.*

10. Carolus de *Contay* Ludovici filius ſacramentum dixit an. 1475. menſe Julio. Ejus vices tulit N. V. Antonius de *Croix.*

11. Philippus *Crevecœur* ſacramentum dixit Maii anno 1484. ejus locum tenuit Joannes *Goßon* Junior.

12. Joannes de *Crevecœur* vix pubes. Unde in rebus Gerendis, dicto Joanne *Goſſon* perpetuo eſt uſus. Oppido Attrebatenſi in Maximiliani Principis poteſtatem 4. Novemb. an. 1492. reſtituto, Præfectus datus eſt

13 Philippus de *Contay* Foreſtii Toparcha quam dignitatem geſſit ad uſque obitum, qui contigit 24. Aug. an. 1501. ejus locum tenuit N. V. Robertus de *Markais* Givencii dynaſta.

14 Joannes de *Beaufort* qui in Præfecturæ ſocietatem N, (forte Petrum) Habarquii Dominum fratrem coaptavit. Obiit Joannes 23 Srptemb. an. 1503 ejus locum tenuit N. V. Antonius de *Poix.*

15. Robertus de *Meleun*, Toparcha de *Roſny*, qui in Opidum honorifice acceptus eſt an. 1503. Monſ. Octob. ejus vices geſſit Joannes *de le Rue*; cui defuncto ſubrogatus Joannes *de S. Aubin* ambo, VV. NN.

16 Hugo *de Meleun*, Sacramentum dixit 12 Aprilis an. 1512 Obiit an. 1524 menſ. Octob.

17. Petrus Habarquii Toparcha. obiit 23 Octob. anno 1535. Ejus vices geſſit N. V. Robertus *de Markais*; eoque defuncto Reginaldus *Grignart.*

18. Ponthus *de Lalain* Bignicurii Toparcha, Sacrament. dixit 14 Aprilis an. 1357.

19 Joannes *de Longueval.*, Vauxi Toparcha an 1543. ejus vices gessit N. *le Vasseur* Vallis Hugonis gal *Valhuon* Dominus.

20 Maximilianus *de Meleun*, Gandavensium Vice-Comes qui 16. Julii an. 1558. Regimen auspicatus est, eidem 28 Junii an. 1571. Mortis ætas Imperio valedixit ejus vices tecuit Gerardus Vossius Belliprati Dominus.

21. Maximilianus *de Longueval*, Vaucii Toparcha.

22. Oudardus de *Bournonville* Henniaci seu Hennii Comes. Ejus vices post Gerardum Vossium Nobilis Eques Joannes à Monte S. Eligii, Dominus *de Wendins* excepit, atque etiamnum tenet. (1616)

23. Hadrianus *de Noielles* Marlesii Toparcha, Baro *de Rossignol*, &c. hodie (seculo 17 ineunte) ab Principibus, mirificis honoribus. in aulâ Bruxellanâ adauctus.



VALERANDUS DE LUXEMBURGO,

S. PAULI XXV. ET LIGNIACI COMES,

CASTELLANUS INSULENSIS, GALLIÆ CONESTABILIS

DOMINUS *DE FIENNES* &c.

VAlerandus, patre ad annum 1371. occiso, factus est Comes Sancti Pauli ætatis suæ 16. captivus licet apud Menapios, à quorum custodiâ Caroli Imperatoris bene-

ficio, libertate donatus est ut suprà innuimus; quo primùm tempore detineretur, de ejus liberatione tractatum multaque pecunia exacta, colligentè Gileberto Domino de *Vianne*; at Comite gratis liberato, conduxit collecta in ædificium illius nominatissimę Turtis (vocabatur *la Tour plombée*) quę alte admodùm assurgebat in recentiore Sancti Pauli Castro, quæque antè xecidium Fani anno 1537. adhuc conspiciebatur, hæc autem narrat & probat *Locrius* Paulinas ex fundamentis & vestigiis quæ ipsemet initio sæculi 17. cernebat à seniorum ac vulgi Relatione fideli atque ab autoritate Ponti Heuteri, unum ex alio audiamus „ Gillebertus Vianæ Dominus Turrim Paulinam extruxit, „ pecuniâ quam Valerando Sancti Pauli Comite ab Menapiis captivo, dolosè extorserat: opinor eam Turrim „ esse quæ in recentiore Oppidi B. Pauli Castro visa olim „ fuit cujus aliqua supersunt hodieque vestigia. Ejusdem Turris apici olim imponebatur tormentum oblongum *Colubrina* dictum, quod in postremo anni 1537. obsidio multum lacessabat hostium accessus.

Hic emendandi *Locrius* & P. Heuterus. Turris enim illa ædificata ex collectâ, non fuit Paulina, hoc est in Castro Sancti Pauli, sed illa quam errexit Gilbertus in suo Castro Vianensi, cui indidit nomen *Santpol* seu *simpol*, hinc delusi Autores laudati propter nomenclaturam; vide quæ ante diximus.

Per hæc tempora contentio inter Pastores Ecclesiæ Parœcialis & Canonicos Ecclesiæ Collegialis Oppidi Sancti Pauli exoritur, de ferendo Dominico corpore in supplicatione, quæ quot annis in venerabilis sacramentis altaris solemnitate admodùm est celebris; his sui juris esse clamantibus, istis reclamantibus: Aldemarus seu Ademarus Morinensis Episcopus, sic eos composuit.

„ Ademarus, Dei permissione Morinensis Episcopus: „ universis præsentes litteras inspecturis, salutem. Cum „ esset discordia inter Canonicos S. Salvatoris in Sancto „ Paulo nostræ Diœcesis & Curatos prædicti Sancti Pauli „ de & super eo quod dicti Canonici asserebant se portare

„ debere Corpus Domini processionaliter in die Sancti
„ Sacramenti, Curatis Sancti Pauli contrarium assetenti-
„ bus & dicentibus quod jure Parochiali, ad eos tan-
„ quam Curatos & non ad alios spectabat processio & de-
„ latio Corporis Christi dicta Sancti Sacramenti. Nos
„ pro bono concordiæ, qui pacem & tranquillitatem in-
„ ter subditos nostros semper zelavimus enutrire, de con-
„ sensu & voluntate dictarum partium ordinamus quod
„ Corpus Christi illâ die dictæ partes alternis annis por-
„ tabunt, scilicet primo anno Curati, secundò anno Ca-
„ nonici, & sic alternis annis in futurum, sic tamen
„ quod anno quodlibet venient Canonici & Cappellani
„ collegialiter, in honorem Jesu Christi ad Ecclesiam
„ Curatorum Sancti Pauli, & de illo locò portabitur Cor-
„ pus Christi Domini processionaliter, & per dictum Colle-
„ gium associabitur eundo & redeundo usque ad dictam
„ curam : &c. Datum in S. Paulo die 20 mensis Mai
„ anno Domini 1374.

Ex istâ dispositione clare deducitur priscum jus Canonicorum S. Salvatoris in Ecclesiam S. Pauli, (aliàs enim alternatione non fuissent donati) quod tamen ipsis assentientibus ac pro mutuâ concordiâ cum Parochis servandâ sapienter moderatus est Aldemarus.

Valerandus itaque è Menapiorum manibus eductus paternorum bonorum possessionem iniit, dictus est Comes de Ligniaco & Castellanus Insulensis, necdum vero Sancti Pauli, cujus ditio Matris Macthildis adhuc superstitis patrimonium erat ; interea ingenuus adolescens annos 20. vix natus, voto ad Dominam de Boloniâ inuisendam & exorandam emisso, ipso in itinere quo illud implendi gratiâ peregrinum ageret, occurrens Hugoni de Castillione Balisteriorum Præfecto, voti oblitus, eidem se adjunxit amboque in Anglos hostes, quorum Calesium inter & Ardeam equestris procursio frequens erat, irrupserunt, grassaturi & quidquam aut gloriæ aut saltem prædæ reportaturi (sed falsus est Valerandus, ipse enim in celeriori incursione cum suà Equitum Hastato-

rum centuriâ hostium devenit in manus & captus est ab Ducis Menapiarum Sentifero, qui ejusdem diei vesperâ ait *Froissard*, captivum suum D. *de Commegines* prætiotradidit; hic autem Valerandum in Angliam conduxit, moxque Regi Eduardo divendidit in Windesorenti recludendum Turri.

Paulo post summa pro litro non modica offertur at recusavit Rex Anglus, voluitque potiùs eum permutari cum suo capitali de *Buz* qui bello captivus Parisiis detinebatur; sed vicissim renuit Galliarum Rex generalem dimittere Ducem, quem noverat omnium Anglorum belli peritissimum, quare Comes Sancti Pauli in dictâ turri persidere cogitur; ibidem vero inter captivos à Deo liber, ut custodiâ tanquam relaxatione ad placitum uteretur.

Nec mirum, Valerandus is erat adolescens totus amabilis vultu venustâque corporis compositione decorus, navus & industrius, armorum gestorumque suorum disciplinâ instructissimus, in usu quotidiano admodum jucundus. &c. Dotibus his & aliis placuit ac optime meritus est apud Principissam Macthildem Walliæ Principis filiam eamque formosissimam quę ex frequentiori cum Comite nostro seu consuetudine ceu convivio vel tripudiis, coræis aliisque Regiis oblectamentis non potuit in Valerandi amorem non incidere, affectumque suum parenti non aperire. Par pari referebat Comes: ad hæc, natales ejus augusti, [oriundus enim erat è Cæsarum stirpe) opes immensæ, quibus tam in Galliâ quam in Belgio abundabat, dotes animi ac corporis & cætera Comitem Sanctpaulanum Principissæ æquiparabant.

Hinc innuitur vel tandem decernitur utriusque connubium; mulcta quoque in litrum ad centum & viginti milllia librarum definita, ei ad medietatem minuitur; exinde ipsimet facultas datur in Gallias transeundi, ut gerendis rebus suis ordinem componeret & mulctam mediam 60000 lib. offerret; Petro ejus fratre interim obside pro eo remanentè ad 9 mense s, quod ubi audiissent Fani Pauli,totiusque ditionis incolæ, Comitis sui libertati &

magnificentiæ

magnificentiæ adesse percupientes, omnem adhibuere operam ac industriam, quo hanc summam colligerent, quod patet ait *Locrius*, ex eorum monumentis vel litteris à Carolo Rege ad eos directis an. 1379. 13. Novembris.

Appulsus in Franciam Valerandus, ab amicis amice, ab æmulis ignominiose accipitur, eiq; probra multa facessita sunt. I. Maxime quod Vassallus Regni Gallici nuptias contraxerit cum Anglicanâ inscio, nedum assentiente genuino Principe. II. Quod voluerit arces quasdam juris sui & prætertim Castrum *de Bohain* Anglo Regi tradere. Unde Rex Galliæ inaudito Comite, Munimen hoc à suis jussit per interim occupari, Valerandum suo S. Pauli Comitatu privari, atque nonnullos utriusque ordinis egregios viros, quos *Froissard* recenset 2. vol. cap 32. Carcerali custodiâ mancipari.

Hæc inter Valerandus ne detineretur innocens evasit, in Angliam uti spoponderat reversus, mulctam suam solvit & matrimonium ritu regali celebravit. Mox Angli Artesiam, ut ditionem Paulinam de Galli manibus eriperent & Domino suo redderent, populantur.

Consummatis nuptiis haud multo post, mare denuo trajecit Valerandus, non tamen in ditione Gallicâ moraturus propter odium Regis, qui ejus vindicarat arces, sed ad Dominium transiit Comitis *de Moriamés* qui sororem suam desponderat, ibi ad obitum Caroli V. Regis persedit.

Carolo itaque illo quinto ad an. 1380. extincto, Carolus VI. Ad sceptrum sublimatur & Valerandus in gratiam Principis revocatur mediantibus Venceslao Brabantino & Duce Andegavensi, cui erat in paucis charus: quod ubi audiit Comes noster ex Hameto discessit & uxore in Castrum *de Bohain* adductâ, ipse Parisios venit ubi ad Principis pedes se abjiciens, obsecrans precatur, ut juventuti donaret, quod eo inscio nuptias cum alienigenâ contraxisset: quo ad Arces verò, quas æmuli, aiebant, hostibus spopondisse, & calomniam ostendit & petiit innocentiam duello probari: at Rex pacificus se abunde satisfactum, omniaque anteacta oblivioni dedisse, respondit.

Verum Valerandus non existimabat famam penitus rein-

tegratam, ni Sycophanta illatam lueret injuriam, arguebat autem Dom. *de la Riviere* tanquam infortunii autorem, quasi Carolum V. esset dehortatus, quominus sibi parceret & ruïnam suam jurasset: his exacerbatus Comes recriminatione uti non dubitavit, astruens Calumniatorem fuisse reipublicæ proditorem, atque hoc ipsum in se recipiebat probandum, ejusdem propriis epistolis manu ac sigillo signatis, quibus ab Rectoribus Anglicis petebat copias in Galliam transmitti, at Dom. *de la Riviere*, innocuum pariter se ostendere tentavit; tandem post multas utrimque disceptationes omnibus supersessum est.

Interim Comes majorem quam unquam apud Carolum VI. gratiam nactus est & inivit talem autoritatem ait Vignerius, ut nihil momenti ab eodem Rege molitum est in suos hostes, nullum prælium, iter nullum sive intra sive extra Regnum, ubi non adfuerit, Concilii aut Parlamenti consessus pro republicâ, ad quem non fuerit vocatus: nullum de componendâ pace colloquium, cui non præfuerit. Primaria etenim Provincia ei demandata est in bello apud Menapios & Flandros ad quos Regem Comitatus est, fuitque ex eis electus, qui classem ducere habebant in Angliam, ni avocata fuisset molitio.

Adfuit idem in Prælio de Rosbeques contra Flandros & anno 1383. Regem sociavit Carolum, cum denuò copias traduceret in Flandriam ut Anglos pelleret.

Anno 1382. Ludovicus Maleanus, (sic, à loco Natali juxta Brugas, nominatus) Margaretæ, ex Ludovico Nivernensi Flandriæ Comite filius, jamdudùm successione, Flandriæ Comes, ab obitu matris Artesiæ Comitatum & Burgundiæ obtinet: in isto, Flandriæ Artesia conjungitur, pristinæque suæ redditur naturæ, cum antea, ducentis circiter annis avulsa, linguâque & moribus ferè discreta regeretur, permansit verò Provinciarum & jurisdictionis distinctio cum insignibus propriis, ut in his nihil commune nunc retineant. Ut quamvis Gallica insignia ad ternum liliorum numerum reducta sint sub Carolo VI. Rege, nihil tamen in iis, quæ Artesię sunt, adimitur. *Bersacius in Locrio.*

Anno 1387. obitus B. Petri de Luxemburgo tituli ad Sanctum Georgium ad velum aureum Diaconi Cardinalis, qui Parentes habuit ex Imperiali & Regali stirpe prodeuntes; siquidem natus legitur XX. Julii anno M CCC LXIX Linei (*Ligny*) in Diœcesi Tullensi, ex nobilissimâ Guidonis Luxemburgi I. Comitis Linei & de Roussiano prosapiâ cujus Mater Macthildis de *Chastillon* Comitissa Sancti Pauli Domina de *Fiennes* &c. quæ clarissimum in Artesiâ Comitatum Sanctpaulinum, aliosque quam plurimos fundos in dotem attulit, fratrem hic habuit natu majorem Valerandum à Luxemburg. Sancti Pauli & Linei Comitem, summum in Franciâ militiæ Prefectum, vulgò, stabuli Comitem, Andream à Luxemb. Cameracensem Episcopum &c. tantus porrò in Petrum Macthildis fuit amor, ut proprio lacte non adventitio & emptitio, ut assolent fœminæ nobiles, infantem Petrum nutrierit. Vix excesserat 5. aut 6. annum, cum castitatis florem Deo promisit. Anno ætatis 11. cum nihil præter annulum haberet, eum detractum vendi jussit, ne pauper stipem petens indonatus abiret.

In Canonicorum Collegium cooptatus est, & Archidiaconatus Driensis munere, inde statim in Ecclesiâ Carnotensi egregie functus, sed in his quasi minoribus longo tempore tam singularis & celebris virtus non subsistit, ad majora semper & ardua tendit virtus & quasi vivida ab imis ad summa quæque attollitur. Unde Metensis Episcopatus infulis paulo post Petrus decoratur. Solemni Pompâ, sed mirabili Metensem ingreditur Civitatem, Christum profectò diceres, aut Christi potiùs discipulum, qui Magistri humilitatem ut miratus, sic imitatus, expeditus non in equo sed in asinæ pullo, nudis pedibus, Luxemburgico fratre natu majore Comite hanc urbem petierit, in quâ non ità diù stetit, quin Diœcesanas cum Suffraganeo Ecclesias adierit, imminutatam restituerit disciplinam, cultumque divinum, cui ille semper affixus fuit, adauxerit: ità mortificando corpori deditus, ut flagris singulis diebus corpus cæderet, Cili-

cium, quo induebatur esset asperrimum, humilitatis Magistrum Christum Dominum profundâ animi demissione sequeretur: unde jusserat si extra fines Avenionenses decessisset Parisiis corpus deferri & in Cœnatophio pauperum SS· Innocentium tumulari: si verò Avenione obitus obtigisset in Cœmeterio Sancti Michaëlis subdio cum pauperum cadaveribus humo conderetur; in pręsenti est Cœnobium Patrum Cœlestinorum.

Spiritum reddidit annum agens duodevigesimum die 5. Julii Avenione anno M CCC LXXXVII. intra sui obitus Biennium nongenta & sexaginta quatuor miracula leguntur contigisse. Quotannis dies V. Julii ejus Sanctissimæ memoriæ consecratur: nobile Sacellum Avenione in ejus honorem est, aliud Parisiis apud Cœlestinos. Philippus Burgundiæ Dux Basilcensibus Patribus scripsit, anno 1436. ut eis placeret ipsum Albo Sanctorum inscribere. Sed quod tunc non actum est, propter discordiam Concilii & Pontificis, hoc egit postmodum Clemens VII. dato Beatificationis Diplomate anno 1527. *(a)* V. infra.

Ad ejus tumulum hi exarantur versus
Hoc colitur templo, tegitur simul aurea virtus,
Clara Lucemburgi soboles, nitidissima merces,
Orbis & unus honos, mortali corpore cælum
Transfertur, meritis Petrus inter numina numen,
Anno Milleno sepelitur, sicque trecentis
His septem junges, octoginta super addens,
Et quinta Julii, pollens virtutibus altis,
Assidue à populo veneratur quolibet anno. (*b*)

Anno 1389. mittitur Valerandus noster cum aliis Legatus de pace ad Britannum Regem, quocum inducias ad 3. annos composuit.

Anno sequenti invitatur ab eodem Principe ad Hastiludium Londinense vulgò *la Fête des Calenge* nuncupatum eo in negotio adeò industrium se præbuit, ut & inter Equites omnes primariam retulerit palmam.

(*a*) P. *Frison Gall. Purp.*
(*a*) *Miræus.*

Eodem ævo Valerandus patentibus litteris Aprili mens. datis civium incolarum communiæ Oppidi de Perniaco (gal. *Pernes*) à Comitatu Sancti Pauli pendente, firmat privilegia, jura & libertates quę ab Antecessoribus eis concessa erant, & maximè jus eligendi Consulem ac Scabinos, quod in vim legis ac moris abibat. Quin! iisdem traditur litteris, quod anno 1369. Oppidum ipsum (Perniacum) ab Anglis Regni Gallici infensis, fuerit aggressum, interceptum & incensum; quodque eo incendio incolæ instrumenta omnia quę leges ac mores suos præferebant, perdiderint. Undè ab illâ jacturâ deinceps jure illo prædicto uti nequaquam sunt ausi: quare supplices rogarunt Comitissam suam de Sancto Paulo usufructuariam Comitis nostri amittam, quæ pro suo tempore eis facultatem concessit ut suo, sicut ante solebant jure uterentur ad modum scilicet quo tunc utebantur Consul & Scabini Paulopolensis Civitatis: tempore autem laudatæ amittæ elapso & Perniaco in jus Valerandi nepotis reverso, Parem ab eo aut ejus Ministris obtinuêre facultatem. (*a*)

Anno 1391. Valerandus grassatur & Cameracensium fines Equestribus suis decursionibus evastat; similem anno sequenti populationem invehit tractui Luxemburgico, indignatus enim quod consanguineus Rex Bohemiæ pecunias, quas illi Genitor Guido mutuas dederat, reddere detrectaret, sanguinis vel nominis respectu postposito, omnem prope dominatum Luxemburgicum depopulatus est, siquidem vicos notabiles numero viginti suprà centum flammis addixit, arces diruit plerasque duabus duntaxat sartis tectis sibi servatis, quarum custodiam, primæ Ludovico *Duquesnoy*, Secundæ Theodorico de *Diximude* commisit. (*b*)

Eo ævo 13. Aprilis fundat Comes noster pro refrigerio animarum suæ & Sponsæ Macthildis defunctæ sacrum perpetuum in Sancti Nicolai Capellaniâ Ecclesiæ Matricis N. D. de Boloniâ ad Mare; quod ratum habuit

(*a*) *Duchêne.* (*b*) *Locrius*, *Belleforest.*

Joannes Comes Boloniensis, Maii mense anni 139 . jure patronatus penes fundatorem remanente, ad collationem Episcopi Diœcesani. (*a*)

Anno 1395. Philippus Audax Dux Burgundiæ & Comes Flandriæ Arcem Hesdiniensem eleganti opere construxit ad voluptuarios inter venandum secessus; sicut & olim alter Philippus Alsatius etiam Flandriæ Princeps illam Alciacensem ad Alteiam fluvium exædificaverat editâ in rupe, quo se pariter à venatione reciperet atque delectaret. (*b*)

Anno 1396. Comes noster ad Angliæ Regem, rursum de pace Legatus mittitur, & ipsum Principem induxit, ut Mare transmearet, Calesiumque veniret dein cum magnatibus seligitur in tentorii Regii custodiam tempore congressus Caroli VI. cum Richardo Anglorum Rege, Ardream inter & Calesium, ubi Isabellis *de France* Anglo tradita in Sponsam.

Eodem autem anno labente Galliæ Rex Carolus Valerandum constituit Civitatis suæ Genuensis Gubernatorem. (*c*)

Hac tempestate Valerandus Turmas ab eodem Principe obtinet, quas in Frigiam duxit in auxilium Hannoniensis Comitis, iisque hostem debellavit & fugavit.

Anno 1398. Walerandus S. Pauli Comes ait *Locrius* ab Philippo Principe Joannæ Brabantinæ consanguineæ contra Juliacenses atque Gueldros, qui ejus ditiones depopulabantur, auxilio cum trecentis equitibus transmittitur.
„ Tum addit. *J. Pontanus* lib. 8. Valeramum (sic scri-
„ bit) Comitem S. Pauli cupido incessit Patrem Julia-
„ censi olim prælio de quo ad annum 1371. interfectum,
„ vindicandi. Omnes itaque Brabantinorum Copias Ju-
„ liacum duxit. Incolæ audito hostium adventu, fugam
„ adversâ portâ faciebant, quos insecutus Comes, multis
„ eorum captis triginta aureorum Rhenensium milli-

(*a*) *D. Duchéne Invent. des Titres.*
(*b*) *Chron Belgicum.*
(*c*) *Ex Litteris Paris. datis.*

„ bus captivos & Oppidum, ne incenderetur, redimere „ compulit.

Per id tempus datur Attrebati Antonio Burgundi filio conjux Joanna Valerani Comitis S. Pauli & Insulensis Castellani filia inquit *Buzelin*, è quibus postea Progeniti Joannes Brabantiæ Dux, qui Lovaniensem Academiam condidit & Philippus, qui subinde fuit Comes S. Pauli: eorum nuptiæ apparatu quam maximo celebratæ fuerunt, Principum multos ad eas evocante Burgundo Duce.

Anno 1400. Ricardus Britanniæ Rex suo spoliatur Regno, à suis rebellibus necatur & uxor ejus Calesium dimittitur, quo Valerando atque Domicellæ Joannæ Sorori suæ & aliis commissum est se conferre, ut Principissam ad Regem Patrem deducendam, reciperent.

Eo item anno Comes contractis novis sponsalibus cum Bonnâ *de Bar* Roberti filiâ, in uxorem ducit, & solemnes celebrat nuptias, assignatis prius in dotem sex mille florenis à ditionibus de S. Paulo & Ligniaco accipiendis, &c. *Ex litteris ejusd. contract.*

Anno 1402. fluminum saltuumque donatur magisterio Valerandus; eoque ævo Syngraphum ad novum Angliæ Regem dirigit singulare in certamen provocatorium, sed quem Rex ille sprevit; hinc Comes indignatus in vindictam & Regis vituperium patibulum extrui & ad Calesii portas erigi atque in eo Iconem Regiam suspendi fecit. At suo suorumque gravi damno, uti fuse narrant *Monstrelét*, *Vignier*, *Duchene* &c. Etenim cum Anglis bellum indixisset an. 1403. ab iisdem ad insulam *de Wight* subigitur. Vide *Buzelinum*.

Anno 1405. proRex instituitur in partibus Picardicis ac Boloniensibus & mox ad *Mergs* juxta Calesium denuo in Anglos insurgit, ast ubi sortem sibi adversari animadvertit, illico Teroannam se recepit. (*a*)

Ipso anno Petrus de Luxemburgo filius Joannis de *Beaurevoir*, *Bohain* &c. & Margaretæ Comitissæ *de Conversan*, de *Brienne*; Dominæ *de Enghien*, nuptialem sponde-

(*a*) *Locrius.*

fidem Margaretæ *Desbaux* filiæ Guillelmi Ducis *de Andry* & Sorori Ducis *Danet* in Siciliâ, à quorum connubio prodiit proles fœcundissima ut infra. Petrus autem Joannam amittam suam excepit in Comitatu S. Pauli. (a)

Anno 1407. 12. Aug. Joanna de Luxemb. Valerandi unica dies clausit suos, Vveræ humata, Liberis duobus, ut supradictum Joanne & Philippo ex Antonio Burgundo Duce Brabantino, relictis, qui acceperunt heredium, Joannes quidem Brabantinum, Lotricensem & Lymburgensem, Philippus vero Comitatus Paulinum & Ligniacensem. (b)

Anno sequenti adfuit Valerandus Carnuti reconciliationi utriusque familiæ Aurelianensis & Burgundicæ, quâ mutuo ab æmulis juratâ, mox à Regibus Galliæ & Siliciæ, à Regiis Principibus, ab ipso Comite Sancti Pauli aliisque primoribus proceribus publice firmatur in templo Parthenonensi ejusdem Metropolis. (c)

Anno 1409. Substituitur Valerandus cum aliis Comitibus *de la Marche* & *Vendome* in reformationem officialium ærarii publici; eoque ævo interest nuptiis Ludovici de Bavariâ & filiæ Regis Navarræ cum Principibus Regii sanguinis, Ducibus, Comitibus aliisque Magnatibus. (d)

Anno subsecuto Comes noster arduis in negotiis committitur à Rege legatus, hinc Burgundo Duce (cui in paucis Charus) interveniente sufficitur Petro *des Essars* in Regii Buticularii officio & dignitate.

Anno 1411 Querelis jam sopitis in pejus recrudescentibus inter Duces Burgundum & Aureliacensem; & Burgundus, Rege ac Parisiensibus in partes suas attractis, Valerandum asseclam suum fidum, Lutetiæ Præfectum constituit, dein ipso anno labente Carolus Rex eundem mittit in Pagum Valesianum, quo arces, Civitates, Oppida, &c. quę Aurelianensem factionem amplexabantur, Regio subderet Imperio; quo exacto, Comes

(a) *Idem.* (b) *Idem.*
(c) *Belleforest.*
(d) *Montrelet.*

redux anno seq. ineunte, Burgundo etiam Suffragante, ipsi creditur Gladius Regius, & Carolo *d'Albret* amoto, subrogatur Regni Connestabilis.

Eo decoratus titulo in ditionem Ducis de Alenconio, qui Aurelianensis prolis partes tuebatur, cum Turmâ & comitante nepote suo Joanne perrexit, ubi S. Remigii Oppidum mox oppugnavit, quo expugnato, eos debellavit & fugavit, qui obsidium solvere tentarant. Hinc eo ipso nepotem renuntiavit Equitem & ipse gloriam & nomen non infimum consecutus, à Principe Gallico & Duce Burgundo, favore ac mercede multâ donatus est. (a)

Anno 1412. dum Rex Bituricum circumsedet Comes noster Audomarum & in agrum Boloniensem mittitur ad cursitationes Anglorum ac molitiones campescendas; sed interim pax intercedit cum Aurelianensibus asseclis, cujus intuitu D. *d'Albret* Connestabilem agere tentanti, obstat viriliter Valerandus.

Nihilominus anno seq. hæc adversa Comiti supervenit fortunatæ aleæ conversio, ut qui Commissarius, Consiliarius, Buticularius, Parisiorum Præfectus, Regni Connestabilis, Legatus ad Principes, Prorex in Bolonicis & Picardicis, qui inquam tot præclara in obsequium Regis facinora & belli & pacis, æquo vel prospero marte patrarat, absens suis destituitur Titulis; siquidem dum Boloniæ tractaret de induciis duos inter Reges, atque inde redux, Insulis interesset, Concilio à Burgundo convocato, ibidem mandatum accipit Regium, quo Connestabilis gladium reddere jubetur, at dissuadente Burgundo Paulopolim ad Arcem suam Ternensem, ubi subsistebat uxor, regressus est, inde Ambianum, unde Parisios ad Principem Legatos dirigit Nepotem conversanum Comitem, Vicedominum Ambianensem & Magistrum Robertum *le Jeune* Causidicum, qui coram Rege legationem proponens, subdidit patrio sermone. *Quonques son Seigneur & son Maitre ne fut en ce Roiaume Partial, n'auroit tenu bande, ne aussi n'avoit aucunes Villes, Cha-*

(a) *Monstrelet, Vignier.*

teaulx & forteresse contre le Roy assailly, n'occupez come avoient fait plusieurs autres: quibus prolatis, sed minimè à sociis legatis probatis, in Castellanam deducitur Custodiam, quâ post biduum Suffragante Batrensi Duce sororis Valerandi viro, liberatur: hæc audiens Comes noster Ambiano secedens, cogitatione defixus ac mœstus in Comitatum suum remigravit.

Octobri sequenti ad eum adveniunt Paulopolim alii nuntii scilicet D. *d'Offremont* & *de Moy* Regio mandantes iterato jussu ut gladium Connestabilis aut remittat aut reddat: respondit Comes sponte & amicis inconsultis id haud facturum, ipsis verò auditis, spondet in paucis responsum daturum tale, quod Regi faceret satis: quo accepto, nuntii epulo honorificentissimo excepti Parisios repetunt legationis rationem reddituri, ast Regi haud satis fuit Comitis responsio. Interim Comes iteratum à Burgundo Consilium de non parendo habuit, spondens Dux super hoc auxilium; quocirca rursus dirigit Comes Vice-Dominum Ambianensem ad Regem Carolum, qui iis diebus novo inhibuit edicto, ne quisquam cujuscumque status arma induat.

Ipso Ævo Dux Burgundiæ Concilio habito Ambiani cum fratre Guillelmo, Joanne Bavaro Leodiensi Antistite & Comitibus de Sancto Paulo & de Cliviâ, quærit ab eis num casu Belli contra Gallos pro se militare refugerent? Spondent omnes in ejus hostes armaturos, salvis Rege & Regiâ prole; Consilio soluto, Dux Burgundiæ in Flandriam, alii ad sua & Valerandus ad suum Sancti Pauli Castrum se receperunt.

Illo ipso tempore Paulopolim se contulit apparitor Regius cum litteris ad Comitem, quibus ei gravi denuntiatâ pœnâ vetat ne militet aut conscribat in sequelam Burgundiæ Ducis Regio absque jussu: atque iisdem litteris mandatur, ut scripto ipsas accuset à se receptas, quod & præstitit Comes. (*a*)

Ad annum 1413. notat Claudius *Hemæus in suis Vi-*

(*a*) *Monstrelet* 1. *vol.*

romanduis Valerandum &c. Constabularium Franciæ recepisse à Sancti Quintini Canonicis ingentem pecuniæ summam, quam depositam apud eos in Gazophilacio condiderat.

Anno 1414. Valerandus qui se eatenùs stabuli Magistrum contendebat, Ambiano Paulopolim remeans equo mox dejectus, crus sibi fregit, undè nimio præ dolore cæsus ad suam Sancti Pauli Arcem transferri se curavit. Eodem anno Joannes Dux Burgundiæ, Joannem Valerandi nepotem Attrebato custodiendo ac tuendo præfecit; dum verò hæc Metropolis à Carolo Rege oppugnatur, Paulinam depopulatur ditionem Northus Borbonius, mille emissis militibus, imò ad Paulopolis (ubi Valerandus æger & uxor subsidebant) pomeria accedunt, & inde Comiti convitiabantur dictitantes illum ægrotantem simulare ne Regi Domino suo obsequium præstaret, quin; quod multum addictus Burgundo in ejus subsidium nepotem Joannem atque suos præbuisse sequaces. Hæc & alia audiens, noluit præsidiarios suos in prædatores irruere, ne male Regis esset animo. Nihilominùs non abiere illi, quin suburbanorum partem haud modicam flammis addixissent. [*a*)

Eâdem tempestate Antonio Brabantino mediante pactæ sunt judiciæ, & Attrebatibus in Regis potestatem subditis, pax inita & propalata est. Iisdem quoque diebus Valerandus Luxemburgici ducatus donatus est Præfecturâ ab ipsomet Antonio Brab. genero suo: quo Comes se transmisit illomet anno; dum autem iter ageret, Civitatibus, Oppidis ac Arcibus perlustratis, Novævillâ ad Mosam Oppidum à Joannis Dom. de Orchimonte præsidio insessum, expugnavit &c.

Insequenti demum anno 1415. ineunte Valerandus lethalem incidit in morbum, & Aprilis 19. qui toties se aliosque complures omnifariam militari implicuerat aleâ, ipse modo mortis occumbit casibus Ivodii, ubi tumulatus præter intentionem postremam, votum enim aperuerat Sponsæ se in Caricampensi Basilicâ majorum Con-

(*a*] *Idem.*

ditorio sepeliri velle,, at frustrà, abnuit siquidem uxor Bonna quod, ut aiebat, alieno nimium ære gravatus obiisset. (*a*)

Quocircà Valerando extincto ipsa Bonna mobilibus ac immobilibus connubialis societatis non modò cessit, verum etiam in cessionis signum, publicè per actorem mediis in ipsius Mariti obsequiis, feretro zonam, claves & crumenam adjicere eam non puduit, quin! subindè heredum tutori Antonio Brabantino dicam impinxit, ut dos destinata sibi donaretur.

Hoc ipso anno 25. Octob. Sancti Pauli Comitatus insignem sustinuit cladem ex pugnâ in Campis Azincurianis juxta Russelivillam commissa, ubi Gallorum maxima cædes ab Anglis perpetrata. Vid *Locrium*, vel eam ipsam à Domino *Spondano* audito descriptam.

Henricus Anglorum Rex transmittens cum mille quingentis navibus, (ut *Walsingham* habet) & *multis* copiis, exscentione factâ ad urbem Auriflorium (Harfleur) Normanniæ; eam obsedit, & post Validam obsessorum quadraginta fermè dierum propugnationem deditione cepit: Postquæ cum tam Armis quam morbo qui castra invasit, aliquot Anglorum millibus desideratis, reditum per Picardiam versùs Caletum maturaret magnâ rerum omnium penuriâ ob insequentes & commeatum impedientes Francos: demum cum ad Vicum Blangium [Blangy] prope Azincurtum ventum esset post oblatas ab Henrico Rege Francis amplas conditiones, quo liber abire permitteretur, recusatasque illas ferocitate juniorum Principum inexpertorum (cum expertissimi duces amplectendas censerent; essentque oppido præteritarum calamitatum exempla quæ id suaderent)necesse fuitad certamen venire.

Cum in tanto periculo jubens Rex Anglus suos totam noctem in pervigiliis, orationibus, & mutuâ peccatorum Exomologesi transigere atque etiam (ut ex Æneâ silvio *Nauclerus* narrat) pusillum terræ ob memoriam Sacramenti Eucharistiæ alterum alteri porrigere, initâ pugnâ die

(*a*) *Legesis Monstrelet lib.* 1

25 Octob. Franci sive ex solitâ inconsideratissimâ levitate & numquam non nocuo hostium contemptu, sive loci iniquitate seu proditione, sive etiam hostium fortitudine & disciplinâ militari, sive aliis de causis quas historici seu veras seu prætextas referunt; seu potius ut Rex ipse Henricus pie ac prudenter agnovisse dicitur & captivis exprobrasse, pœnas exigente divino numine de multiplicibus nobilitatis ac plebis Franciæ vitiis, turpissime victi sunt, multis millibus occisis, pluribus captivis. Fuereque inter mortuos Duces, Alenconius, Barensis, Brabantinus, Comitis Nivernensis & Marli Dominus Alebreti Connestabilis Franciæ, Jacobus Castilloneus Admiralius, Archiepiscopus Senonensis, (nam & hic voluit suo damno & contra Regulas Ecclesiasticas fortiter agere: vocabatur autem Joannes de Monte Acuto) aliique nobiles ad quatuor millia, ut Juvenalis habet & alius ejusdem temporis Chronographus qui editus est in fine ejus Historiæ: omnes in universum (ut *Monstreletus* qui totum hoc bellum diffusissime narrat) ad decem millia cujuscumque conditionis.

Inter captivos, Duces Aurelianus & Borbonius, Comites Vindocinensis, *d'Eu* (Ugelli) & Richemontius ac Marescallus Bucicaldus qui in Angliam saucius ductus ibi occubuit. Haud tamen omnino incruentâ victoria Anglis; è quorum præcipuis occisi sunt Dux Ebroacensis Regis Patruus & Comes Suffolciæ. omnisque generis hominum ad mille sexcentos.

Inde Rex Henricus Caletum repetens in Angliam rediit cum suis Nobilioribus captivis magnas ubique Deo gratias agens de victoriâ pene miraculo de hostibus partâ: adeo ut quod eâ contigerit die Festo SS. Crispini & Chrispiniani Martirum, qui his partibus coluntur, eorum memoriam quamdiu vixit in singulis Missis fieri jusserit: putatur enim à plerisque Clades ista Francis illata in vindictam fœditissimæ violationis sacrarum reliquiarum illorum Sanctorum in occupatione anno preterito facta urbis Suessionensis, quæ partes Rebellis Burgundi sequebatur.

Sed temperavit Deus vindictam. Si enim Henricus victoriam prosecutus fuisset, nullum est dubium quin-jam tunc multas alias urbes, forte & Provincias adeptus foret: qui satis habens salvus à tanto periculo evasisse ne unico quidem viculo tentato, festinantissime pene ut fugiens in Angliam transfretavit. Hactenus ille. Addit hæc observatu digna Guillelmus *Paradin* in suis Annalibus Burgundicis.

De cette bataille fut apportée au Comte de Charrolois une riche épée, armée d'or, de pierreries & pretieux joyaux laquelle avoit été prinse dedans les coffres du Roy d'Angleterre par Robinet de Bornoville & Isambert d'Azincourt, qui pendant la bataille se debandans, se ruerent sur le bagage du Roy d'Angleterre, le detrousserent, en haine dequoi le Roy susdit fit crier a son de trompe par touttes ses batailles que sur peine de mort tous Anglois eussent a mettre a mort tous leurs prisonniers François: ce qui fut fait avec un grand meurtre de grans Seigneurs dont lesdits de Bornoville & Azincourt furent cause; & estans de ce accusés envers le Duc de Bourgogne les voulut faire mourir, mais le Comte de Charrolois son fils les sauva en faveur de la belle espée qu'ils lui avoyent donné.

Au surplus icelui Comte scachant la malheureuse aventure des François en eut au cœur grande tristesse & par especial reçeut tres grand dueil de la mort de ses deux oncles paternels sc. le Duc de Brabant & le Comte de Nevers. Pourquoi incontinent apres le departement des Anglois se transporta sur les lieus de la Bataille, & par pitié feit enterrer tous les morts qui estoient demeurez nuds sur les champs, & a ce faire, furent de par lui commis l'Abbé de Roussiauville (Bauduin de Hernicourt *) & le Baillif d'Aire, lesquels firent mesurer en quarrure vingt-cinq cens verges, ou cannes de circuit de terre, lequel espace ils firent diligemment clorre de fortes hayes & espines, & audedans d'un grand & profond fossé, à ce que les loups, chiens & autres bestes charongnieres n'y peussent entrer. Et d'icelle terre feirent faire un Cimetiere par l'Evêque d'Esguines Suffragant des Lois de Luxembourg Evêque*

de Terrouanne, qui le benit : puis feirent trois fossés de la largeur de deux hommes, dedans lesquels furent ensevelis de compte fait, cinq mille huit cens hommes.

Les amis & serviteurs des Princes & Seigneurs avoyent deja emporté les corps de leurs Seigneurs & Maistres. Il y en eut un grand nombre qui aiant été navré a mort a cette Bataille, allerent mourir ès bois prochains, les autres és Hospitaux des Villes prochaines, & és Villages. &c. lib. 3.

PROLES.

VALERANDI ET MACTHILDIS ANGLICÆ UNICA FUIT

JOanna eaque formalissima, nupta ut prædictum, Antonio Brabantino &c. à quo duos sustulit filios Joannem & Philippum (qui sequitur) Comitem S. Pauli, & filiam, cujus nomen latet, quæque primâ ætate obiit.

Barlandus de hoc felici conjugio ita edisserit in *Chronicis*. In matrimonium " accepit (Antonius) Joannam „ Simpoliam, in quâ muliere cum formâ excellenti ac „ generis claritudine, probitas morum ex æquo certavit. „ Liberos habuit ex hâc conjuge Joannem & Philippum fi- „ lios & filiam quæ juvenis dicessit. Anno gubernationis „ Brabanticæ primo uxorem ex Valedudine amisit, quam, „ quum unicè ac perseveranter vivam dilexisset, etiam de- „ functam honorificentissimè extulit ; corpus Uveram de- „ portatum, atque ibi loci sepultum Cap. *69*.

„ Antonius autem ipse hoc anno 1415. ad Azincuriam „ pugnam occubuit, ejus corpus tertio die repertum in- „ ter jacentium cadavera per Oppidum Sancti Pauli, „ Tornacum & Hallas, indè Bruxellas deportatur, ce- „ lebratis magnâ pompa exequiis in templo Sanctæ Gudu- „ læ, non sine gravissimo totius aulici ordinis & Patriæ dolore ac lacrimis ; avehitur Uveram ubi sepultura datum est juxta monumentum conjugis Joannæ Simpoliæ &c. *idem cap. 75. & Haraus.*



PHILIPPUS BURGUNDUS DUX DE LOTHIER, S. IMPERI MARCHIO. XXVI. COMES DE S. PAULO ET LIGNIACO, BRABANTIÆ PRINCEPS &c. CASTELLANUS INSULENSIS.

EXcepit ergo Philippus Burgundus Genitrice Joannâ II. genitus Avum ſuum Valerandum in ditione Sanctpaulinâ anno 1415. dictum ad annum 1407. Joannem primogenitum in hereditatis partem, Brabantinum accepiſſe Ducatum, hoc anno addendum, genitore perempto in ſuæ ditionis Ducem Lovanii receptum ætatis tertio decimo. Miſerat Joannes Burgundiæ Dux Joannis Patruus, qui inaugurationi novi Principis adeſſent, Epiſcopum Tornacenſem & Jacobum Curtojambum Equitem. Dein Lovanio Bruxellas, Antuerpiam ac Boſcum profectus Dux novus Sacramenta à Civibus excepit.

Venit per eos dies Bruxellas Dux Burgundiæ Joannes ait *Hæreus* Tutelam Ducis noſtri Joannis expoſcens: quâ denegatâ iratus, abducto unâ Philippo fratre Ducis in Picardiam conceſſit, ubi Sancti Pauli Comitatus incolas

in

in verba ejus adegit. Is enim Comitatus & Ligniacensis, huic Juveni ex hæreditate obvenerant, quos Joannes Burgundiæ Dux tutorio nomine pro nepote aliquandiu gubernavit.

Idem Dux Joannes anno 1417. Comitem sibi adscivit Philippum nostrum in expugnatione Arcium ac Oppidorum quę sibi obvia erant per viam, quâ Parisiorum Lutetias ducebat exercitum; cum autem ventum Pontisaram inter & Melancum in plana camporum suos omnes struxit in acies, quasi adesset hostis oppugnandus, ut omnem in ictu occuli conspiceret exercitum. Equidem pulchrum erat tantam intueri militum multitudinem, qui habitu discriminabantur, ac zelo, zelati Duce pro suo contra hostes quoscumque. Eos vero inter primores, qui aliis præerant primus eminebat Phillippus noster, sequebantur Joannes de Luxemburgo *D. d'Antoing* & alii quos memorat *Monstrelet.*

Anno 1418. Joannes Dux Divione degens, acceptis Parisiorum atque aliarum arcium deditarum nuntiis, mox Trecas tendit, quo Reginam liberaret & secum, comitante nostro Philippo, Parisios adduceret, quod & factum apparatu permagnifico ut describit *Idem Monstrelet.*

Eo item anno Rex Carolus VI. & Dux Burgundiæ Joannes Provinii degentes & Parisiorum securitati providere cupienets, in ipsorum sublevamen ad eos mittunt Philippum S. Pauli Comitem 15. duntaxat annos vel circa natum, quem Metropolis Regiæ Proregem constituunt, atque in illius adjutorium adolescenris datur Franciæ Cancellarius Eustachius *de Lattre* qui res cum civiles tum Bellicas tractaret. *Idem.*

Anno 1419. Consessum ineunt Reges Galliæ & Angliæ apud Melancum ad inducias pascisccendas, intererat Burgundiæ Dux nepote suo comitatus, at incassum abiit congressio: paucos vero post dies pax juratur inter Carolum Delphinum & Ducem Burgundię quam subsignarunt uterque Princeps, dein Magnates utrimque, Jacobus Borbonius, Robertus *Masson* Cancellarius & alii à parte

P

Delphini, Philippus noster, Joannes de Luxemburgo & cœteri ex parte Ducis, &c. His gestis promulgantur induciæ per Regni loca diversa.

„ Pax ita rite jurata 11. & renovata est 29. Julii. Ni-
„ hilominus 10. Septemb. secuti Joannes ipse Dux Bur-
„ gund. fraude Caroli Delphini ad colloquium evocatus
„ Monterellæ ad confluentem Jovæ & Sequanæ misere
„ trucidatur, Successore Philippo Filio ait *Divæus.*

Hic auditâ genitoris nece, dolore tactus cordis intrinsecus, vindictam protinus meditatur, hinc Parisii dolentes, eorum præfectus Philippus Sancti Pauli Comes, Cancellarius, Mercatorum Præpositi, Regii omnes Conciliarii ac Officiales aliisque nobilibus & plebeis in unum cœuntes, & facinore explorato, omnes Philippo Regis Vicesgerenti obsequii Sacramentum dixere in Metropolis suæ custodiam. Comes ipse Philippus viciffim idem juravit. Unde horum litteræ signatæ & ad Civitatum Rectores Missæ, ut subditos suos in sua adigerent verba.

„ Interim magnifice parentavit Philippus filius apud
„ Attrebates in ęde D. Vedasti Ep. die veneris 3. idus
„ Octob. interfuere Antistites, Ambianus, Cameracenus,
„ Morinensis, Tornacensis, Attrebatensisque cum Abbis
„ compluribus ex circumjectis Regionibus, pullati erant
„ cum Philippo, Joannes Luxemburgius & Jacobus Ha-
„ ricuriâ: rem divinam fecit Episcopus Ambianus, con-
„ cionem habuit Petrus *Floræus* professione Dominicanus
„ inquisitor fidei Provinciæ Remensis *Meierus.*

Completis exequiis Parisii eorumque Præfectus Comes S. Pauli Philippus, iterum legatos ad Ducem Burgundiæ Philippum summittunt rogatum quid imperaret? Erant capita Joannes Senonensis Joannis Ducis defuncti Cancellarius, Andreas Valinensis & Petrus Orlius: mandat Philippus Civitates omnes in fide contineant, donec conscriptâ acie se totis attingat viribus cędi pii Genitoris sui ulciscendę. *Idem.*

Anno 1420. Arx de Lign'aco obsidetur & expugnatur à Cardinale Barrensi Duce, at mox compositione initâ

Domino suo genuino restuitur Philippo nostro Comiti.

Eodem ævo Dux de Clarentiâ subrogatur Philippo in Præfecturâ Parisiensi, Comes vero noster Ambianorum & Picardorum procurator creatur & legatus à Rege ad partes Picardicas, Comitantibus Petro de *Marigny* & aliis, ut Civitates cunctas in fidem Regis cogerent, & pax Reges inter Gallum & Anglum Sarta tecta permaneret. Patentes autem Regiæ hujusmodi erant tenoris.

Charles par la grace de Dieu Roy de France, & a noz tres chiers & aymez Cousins le Comte de S. Pol, l'Eveque de Therouenne & Jean de Luxembourg & a nos tres chiers & bien aymez l'Eveque d'Arras & de Lisle Maistre Pierre de Marigny nostre Advocat en Parlement & Maistre George d'Ostende nostre Secretaire, salut & dilection : Comme n'aguerres aions fait paix finalle & perpetuelle &c. Donné en nostre siege devant Melun le 23. de Juillet l'an de grace mille CCCC & XX. de nostre Regne le XIV. ainsi signées.... Mare, &c. hæc ex *Monstrelet*, sed audiamus *Meierum* & *Divæum* ad eundem annum.

„ Philippus Comes Sancti Pauli inquit *Meierus* Ambia-
„ norum & Picardiæ Procurator, creatusque simul mox
„ Rector Brabantię ob tarditatem fratris sui Joannis Ducis
„ qui Jacobam Bavaram Procacem morosamque fœminam
„ quam tenebat conjugio &c. Sed accuratiùs rem discutit
„ Divæus : Brabantini, ait, Ducem in dies in pejus tuere
„ ac se totum infimis hominibus, & qui eum ab ordinibus
„ averterent, deditum conspicati, Edmundum ab Emi-
„ chovià Commendatorem Joannitarum, ac Dom. Chan-
„ treynæ in Franciam miserunt ad Philippum fratrem Du-
„ cis nostri Joannis Comitem Sancti Pauli, quem juvenem
„ fortè ac longè à fraternis moribus alienum pridem Joan-
„ nes Patruus Dux Burgundiæ Præfectum Lutetię crearat,
„ jam verò illum Picardiæ Rex Francus præfecerat. Hunc
„ itaque orarunt ut in Brabantiam veniens gubernationem
„ terræ acciperet. Venit is mense Septembri Bruxellam, ubi
„ salutato fratre Lovanium concessit causam discordiæ inter
„ fratrem & ordines discussurus, porrò edoctus à nobilibus,

„ quod infimo cuique deditus Dux, rejecto ordinum Con-„ cilio magnam Brabantiæ partem ac Hollandiam Bavaro „ tradidiſſet, quodque uxorem à ſe abegiſſet, eorum par-„ tes tutandas ſuſcepit. &c. Hæc illi in *Hareo* pag 391.

Anno 1421. Philippus noſter ſicut Joannis Ducis Burgundiæ. ſic & filii Philippi novi Ducis, ſit Comes comitans, primùm quidem ejus in tranſmigrationibus ad Attrebatum, Atrebato ad Caſtrum de *Lucheu* juris Pauline ditionis, Hinc Ambianum, Bellovacum ac tandem Pariſios.

Anno ſequenti conciliatâ inter Joannem Ducem Brabantiæ ac Philippum fratrem concordiâ, Regentis (Brabantitiæ) nomine abolito, promiſſâ Duci 180000. Francorum aureorum, Philippo fratre 210000. Dux receptâ Brabantię gubernatione, anteacta omnia comprobavit, jura ordinum rata promiſit &c. Datis eâ de re Tabulis, quas teſtium loco ſignarunt Ludovicus de Harcuriâ Epiſcopus Rothomagenſis, Dominus Arſchoti, Petrus à Luxemb. Comes Converſani & Bremiæ (atque Sancti Pauli ad annum 1431.) & alii multi. *Hæreus.*

Eo item anno vel 1423. Pilippus noſter Caſtellanus Inſulenſis maximâ Inſulam pompâ primùm iniit, Senatu, qui Haubourdinum uſque obviam cum Civibus armatis proceſſerat, deductus in Urbem eſt. Hic poſtquam ab utriſque in Senatorum curiâ fides juramento firmata, vini rubri vas unum & quinque libras argenti in vasâ eleganter deformati Magiſtratus obtulit. Nepos is Comes erat Joannis intrepidi & Joannis Brabantiæ Ducis frater ac Philippi Burgundi cognatus: eamque Inſulenſis Caſtellaniæ dignitatem nuper adierat matris adeptus hereditatem, quæ ſola Valerano Luxemb. Sancti Pauli Comiti & inſulenſi Caſtellano filia obtigerat, ac per nuptias cum Antonio Brabantię Duce Joannem & Philippum genuerat. *Buzelin* apud quem utrorumque Sacramenta videſis.

Anno 1423. Philippus Sacramenti Inſulenſibus præſtiti tabulas confecit & dedit hujuſmodi ſermonis.

Pilippe Conte de Liney & de Sainct Pol, Seigneur de Fiennes & Chaſtellain de Lille. A tous ceulx qui ces pro-

ſentes Lettres verront. Salut. Scavoir ſaiſons que aujourdhuy come Chaſtellain de Lille, nous avons ſait noſtre premiere entrée en la ville de Lille, ou par les Mayeur Eſchevins, Rouwart & Communaulté de ladite ville, avons grandement & liberalement été reçû, & ſi avons au lieu où nos Predeceſſeurs Chaſtellains de Lille, auſquelz Dieux pardoiſt, ont accouſtumé a faire leur ſerment a leur premiere entrée & reception en icelle ville fait ſermen ſolempnelle a laditte ville ſur la croix où eſt l'imaige & repreſentation de noſtre Saulveur Jehu-Chriſt ſur les Sains Evangilles & paroles de Dieu de porter foi & Loyaulté aux Bourgeois de ladite ville de Lille & d'aidier & garder a noſtre pooir la loi & la franchiſe, les corps & Chaſtelz de Bourgeois & Bourgeoiſes, des enſans des Bourgeois & Bourgeoiſes de ladite ville, & que ſi on faiſoit tort aux Bourgeois de ladite ville dedens la Chaſtellenie d'icelle on arreſtat Chaſtel des Bourgeois & Bourgeoiſes ou d'enfant de Bourgeois de venir a tout noſtre forche & puiſſance avecq celle de laditte ville & d'eſtre avecq eulx tant que ly hontes & l'y tors ſoit adreſchiez aux Bourgeois & a laditte ville & que ly Bailly voulut ladiite ville ou aucun Bourgois & Bourgeoiſes ou enfans des Bourgeois ou des Bourgeoiſes mener hors loy de faire loy en ladite ville ſe requis en eſtions & ainſi faire le devons par ainſi que nous aions deffence de du Sr. de la terre ne de perſonne de par lui. Et de aller une foiz aultre & tierche a noſtre faict au Seigneur de la terre pour prier par nous & noz amis qu'il meine ladite ville par loi. Et que ſe on va en oſt, de venir avecq noſtre Chaſtellain & noz advoveries dedans ladite ville es yſſir avec noz bannieres avec le commune de ladite ville & aller en oſt avecq le commun & avec eulx ſemblablement retourner juſques en laditte ville, ſe n'avons telle aſſonne que ne puiſſions venir & adont y devrons envoyer perſonne ſouffiſant pour conduire, mener & ramener la commune de laditte ville, & auſſi de faire a noſtre couſt & frat en ladite ville avecq noz pers du Chaſtel, ſi ladite ville meſtier en a Aeſtage juſque'a la vellenté des Eſchevins.

Sy donnons en Mandement par ces presentes & a tous nous justitiers officiers & subgectz presens & avenir & ceulx qu'il appartienda que contre icelui nostre serment ne facent ou presument faire aucune chose prejudice de laditte ville ; mais icelluy nostre serment, gardent, & entretiegent chanz endroict soi.

Et en Tesmoinz de ce, nous avons a ces Lettres fait mettre nostre seel, donné a Lille le XVIII. jour de Novembre l'an de grace 1423. ainsi soubscript sur le ploy. Par Monseigneur le Conte & signé de Throio.

Ad quæ verò tenebantur Insulani Cives erga Castellanum, quâ utebantur jurandi formula, satis indicat, ea sic vetusto sermone gallico loquebatur.

Sire nous fianchons & jurons que se vous avez mestier & l'ayuwe de le ville, que ly ville vous doit aidier a sauver vo corps & vo tierre, si lonc, que li Castellerie dure. Et y doit li ville & l'y commugne aller a armes, quant de vous, ou de vos certain Message en sera requise, ensi que de soleil luisant doit issir le ville & le soleil luisant doit entrer en le ville. Et si vous aviez mestier d'armes, que Bourgeois ait en le ville, on les vos doit faire avoir sauf chou, que le Bourgeois en demeure garnis pour son corps & pour se maisnie telles armes que a lui appartient. Et s'il vous plaisoit el temps, que tel wiere, ou tel estrit ariez retourner en le ville, loiaus denrées vous droit on faire avoir, & a ceulx qui avecq tous seroint : & si devez avoir vo entrer, & vo issir en le ville & vos gens a vo volenté.

Et si doiton faire ban & deffence par le ville sour l'amistié que nus ne preste armes ne chevaus a cheus qui seroint contre le Chastellain, & que nus ne les herberghe, ne soustroicte, ne leur face vinage & amistet, tant qu'ils seront en wierre contre le Chastelain.

Et que si li sires de le Tierre voloit le Chastelain mener hors loi, envoier doist li ville a son coust & a sen fraist au Seigneur de le Tierre pour luy prier qu'il maine le Chastelain par loi.

Et toutes ches choses sont a entendre viers toutes hommes, fors viers le Seigneur de le Tierre. &c.

Anno 1424. Philippus noſter datis patentibus tabulis Guidoni *Quieret* nundinas concedit immunes in Vico ſuo de *Heuchin* à Paulinate Satrapiâ appendice cum juribus ac privilegiis conſuetis, pro mercibus quibuſcumque eo loci advehendis & vendendis &c. De *Lauriere gloſſ.*

Eâdem tempeſtate Joannes Dux in Hollandiam proficiſcitur fratre Philippo & aliis Brabantiæ præſidio relictis, Angli enim Clocestrio Duce Gallicam Brabantiam incurrebant; munieratque Dux ille Braniam, unde non parum damni proximis Brabantiæ agricolis inferebatur; quo audito, paratis ad expeditionem omnibus neceſſariis, Philippus Comes noſter, vir bellicæ rei ſcientiſſimus ac cæteri Barones Brabantiæ Braniam verſus iter dirigentes, propius Oppidum Caſtra poſuere, & circumſederunt exercitu luſtrato, recenſita traduntur (præter Burgundi & Tornacenſium appendices) millia hominum ſexaginta; tanto numero cincti Branienſes Anglorum 200. præſidio defenſi fortiter reſtitere, ita ut noſtri, cum oppugnationem inſtituiſſent, clauſis ad veſperam ſuſtinentibus noctis ſuperventu abſcedere coacti ſint.

Nihilominùs præſidiarii eâ die noſtrorum virtutem experti, poſtridiè Caduceatore miſſo, deditionem offerunt, modò honeſtis conditionibus ſibi abire liceret, quod ex parte conſecuti ſunt, etenim redactum Oppidum in ſuam poteſtatem, Philippus incendio abſumpſit: ex Branienſibus qui fuerant defectionis ad Clocеſterium autores, alios laqueo, alio gladio ſubjecit. (*a*)

Anno 1426. Dux Joannes ad conventum Lyræ indictum profecturus cum Bruxellâ exiiſſet comitante fratre Philippo pridie palmarum ſubitaneo percuſſus eſt morbo; relatus Bruxellam fœſto Cœnæ obiit 17. Aprilis, ætatis 24. corpus conditum aromatibus 22. ejuſdem menſis Furæ ſepultum.

Per idem tempus Comes noſter (ad quem fratris morte Brabantiæ Ducatus attinebat) Romam tum iter adornarat ut inde Jeroſolymam tenderet, ipſi ſe addiderant Comi-

(*a*) *Haræus, Barlandus, Monſtrelet.*

tes Lovanienſium Nobiliſſimi Ludovicus *Pinnocus*, Radulphus *Adorna*, Michaël *Abſalonis* : porrò non aſſentiente Summo Pontifice, ut tam longinquam iniret peregrinationem, cum ad ſua reverteretur, obitum fratris in itinere cognovit ; quocircà acceleratâ profectione, ſine Aprilis ineunte anno ejus ſæculi 27. in Patriam delatus eſt, ſequenti menſe Lovanium ingreſſus, Principatum ibi de more ſuſcepit, & inauguratus eſt : indè in aliis Urbibus pari honore ab omnibus exceptus, Vilvordiæ in Brabantiâ celebrem habuit conventum, ubi ſummâ cum prudentiâ leges quaſdam à majoribus ſtatutas ad utilitatem ſuorum communem retractandi Autor fuit. *Hareus Barlandus.*

Hinc deinceps Philippus noſter hos induit titulos. *Philippe de Bourgogne par la grace de Dieu Duc de Lothier, de Brabant, Marquis du Saint Empire, Comte de Linei, de Saint Pol* &c. Ut patet ex ejus ordinatione ſeu potiùs Ratihapicione in gratiam Canon Regul. Sancti Auberti Cameraci ſuper jura & decimas perceptas & percipiendas ab Oppido de *Bertries*. Datâ Bruxellis 1 Aug. anni 1428. etenim anno 1382. Valerandus Philippi noſtri avus etiam Sancti Pauli Comes in Eccleſiam Sancti Auberti in paucis Beneficus, ſecundùm eam, hanc contra incolas ejuſdem loci de *Bertries* tulerat ſententiam, quâ ipſos ad ſolvendum eidem Eccleſiæ nonum pro decimâ mergitem, & parem pro terragio ſeu ſolario glebarum addictos judicat : ita tamen quod ſi eorum quivis ſolarium ſuum in horreum Aubertinum avehere voluerit, ad octavum duntaxat tenebitur. *M. Aubertina.*

Eodem anno Philippus in ſolemnibus Baccanalium Oblectamenſis & jocis Bruxellę celebratis primariam refert palmam. *Monſtrelet.*

Anno 1429. proceſſum eſt ſuper connubio Philippi noſtri : regnabat tum Siculis Ludovicus Andegavenſis, hujus filia Jolendis Duci uxor parabatur, eatenùs ut Sponſalibus peractis Sponſam duntaxat deduci reſtaret : quarę miſſis Remos Engelberto ab Angliâ, Joannæ Rotſelariæ, Joanne Boutreshemi, Raſone Riveriarum Dominis, cum 300. ut eam ibi exciperent, juſſit ; ſed ſequenti anno

1430. Paulo post Legatorum discessum, morbus Ducem invasit, quo aggravante 4. Augusti in Arce Lovaniensi vitâ excessit, non sine veneni suspicione, cujus *Colliobandes* quidam insimulabatur, at visitato corpore, apostema hepati innatum inventum est. Celebratus mox conventus ordinum Lovanii: decretumque ut corpus Ducis conditum aromatibus ac in Arcis Sacello repositum, loco non ante movetur, quam de novo Principe certi forent. &c. hæc *Divæus*.

Obiit ergo Philippus Dux & Comes noster Brabantarum rerum potitus annos 3. menses totidem, cœlebs quidem, ast non improlis, ab Amaziis enim nothos binos procreasse fassus est, quorum nomina Antonius & Philippus Brabantini. *Locrius*.

Eo itidem anno 1429. stylo veteri, vel 1430. stylo novo, 10. Januarii Petrus de Conversano & Briennâ, Dominus *d'Enghien*, futurus (post Amittam) Comes de Sancto Paulo & Ligniaco, Ordinis Velleris aurei Eques eligitur à Philippo Bono Duce Burgundiæ in primâ ejusdem Ordinis institutione Brugis Flandrorum celebratâ, die ipso nuptiarum suarum triumphali cum Elizabethâ Lusitanâ &c. fuerunt autem 24. Equites electi quos inter decimus audiebat Petrus noster. 1. *Chiflet*.



JOANNA DE LUXEMBURGO XXVII.

COMITISSA DE SANCTO PAULO ET LIGNIACO, DOMINA *D'ENGHIEN*, *D'ALLY*, *DE FIENNES*. CASTELLANA INSULENSIS &c.

PHilippo Comite noſtro vivis ſublato Philippus Bonus Burgundiorum Dux, heredem ſe conſtituit pro parte Bonorum ac ditionum quæ paterno jure poſſidebat noſter Philippus, quibuſdam licet reclamantibus, quæcumque autem tenebat Comes noſter à Matre Joannâ filia Valerandi unica, Joannâ Luxemburgenſi ejuſdem Valerandi ſorori Germanæ (quę à *D. Monſtrelet* DOMICELLA nuncupabatur) obvenere, non nepotibus, quod in Arteſianâ Provinciâ repreſentationi non daretur locus.

Hæc itaque Joanna (alias Margareta à *Locrio*) etſi Longæva, nepotis ditiones & præcipuè Comitatus Sancti Pauli & *Ligni* poſſeſſionem adiit;mox ubique locorum prefectos alioſque Officiales miniſtros nomine ſuo inſtituit paſſim Comitiſſæ titulum induens.

Cum verò nepotem Joannem affectu proſequeretur propenſiori, quam ejus fratres natu majores Petrum ac Ludovicum, hinc eidem pleraque linquebat territoria poſt

obitum possidenda; quod ægrè & occulis æmulis ferebant Petrus & Ludovicus prærogativam prætendentes. *Locrius.*

Interim ipsomet primo Regiminis anno Joanna interiit innuba quin, habemus ex actis ac suasu Beatissimi Petri fratris sui Virginalem vovisse Castimoniam, ac proindè piissimum Cardinalem ad ipsam binos solidæ pietatis tractatus, Epistolarum instar; nuncupasse. *Ex vitâ B. Petri ed.*

Sepulta jacet apud Cordigeros minores du *Monchiet* ad montem Sanctę Maxentiæ.



PETRUS DE LUXEMBURGO I. NOMINE XXVIII.

COMES SANCTI PAULI, DOMINUS *DE CONVERSAN, BRIENNE, ENGHIEN &c.* CASTELLANUS INSUSULENSIS.

E Mortuâ Joannâ tres sui nepotes filii Joannis *Beaurevoir* scilicet Petrus Ludovicus & Joannes in unum coaluere ut bonorum ac ditionum Amittæ derelictarum quisque suam tolleret partem. Atqui Petrus tanquam natu major Dynastiam Sancti Pauli cum appendiciis &c. sortitus est. Ludovicus, qui Teroannensis fuit Antistes, Vicos de *Hucliers* in Boloneso sicut & *Tangry* cum suis Castellaniis & appendiciis consecutus est. Joanni verò devenere Comi-

tatus de Ligniaco in Barro cum aliis Territoriis, quæ Valerandus Comes S. Pauli jure tenebat in Cameraceſio nempè *Bohain*, *Serain*, *Helincourt*, *Marcoin*, *Cantin*, *Beaurevoir* & cætera.

Petrus noſter ad annos 1419. & ſequentes unâ cum fratre Joanne militabat ſtrenuè in Picardicis & Veromandicis contra Delphinum & ſimul Caſtellum de *Allibaudiers* expugnant, dein adfuit Petrus in obſidio Civitatis Melodunenſis, at indè ab ejus expugnatione remeans, per viam quâ ad Comitatum de *Bienne* properebat, à Delphinatibus ſurripitur & captivus deducitur in Meldorum Urbem ubi detentus ad annum 1421. quo anno ipſa Civitate ab Anglis expugnatâ & Lytro mediante liber abiit.

Ab hinc Petrus in Anglorum Regis obſequium perſtitit, qui ſubindè Petro validam commiſit manum & ut Arcem de *Mortemer*, quam Delphinates invaſerunt, abriperet, & verò ipſam confeſtim ſibi ſummiſit. Hæc & alia complura patravit belli facinora antequam ditionem Paulinam indueret, quæ ex *Monſtrelet* accipe.

Anno 1431. Maii XXII. Petrus noſter Caſtellanus Inſulenſis ut fidem præſtaret Inſulenſibus primum Inſulas venit, egreſſus urbe Senatus omnis obviam ivit, ut Haubourdino digreſſum exciperet, ac intra muros duceret. In curiâ Senatorum utrimque juramento fides ſtipulata more ſolito. Vas unum vini rubri & aliquot argenteę pateræ 5. libras Flandrici ponderis pendentes Caſtellano ab Senatoribus oblatæ. *Ex jurejurando M. SS.*

Anno 1433. Petrus jam Sancti Pauli Comes Sancti Valerici Fanum cum Domino de *Villeby* Anglo & mille ducentis cingit & obſidet; ibidem pro Carolo Rege militabant Ludovicus de *Vaucourt*, Philippus *de la Tour* & Reginaldus de *Verceilles* cum trecentis in loci præſidium. Oppidum poſt tres ſeptimanas Tormentis impeditum bellicis in deditionem venit: Urbe potitus Comes Petrus ipſam præſidio firmavit, Rectore D. Roberto de *Saveuſe* ibi loci conſtituto.

Indè diſcedens Petrus cum ſuis Arcem de *Monchas* oppugnat & ita cingit, ut ad colloquium de redditione eam

brevi adegerit; interea dum alterius Arcis, de *Rambures* ſcilicet obſidionem meditatur & ſtatuit, in Tentorio ſuo ad Blangiacum in Vimaco Ephidemiæ morbo tactus in paucis occubuit ultimâ Auguſti. Eo è vivis erepto, copię militares ſeu ſubdiariæ ſeu proprię, atque Duces Angli mærore cordis intimo affecti, ad ſua, unde venerant reverſi ſunt. Domeſtici verò Comitis cadaver ad Sancti Pauli Caſtrum inde in Templum Caricampenſe Majorum conditorium ſtatim humandum detulere. *Monſtrelet.*

In Caricampenſis Baſilicæ Odio è Principis Altaris Regione ſepultus Petrus ſuperbiſſimo donatur Mauſolæo marmoræo, illo ad 4. pedes elevato, cujus cippus duabus pergrandibus inſignitur lapidis ejuſdem ſtatuis, quarum manus & capita eburnea. Solet diebus anni ſolemnioribus inſigni admodùm Villoſoque operiri ſerico, aureis foliis intertexto, atque cruce aureâ & Petri adſecto inſignibus, ornamento regiis prorſus digno funeribus, (ſed hæc ubi modo?) cum hâc Epigraphe.

Cy giſt hault & puiſſant Seigneur Monſieur Pierre de Luxembourg, Comte de S. Paul, de Converſan & de Braine; Seigneur d'Enghien, de Fiennes & Chaſtellain de Lille, qui trepaſſa l'an de grace 1433. le dernier jour du mois d'Aouſt.

Statuerat prius Comes Sacrum quotidiè in animæ ſuæ Requiem celebrandum, additis in quatuor Tumuli angulis, totidem ardentibus cereis, & quolibet Sabbato vini menſurâ, Aſcetis diſtribuendâ, hoc eſt œnophora tria cum dimidio &c. Vide *Locrium.*

Duxerat autem Comes Petrus uxorem ex antiquiſſimo juxtà ac illuſtriſſimo genere *des Baux* in Provinciâ Margaretam nomine, Franciſci Ducis de Andriâ filiam & Ducis *Danet* in Siciliâ ſororem, quæ fatis in Viridarienſi Gynæceo ceſſit anno 1469. ætatis 76. ſepulta in Caricampo juxta Sponſum.

PROPAGO

PETRI DE LUXEMBURGO ET MARGARETÆ DES BAUX COMITUM SANCTI PAULI.

1 LUdovicus primogenitus, in Sancti Pauli ditionem successor de quo infra.

2. Theobaldus Dominus (& stirps DD.) de *Fiennes*, de *Gavre*, matrimonio junctus cum Philippâ Joannis Meloduni D. *d'Antoing* filiâ, quâ defuncta Monachismum subiit Igniaci Ordinis Cisterciensis anno 1448. Dein. sui cœnobii, posteâ Ursicampi ejusdem instuti Cœnobiarcha, denique Cœnomanensis Antistes anno 1466 post Martinum *Berruier* seditque per novennium. Cardinalis tandem à Sixto IV. designatus anno 1476. at non denuntiatus, Romam proficiscens eodem anno obiit. Hos autem genuerat Liberos.

1. Ludovicum.
2. Jacobum D. *de Fiennes*, *Armentiers*, *Arquenhem* &c. duxit Mariam *de ville*, *Pomereuil*, *hauteraige*, *de la Hamaide* &c. quæ multam genuit prolem, cujus primogenitus fuit Jacobus D. *de Fiennes* qui duxit Margaretam *de Bruges* &c.
3. Joannem *de Sottenghien.*
4. Philippum Episcopum Cœnomanensem & Cardinalem.
5. Franscifcum Vice-Comitem *de Martigues* qui duxit Carolinam a Britaniâ.
6. Guillelmam nuptam I. Amato *de Sarrebrusse* Comiti de Braine. II. Egidio Baroni *de Belleville.*
7. Magdelenam nuptam Jacobo *Chabot*, D. *de Janac* &

3. Jacobus D. *de Richebourg* & *S. Ghin*, duxit Elizabetam *de Roubaix* de quâ Carolus Franciscus, ob. invenis an. 1472. & quiescit in *Roubaix* & filiæ sequentes.

1. Isabellis Domina *de Richebourg St. Ghin*, nupta Joanni *de Melun*, *d'Epinoy*, *Antoing*. &c.
2. Jolendis *de Roubaix* nupta Nicolao *de Verchin* Senes-

callo de Hannonia. Obiit. 1534.

3. Ludovica de Luxemburgo nupta Joanni *de Gistelles*. D. de *Duggelle*. 2. Antonio *de Croy*. D. *de Sempy* Obiit. 1518.

4. Anna nupta Guillelmo *le Boursier* Comiti *d'Esseques* in Angliâ juxta *Herninges*.

Porro Jacobus earum Genitor post Caroli Ducis Burgundi necem constanter Regi adhesit Galliȩ &c. moritur autem anno 1487. & Caricampensem Basilicam accepit in Sepulchri sedem sub procero & amplo marmoreo cum hoc Epigrammate Gallico.

Cy gist Jacques de Luxembourg
Haut, puissant & Noble Seigneur:
Jadis Seigneur de Richebourg,
Chevallier vaillant plein d'honneur.Brug.a.1478.creatus
En armes monstra sa valeur,
En plusieurs lieux de souvenance
l'Ordre porta du Roy de France,
d'Aoust la vingtieme journée
Quatre vingt sept, mille quatre cens
A Nantes sur Seine Lohée
Est sa personne trepassée
Catholique plein de bon sens.
Priés a Dieu vous les Liseurs,
Qu'il donne Paradis a l'ame
Du Corps gisans soubz cette lame

Conjux vero ut mox dixi, in Roubaiensi villâ sui juris humata jacet, ubi Zenodochium 12 mulieribus morbo affectis fundaverat, admiseratque Moniales quæ ægrotantium generent curam. Hæc *Locrius*.

Digna est addit *Buzelinus*, quam hoc loco referamus, sepulcralis ejusdem inscriptio jam tum sacello valetudinarii imposita cum è vivis abiit.

Cy gist attendant le dernier jugement de toute nature humaine, le Corps de noble & puissante Dame Madame Isabeaux de Roubaix vesve de feu Hault & puissant Seig-

neur Monsieur Jacques de Luxembourg en son vivant Chevalier Seigneur de Richebourg, de Rumenghien, de Sainghin, Baron de Montmirail d'Amche & de la Bazoche gonet, douaigiere desdit lieux, Dame de Roubaix, de Herselles & de Cannebourg. Lequel Seigneur de Richebourg termina vie par mort, au Chasteau de Mante sur seine le vingtiesme jour d'Aoust, l'an mil quatre cents quattre vingt & sept, & gist son corps a l'Abbaye de chercamp ly S. Pol avec le corps de bonne memoire Hault & puissant Prince Monsieur Pierre Comte de S. Pol, & de Tres Illustre Princesse Madame Marguerite des Baux ses pere & mere. D'icelle Dame de Roubaix seule fille & heritiere de noble puissant Seigneur Monsieur Pierre de Roubaix Seigneur de Roubaix & de Herselles, Chevalier, & de Madame Margueritte de Gistelles Dame du Brœucq & de Vasquehal, Sepulturé en l'Eglise Paroissiale de Roubaix, laquelle par affectueuse & ardente devotion a fait edifier cet hospital & fondé de ses propres deniers a l'honneur de Madame Sainte Elisabeth, & en icelui lieu a ordonné & institué sept heures Canoniales etre chantées perpetuellement & a toujours: & y fut la premiere pierre par icelle Dame fondateresse mise & assize le 24 *jour de Mars l'An* 1488. *Et y viendrent les Noires sœurs faire leur residence pour administrer & servir aux* 12 *pauvres chartrieres debiles & languissantes l'an* 1494. *le tout selon l'ordonnance de ladite Dame, comme plus aplain peut apparoir par lettres de fondation sur ce faictes. Laquelle vertueuse Dame apres avoir faict plusieurs aultres œuvres meritoires & charitables en l'age de* 68 *ans, pleine de vertus rendit le dernier soupir l'an de grace* 1502 *le* 25 *jour du mois de may priez Dieu pour son ame.*

4. Franciscus Cœnomanensis Antistites.
5. Valerandus, qui primà ætate obiit.
6. Joannes, in Astricâ mortuus.

Ex Filiabus.

7. Jacoba, cujus nuptiæ cum Joanne *de Lancastre* Duce *de Betfort* celebratæ sunt anno 1433. ineunte in Ter-

roannæ

roannæ Episcopali palatio ipsomet Antistite Morinensi Ludovico Patruo suo mediante, unde Joannes ex cultationis ac gratitudinis ergo ejusdem Ecclesiæ Cathedrali Teroanensi binam multi valoris ac ponderis largitus est Campanam, quam suis stipendiis fieri atque avehi aq Angliâ curaverat. Joanne anno 1436. è vivis sublato, iniit Jacoba nuptias alteras cum Richardo *Dondeville* D. *de Riviere* è quibus prodiit Isabellis, quæ nupta Eduardo IV. Anglorum Regi, genuit Eduardum V. & Elizabetham à quo prodiere Reges & Principes sequentes.

8. Isabellis anno 1443. Carolo Andegavensi I. nominis Comiti de *Richemont* Franciæ Conestabili, exin Britanniæ Duci, copulata.

9. Philippa Abbatissa *du Moncel* ad Pontem Sanctæ Maxendis &c.

Cœterum Petrus noster nothum progenuit Joannem nomine, qui cum Dynastiâ Haubourdinii polleret, passim Haubourdinii cognomentum induit, adeoq; sese factis militaribus insignem præstitit, ut Bono Burgundo carissimus evaderet, ab eoque in Collegium aurei Velleris Equitum adcisceretur anno 1433. res ejus præclare gestas libris suis Enguerranus *Monstrelet* & Jacobus *Meierus* sparsim prodidere. *Buzelin.*

Q



LOUIS DE LUXEMBOURG XXXI.

COMES S. PAULI, LIGNEI, GUISIÆ, DOM. DE *CONVERSAN, BRIENNE, BEAUREVOIR, BOHAIN &c.* CASTELLANUS INSULANUS ET REGNI FRANCIÆ CONNESTABILIS &c.

LUdovicus Parente orbatus anno ætatis vix decimo quinro titulos ac jura paterna ſubiit, aſt S. Pauli Comitis nomenclaturam utpotè antiquiorem nec-non honorificentiorem aliis prætulit, Anteceſſorum morem æmulatus: moxque militiam ſub Patruo Joanne Luxemburgico ſecutus, tanto ſub Duce prævio, miles effectus eſt adeo bellicoſus, quantum ſtrenuitas ejus declaravit: ac primùm cum ipſo ad arcis de *Happlincourt* receptionem ſicut & in prælio ad *Sanctoven* Oppidum interfuit. Hinc eodem anno 1433. ad ſua cum Patruo redux atque una per viam Præſidium Laudunenſe obviam habentes, idipſum fundunt & fugant pluribus cęſis, captis aliis aut ſuſpenſis. *Monſtrelet.*

Eo ipſo anno Ludovicus noſter Caſtellanus Inſulenſis

Insulas adiit, ubi excipitur pompâ non mediocri & more solito muneribus donatur &c. ex jurejurando præstito.

Anno 1435. Ludovicus ætatis 17. movente Patruo uxorem ducit Joannam (al. Mariam) Dominam *de Bar* Roberti unicam & heredem, Comitissam de *Marles*, *Soissons* &c. Dominam de *Dunquerque*, *Varneton*, *Bourbourg*, *Gravelines*, *Rodes*, *Gistelles*, Vice-Comitem de *Meaux* &c. Celebrantur nuptiæ in arce de *Bohain* Patrui Joannis sumptibus, matre usufructuariâ cum filiis centumque Equitibus Scutariis Nobilibus ab utroque Conjugum genere, astantibus & plaudentibus: ibique splendidè pergrecatum est & esu & potu, vel choreis, hastiludiis aliisque tripudiis &c.

Eodem anno coeunt Attrebati Principes pacis ergo componendæ Reges inter Galliæ & Angliæ atque Burgundiæ Ducem; hujus nomine mittuntur Comites Joannes *Luxemb.* Comes de *Ligny* Ludovicus noster Sancti Pauli Comes & ejus frater Theobaldus Dominus de *Fiennes* magnifico apparatu & Comitatu.

Anno 1436. Jacoba de *Luxembourg* Ducissa de *Betfort* suo orba conjuge ad alias convolat nuptias cum Richardo *Dondeville* viro formâ speciosissimo, Equite Anglo, propinquis licet discrepantibus.

Eo itidem anno Philippus Bonus Burgundiæ Dux Flandriæ Comes &c. magnis animis atque precibus ab Concilii Basileensis patribus contendit ut divum Petrum Luxemburgensem, Guidonis Fani Sancti Pauli Comitis filium consanguineum suum in Sanctorum Catalogum referant, litteris quarum hoc est apographum.

„ Reverendissimis Reverendisque in Christo Patribus „ cæterisque Christi fidelibus in Sacro Generali Concilio „ Basileensi in Spiritu Sancto legitimè congregatis, ami-„ cis meis præcarissimis, devotus Ecclesiæ filius Philippus „ Dux Burgundiæ &c. vester amicus.

„ Reverendissimi Reverendique Patres, cęteri quoque „ Christi fideles in Spiritu Sancto congregati amici præ-„ carissimi: jam hora est, & nunc tempus idoneum ve-

„ nit ut negotium diù desideratum, super canonizatione
„ & elevatione dignæ per sęcula memoriæ Domini Petri
„ de Luxemburgo Sacro sanctæ Romanæ Ecclesiæ quon-
„ dam Cardinalis meique consanguinei ad extremam ma-
„ num & operam, si duxeritis intendendum, deduca-
„ tur. Hoc etenim in variis Conciliis Generalibus Eccle-
„ siæ temporibus retroactis fuit inceptum; sed quibus
„ mediis vel modis, ignoto, vel interruptum vel alias
„ quomodolibet imperfectum semper remansit, & ita
„ remansurum (quod absit) existimo, nisi divina super
„ hoc providentia vestros in idipsum animos excitans,
„ provideat, quę vobis (ut arbitror) tantùm decùs &
„ laudis titulum specialiter reservavit: quemadmodùm ex
„ Sacro Constantiensi Concilio (ut audivi] olim reser-
„ vata canonizatio quorumdam Sanctorum apud Saymitas
„ tunc temporis interventorum aliorum similium memo-
„ rabilium factorum in quibusdam aliis Conciliis Gene-
„ ralibus. Sic enim Deus hujusmodi Concilia celebranti-
„ bus sua (prout vult) secreta revelat, distribuit & re-
„ servat. Quid vestro cætui, ô veri pugiles, veræque
„ bases Ecclesiæ, plus honoris & gloriæ accedere possit
„ quam ad canonizationem & elevationem prædictam
„ procedere; & eum quem suis ex meritis gloriosis, &
„ tot miraculis velut inauditis, quibus quotidie corrus-
„ cat, aliorum Christi Confessorum Collegio constat
„ aggregari, & cum his palam & publicè adorandum
„ elevare, ipsisque in catalogo Sanctorum inscribendis ad
„ perpetuam ejus laudem & memoriam apponere; quas
„ res vestrarum paternitatem Reverendissimarum amici-
„ tias pręcarissimas obnixè deprecor & hortor quatenùs
„ oculum interioris intelligentiæ ad præmissorum consi-
„ derationem erigentes, placeat ex pro Dei & sui Con-
„ fessoris (cujus res agitur) reverentiâ & honore quo
„ videritis oportere modo prosequi & tractare; ut quo
„ studiosiùs eo in facto, quod maximo opere cordi ha-
„ beo, processeritis, eo peramplius Deo placituri gratum
„ sibi obsequium impendatis Reverendissimi Reve-

„ rendique Patres & cæteri supradicti amici præcarissimi, „ Spiritus S. sub quo Duce vestro multis ab annis in vi„ neâ Domini laboratis, vestri laboris faciat finem voti„ vum & felicem Ex villâ meâ Bruxellensi, die pe„ nultimâ Januarii.

Fuit itaque canonizationis negotium incœptum sed interruptum, quâ autem de causâ? Fortassis præcipua fuit discordia Concilii & Pontificis vel quia Petrus Cardinalatum à Clemente VII. acceptavit, is enim cum Cameracensis esset Episcopus & SS. Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, illegitimè in Pontificem electus, sexdecim annis Avenione resedit contra Urbanum VI. & Bonifacium IX. & à Gallis potissimum, Hispanis, & Scotis, Pontifex cognoscebatur. Ut ut fuerit, subindè Clemens VII. Mediceus verus VII. Pontifex fastis Petrum Beatorum anno 1527. accensuit cum Ludovico Alamando Atrelatensi Archiepiscopo, amborumque sacros cineres à precabundâ plebe coli permisit speciali diplomate Sadoleti Cardinalis stylo descripto, quod ideo hic subjicio.

CLEMENS PAPA SEPTIMUS.

Dilectis filiis Præposito & Canonicis Metropolitanæ Arelatensis Ecclesiæ, ac Priori, & fratribus domus FF. Cœlestinorum regularis observantiæ Civitatis nostræ Avenionensis.

DILECTI FILII SALUTEM, ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM. Cum sicut accepimus jamdiù „ magnus Christi fidelium & potissimum Civitatis nostræ „ Avenionensis erga R. Petrum de Luxemburgico & „ & Arelatensis erga Ludovicum Alamandum S. R. E. „ Cardinalem & Ecclesiæ Arelatensis Archiepiscopum; „ quorum corpora Ludovici in Arelatensis & Petri in ve„ stro Monesterio respectivè requiescunt, devotionis af„ fectus ita immineat, populi multitudo, non solum Ci„ vitatum prædictarum, sed aliarum partium diversarum

„ concurrat, ut in eorum procellis, & hujus caduci sæ-
„ culi turbinibus tanquam speciales protectores, fautores,
„ intercessores & adjutores ad Dominum invocentur ;
„ mirum, si Dominus noster Jesus-Christus, cujus pro
„ posse, ut fide dignorum habet assertio, imitatores ex-
„ titerint in dies ipsorum precibus eos invocantes miracu-
„ lis ac dolorum & angustiarum sublevationibus adju-
„ vet, opemque ferat & auxilium, quandoquidem Petrus
„ teneris sub annis, & Ludovicus ipse ut accepimus,
„ vitam cælibem, castamque & immaculatam exegerint
„ & Petrus 17. Ludovicus in 60. vel circa suarum æta-
„ tum annis, ut in eorum vitæ Annalibus traditur suo
„ Creatori suas purissimas animas reddiderint, calcatis
„ hujus mundanæ vitæ (quamvis illustri essent orti pro-
„ sapiâ) illecebris. Proindè claræ memoriæ Rex Siciliæ
„ & Hierusalem, tunc in illis partibus degens, cum
„ multitudine Christi fidelium, miraculorum hujusmo-
„ di stupore, vestrâque regulari observantiâ & vitæ
„ exemplaris meritis motus, Ecclesias, domum & Con-
„ ventum vestrum instauravit & non parvâ impensâ con-
„ fecit, vosque propterea ob singulares eorumdem Pe-
„ tri & Ludovici virtutes, quæ innumeræ leguntur, nec
„ non jejunia, orationes, vigilias & quamplures Deo
„ gratas & acceptas operationes, quas tunc viventes gra-
„ tiâ sibi assistente divinâ operabantur ; ita ut Cœlitum
„ numero pie existimentur relati, cupiatis eorum corpo-
„ ra, quæ, ut præmittitur, in eisdem Ecclesiis vestris
„ & locis satis humidis & subterraneis jacent ad alia, in-
„ tra tamen Ecclesias vestras, commodiora loca trans-
„ ferre, ipsosque Petrum de Luxemburgico & Ludo-
„ vicum Alamandum, quorum imagines ubique à piis
„ fidelibus à longissimis jam annis citra depingui consue-
„ verunt, pro beatis coli & venerari posse. Nobis prop-
„ terea, Ven. fratris nostri Francisci Ep. Tusculani S.
„ R. E. Cardinalis de Claromonte, illarum partium
„ nostrarum de latere Legati, qui ad eosdem Petrum
„ & Ludovicum non parvum gerit affectum & vestro

„ nomine humiliter supplicatum extitit, ut hujusmodi
„ vestris jam piis & honestis desideriis annuere pro nostri
„ Pastoralis officii debito, de benignitate Apostolicâ dig-
„ naremur: nos igitur qui fideles quoslibet, & partim
„ sub religionis suavi jugo Domini famulantes, ad de-
„ votionem & venerationem illorum, qui habentur,
„ quantum cum Deo possumus, libenter excitamur, ut
„ imitatores eorum extitere valeant, vestris in hâc parte
„ desideriis piis, utpotè ex magno devotionis fervore
„ prodeuntibus, annuentes, vobis, quod eorumdem Pe-
„ tri & Ludovici corpora & ossa ex subteraneis locis in
„ alia commodiora earumdem Ecclesiarum vestrarum
„ transferre & ibidem venerabiliter collocare, & tam
„ vos, quam alii utriusque sexus fideles, eos pro vestrâ
„ & ipsorum spirituaii consolatione in vestris Ecclesiis &
„ Sacellis pro Beatis venerari sine incursu alicujus de-
„ meriti vel idololatriæ seu conscientiæ scrupulo possitis
„ & valeatis, ipsi possint & valeant Autoritate Aposto-
„ licâ, tenore præsentium, de Apostolicæ potestatis ple-
„ nitudine, concedimus pariter & indulgemus. Non in-
„ tendimus propterea eosdem Petrum & Ludovicum in
„ Catalogo Sanctorum esse relatos, donec servatis debitis
„ solemnitatibus in SS. cononizatione servari solitis, ad
„ illorum canonizationem deventum fuerit. Non obstan-
„ tibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis cæ-
„ terisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud
„ Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 9. Aprilis
„ anno 1527. Pontificatûs nostri 4.

Nota. Pontifex Petrum non vocat Cardinalem, ne Clementis Antipapæ in eo creando legitimam autoritatem probare videatur, sed tantum Reverendum in Christo patrem, quamvis alias Cardinalatu & quâcumque sublimitate cunctorum testimonio & confessione, dignissimum, juxta illud S. Sidonii Apollinaris: *non quæro Episcopum sed Episcopalem virum*, sic iste etsi Cardinalis, rite creatus non fuit, id est à vero Pontifice, in hoc certe maxime Cardinalis quia virtutibus Cardinalibus & aliis omnibus quę S. R. Ecclesiæ Cardinalem decent, fuit ornatissimus: nec si illorum ter-

ræ Cardinum numero, super quibus posuit Deus orbem; minimè est aggregatus, ideo minus Cardinalis quia supra cæli Cardines fuit exaltatus, quod est longè gloriosiùs.

Ac si etiam in adolescentiæ limine ad Episcopatum promotus reperitur Petrus noster, quod ab Ecclesiæ legibus exorbitare videtur, nequaquam inde continuo reprehendendum esse, sed mirandum, ut de ejusmodi promotionibus monet D. *Bernardus* in tractatu de moribus & officio Episcoporum ad Henricum Senonensem Archiepiscopum: *nec dicimus*, ait ille, *quamcumque ætatem Dei gratiæ præmaturam, sicut nec seram, cum multos videamus super senes intelligere, moribus antiquare dies, prævenire tempora meritis, & quod ætati deest, compensare virtutibus. Boni pueri, qui quod ætate videntur esse, student & malitiâ. Malitiâ inquam, sed non sensu. Meliores bonæ indolis adolescentes inveteratis dierum malorum* &c. *si ubique hujusmodi puer senex promotus invenitur: opus Dei est.* Cap. 7. t. *Flores Historiæ Cardinalium* 1. *part.*

ANTIPHONA AD B. PETRUM.

Novum Sidus Ecclesię lucerna nostris pedibus, ora Christum pro famulis, ut nostris adsit mentibus & in æternâ requie, suis jungat agminibus.

Ora pro nobis Beate Petre de Luxemburgo
Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS.

OMnipotens sempiterne Deus, qui Beati Petri de Luxemburgo Confessoris tui meritis & intercessione defunctis vitam, cæcis visum, claudis gressum, ægris sanitatem præstare & de quâcumque tribulatione ad te clamantes eruere dignatus es, concede propitius, ut omnes qui implorant ejus auxilium, petitionis suæ salutarem consequantur effectum. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Anno 1440. dies clausit suos Joannes Luxemburgensis ętatis 50. miles undequoque Bellicosissimus, sepelitur Ca-

metrᴐi (in Basilicâ Metropol. D. N.] prope propinquum Valerandum Dominum de Ligniaco, Comite nostro Ludovico nepote suo majori quidem ex parte relicto herede. *Monstrelet.*

Anno eodem Sagittarii Comitis nostri. Milites Oppidi de Ripelemonte Præsidiarii Gallicis occurrentes Commissariis, qui ab Tornaci & Flandrorum emporiis merces, vestimenta & machinas bellicas asportabant, in ipsos excurrunt atque prorsus spoliant, prædamque suam ad arcem referentes, mutuo dividunt; quæ omnia inscio Comite, sed postmodum maximè exacerbato, perpetrata: verum Carolus Rex iis majori accensus irâ, jurat mox insurrecturum in Comitem, ni omnia restituat aut refundat, & omnium ditionum ac prædiorum ejus clientelam sibi præstet: Comes autem cunctis pensitatis, rebusque suis prospiciens, clientelam profitetur, & in Regis verbo jurat Lauduni, datis in fidem litteris 20. Aprilis an. 1441. unde Ludovicus Regis gratiam & maximè Delphini nactus est. Consule *Monstrelet.*

Ipsâ tempestare Comes Ludovicus ad Pontisaræ obsidionem profectus suorum Turmâ sexcentorum stipatus, ibidem per tempus strenuè admodum se habuit, inde bonâ Regis veniâ ad sua se recepit fatigatum refecturus militem,

Anno 1443. Ludovicus de Luxemburgo Comitis nostri Patruus Episcopus Theroanensis, qui postea Rothomagensis Archipræsul, dein Anglorum Regis Cancellarius, Cardinalis Tuusculanus ex titulo SS. Petri & Marcellini, atque Eliensis sedis in Angliâ Pontifex ubi sepelitur, mortem oppetit. (*a*)

Eo anno Ludovicum Delphinum Comitatur Comes noster ad Arcis Dieppensis oppugnationem, quæ dato impetu, capta est pridie Virginis Assumptæ, hinc in virtutis præmium Eques cum Proceribus aliis ibidem renuntiatur.

1446. Catharina Luxemburgensis Petri Filia nubit Ar-

(*a*) *Locrius, Gallia Christiana.*

turo de Richemonte Britanniæ Duci, Franciæ Connestabili, à quibus Proles nulla ait *Belleforest*, qui illam nuncupat Annam: Obiit 1469. (*a*)

Anno 1449. Carolus Rex ruptis cum Anglo induciis, Neustriamque omnem recipere cupiens Ludovicum nostrum plures inter Duces admodum strenuos, in id operis exequendi, aptiorem delegit; marte cujus totam pene Provinciam in Caroli Dominatum redegit; ac primo Arcem Nogentinam Equitum 4. millibus paucos intra dies: exinde Pontaudomarum aggressus primò impetu occupavit, Præsidiariis in captivitatem redactis; illinc profectus Lexovium, hoc ipsum cum aliis circumquaque Oppidulis, Sponte nec ullo ictu se dedit, sicut & Medunta & Verno pactis quibusdam præviis, quæ fuse in Chronicis D. *Monstrelet*.

Hinc discedens Ludovicus noster Gornacum venit, quod ubi obsidione cinxit, mox obedientiam præstitit, præsidio egresso, vitâ & sarcinis incolumibus: Rex autem gratulatus civitatem subactam, Comiti expugnatori eamdem cum Arce & appendicibus gratitudinis ergo ad vitam concessit, quo aliorum in sui obsequium animos magis inflaret. Septembri sequenti Carolus *d'Artois* Comes *d'Eu* & Ludovicus noster Neocastrum de *Nicourt* vi expugnant, & post dies 15. Arcem ejus pariter in potestatem redigunt suam. *Idem.*

Non multo post Rothomagensi Obsidio interest Comes Ludovicus tanquam Cataphractorum conductor, redactâ Civitate, Duci se adjungit Britannico, ut ad Regiam ditionem alias subjicerent urbes, Arces, Oppida, &c. puta Constantiam, Fanum S. Laudi, Tombelainam, Filicarias & cætera. Interim quæ ad prædictæ Metropolis Obsidium prævia, quæ comitata aut subsecuta, quo apparatu vel Comitatu Rex Civitatem suam fuerit ingressus; quibus honoribus, quâ pompâ quo applausu introductus & receptus longum est dicere mihi, ad D. *Monstrelet* remitto. Unum tamen haud silendum; Ludovicum

(*a*) *Locrius.*

nempe nostrum celeberrimo illo Regis in ingressu inter optimates Comitantes clariori fuisse & loco & nomine, vel apparatu; etenim spectabatur albo indutus, equo insidens cujus strati inductio ex atro Bombicino dentius texto, auro picta erat acu Phrigionicâ, frontale vero freni adeo pretiosum, ut 30. nummorum millibus æstimaretur: gradiebatur Comes stipatus 5. Ephebis Bombicino ejusdem coloris, ab imâ parte inciso & aurificio opere elaborato, textis; eorum unus hastam rubeo heteromallo opertam gestabat, alter tegmen auro figurisque intextum, tertius Casside auro puro putoque armatus incedebat; sequebatur Agaso pari ornatus tesserâ Equum ducens honorarium, &c. vid. *Monstrelet* vol. 3. p. 22.

Anno 1450. Ludovicus Reges Comitatur Galliæ ac Siciliæ, Ducem Alenconium Comitem *du Maine* de Tanquarvillâ ad obsidium & expugnationem Cadomi, quod certis legibus eis subditur. Itur inde ad Oppidum & Arcem Falesianam, quæ post dies aliquot se submisere, vitâ & sarcinis salvis. *Idem.*

Anno 1452. Comes nester eum Fratribus Theobaldo & Jacobo Gerardimontem tendit in Philippi Ducis Burgundiæ subsidium contra Rebelles Gandavenses quos repetitis vicibus fundit & fugat. Cum autem aciei primariæ præesset Ludovicus, ejus erat Equitum electio; creavit itaque novos Alphonsum de Cliviâ, Fratrem Theobaldum & Cornelium Nothum Burgundiæ.

Ipso tempore Ludovicus à Galliarum Rege ad Burgundum Ducem multo apparatu legatur, ut pacem cum Gandavensibus ineundam, si fas esset, suaderet eidem, unde collocutum bis, sed frustra, ii namque fusi licet, Arma in Principem rursus repetere non verentur. At demùm cæduntur magno numero ad Gaveram Arcem anno sequenti, uti fusius narrant autores *Monstrelet*, *Meierus*, *Marchantius*, *Buzelin*, &c.

Victis itaque Gandavensibus anno 1453. Phillippus Bonus convocatis ad Insulas Principibus cunctis Magnatibus suis, quos inter discernebatur Comes noster, eos magni-

ficentiſſimo excepit epulo omni apparatu ornatuque viſendo ; eo autem peracto, quilibet conviva votum ſuum de ſacris locis recuperandis, (Principe auſpicante) emiſit: omnium fere vota illa recenſet D. Oliverius *de la Marche*, nos hic Ludovici noſtri (quod omiſit) votum ſubjicimus tenoris hujus.

Je vouë aux Dames & au Faiſant que avant qu'il ſoit ſix ſemaines, je porterai une empriſe en intention de faire armes a pied & a cheval; laquelle je porteray par jour, & la plus partie du tems, & ne le lairay pour choſe qu'il m'avienne, ſi le Roi ne me le commande, ou ſi armée ſe face aller ſur les infideles par le Roy en ſa Perſonne par ſon commandement ou autrement, ſi c'eſt le bon plaiſir du Roy, j'y-ray en laditte armée de très-bon cœur pour faire ſervice a la chretienneté ; & meſterai paine au plaiſir de Dieu, d'eſtre des premiers qui aſſembleront avec leſdits infideles. Add. ad Oliverium.

Eadem tempeſtate Conventum eſt ſuper nuptias inter Philippum *de Croy* & Jacobam de Luxemburgo Comitis noſtri natam contrahendas : & tunc mutua datur ſponſio, at poſtmodum Ludovicus cujuſdam offenſæ cauſa aſſenſum ad earum conſummationem præbere prorſus detrectabat, nihilo ſecius reluctante celebrantur & conſummantur nuptiæ. Hinc odii fomes genus inter utrumque, hinc oblocutores apud Bonum Burgundum Ludovico obſtrectant & crimina inurunt, hinc apud Principem adeo male audit, ut ditio ejus *d'Enghien* ad annum 1457. obſignetur. *Idem.*

Hæc inter Comes Ludovicus ullius expers criminis Cameraci degens, Familiaribus ſuis hilaria dedit ſolemniori pompâ, feſtivoque apparatu, ubi tripudia, haſtiludia, atque multa medio in convivio fercula, &c. Iis autem Philippus Bonus prædictam ob cauſam Aulicos ſuos adeſſe omnino vetuit ; quocirca Comes ad tempus ſe ſubduxit à Priucipis Burgundi ſequelâ & in Galliam ſeceſſit. Verum anno ſequenti Ludovico loqui licuit & audiri, cauſam vero ſuam ita dixit, ut non modo in-

ſons ab omni culpâ ſit judicatus, quin ! deinceps Duci ipſo Phillippo æque familiaris ac unquam extitit. *Monſtrelet, la Marche.*

Anno 1455. pactum eſt inter Ludovicum & Abbatem ac Aſcetas Clare-Vallenſes, quo his annuatim apud Gravelingas (cujus jam erat Dominus Comes noſter per Matris heredium) halecia 10000. conreata ex 20000. quæ olim iiſdem Aſcetis conferebantur ex donatione D. Guidonis & Genitricis ſuæ Margaretę Flandriæ Comitum ad annum 1270. *Aug. Galland.*

„ Anno 1459. Perna pervetuſtum in S. Pauli Comita-
„ tu Oppidum, exiguum id quidem, verumtamen loci
„ genio amœnum, Scaturientibus aquis irriguum, arbuſtis
„ caput attollentibus frondoſum, luxuriantibus pratis fœ-
„ cundum, & templo ſuo imprimis montis vertici impoſito
„ conſpicuum, luctuoſum incendium patitur, igne ex ſub-
„ urbio in urbem tranſvolante. *Locrius.*

Anno 1460 Goſſuimus *de Baillœul.* Goſſuini Primogenitus Equeſtri dignitate, velut parens & Atavi, & Egidia de *Saveuſe* Boni Saveuſii etiam Equitis Domini de *Bays*, *Savie*, &c. Oppidi Bethunienſis Præfecti Filia, Prioris Goſſuini conjux, Caſtrum antiquum cui à Sancto Martino nomen, juxta Fanum S. Pauli, præſtanti opera inſtaurant. *Idem.*

Anno 1461. Carolo Rege defuncto, Ludovicus Delphinus Remis poſtridie Aſſumptionis Deiparæ inauguratur, adſtantibus Ducibus Philippo de Burgundiâ, de Borbonio, Cliviâ, Domino de Raveſtano, Ludovico Dynaſtâ noſtro, aliis Baronibus atque proceribus veſtitu circumamictis opulentiſſimo ; ex hinc omnes Principes, Duces, Comites, DD. Regi fidem profitentur clientarem.

Hoc ipſo anno Oppidum de Enchriâ ſemi horæ ſpatio flammis penè totum abſumitur 11. Octobris.

Anno 1462. fatis cedit Joanna de *Bar* Comitiſſa noſtra, quâ defunctâ ſponſus Ludovicus cum liberis ſuis Petro, Carolo & Helenâ fidem & clientelam Philippo Burgundo Duci ſpondent pro prædiis in ejus Dominatu ſitis, ut liquet ex tabulis ſequentibus.

Philippe par la grace de Dieu Duc de Bourgogne, de Lothier, de Brabant & de Lembourg, Comte de Flandres, d'Artois, de Bourgogne.

A tous nos Baillifs, Justiciers & Officiers, ou a leurs Lieutenans; SALUT. *Sçavoir vous faisons que nos Amez & Feaux Chevaliers, Comtes & Chambellans, Mess. David de Poix, & Mess. Jean de Happelaincourt, come Procureurs suffisament fondez par lettres de Procuration dont il est apparu, de notre tres chere & feal Cousin Messire Louis de Luxembourg, Conte de S. Pol, & de Pierre, Charles & Damoiselle Helvine de Luxembourg aussi nos Cousins & Cousine enfans dudit Comte de S. Pol, de defunte Dame Jeanne Bar en son vivant sa compagne, nous ont fait esdits noms les foi & hommage que ils & chacun d'eux pour tant que touchier les peut, nous estoient tenus de faire, des Villes, Chasteaux, Terres, Seigneuries, Fiefs quelconques a eux & chacun d'eux venus & succedez par le trepas, & accause de laditte feüe Dame Jeanne de Bar; & generalement de tout ce que ledit Comte de S. Pol, & ledit Pierre, Charles, & Damoiselles Heleine, ses enfans, ont & tienneut de nous a cause de laditte feuë Dame & Comtesse de S. Pol. eusquels foy & hommages nous avons recu & recevons par ces presentes lesdits Comte de S. Pol & sesdits enfans & chacun d'eux & tant que a un chacun touche aux personnes que dessus, saux notre droit & l'autry, & mesmement nos dtoits de reliefy & ainsi qu'ils seront tenus de paier & mains de nos Officiers quil appartiendra. Et pourveu que ledit Comte de S. Pol, Pierre, Charlés & Damoiselle Heleine ses enfans, sont tenus de en leurs propres personne nous faire de Bouche & de maln lesdites foy & hommage de ce qu'ils tiennent de nous selon la maniere & coustume des lieux & fiefs qu'ils tiennent de nous par nous ou nos succeßeurs requis en seront. Si vous mandons & a chacun de vous endroit soy, & comme a lui appartiendra, que pour cause & occasion desdits foy & hommage non faits, vous ne empechiez ne molestiez lesdits Comte de S. Pol, Pierre, Charles, & Damoiselle He-*

leine ses enfans esdites Villes, Chasteau, Terres, Seigneuries, & Fiefs desusdits, de en la persecution des d'iceux, mais s'aucun empechement y estoit mis, les ostez & levez tantost & sans delay, & leurs mettez lesdites terres & autres choses dessusdites a pleine delivrance, pourveu qu'ils soient tenus d'en bailler en vos mains leur denombrement dedans temps deub. C'est a sçavoir devers celui ou ceux de vous nos officiers, qui ce regarde, se deja ne l'ont baillié. Donnez en notre Ville de Bruxelles le 14. jour de May l'an de Grace 1462. &c. Aug. Galland.

Anno 1463. Ludovicus Rex Domino *de Croy* dono impartitur Guisnensem Comitatum: eo pariter ævo deflectit Joannes de Burgundiâ Comes *d'Estampes* à partibus Burgundicis, & Galliæ adhæret Regi; Comes vero noster Charorolensi devinctus, ejusdem efficitur & præceptor & rei domesticæ administrator.

Item ipso anno interest Ludovicus noster translationi Reliquiarum S. Basilii Episc. Cęsarien. Brugis in templo S. Donatiani peractæ ab Illust. Episcopo Sareptano Guilielmo *Vasoris* al. *Vanasoris* Ordinis FF. Prędicatorum Audomarensium suffraganeo Tornacensi &c. *Bollandus.*

Hoc eodem anno Philippus Bonus Insulâ abcedens (relicto ibidem filio Carolo) Hesdinium venit oblectandi se gratiâ: dum hic modo venationibus, modo rebus aliis corpus animumque recreat; ingens calamitas Margaretam Angliæ Reginam ac Ducis Lothoringiæ filiam Regno exuit: unâque cum filio adhuc puerulo viris tribus ac pauculis Ancillis tenui navigio in Flandriam appellere compulit. Sed rem scitu non indignam à D. *Monstrelet* præstat audire suo idiomate Gallico.

Icy convient bien dire l'aventure que la Royne d'Angleterre eut a celle fois avec le Seigneur de la Varenes, car elle toute égarée passant un jour par une forest en Angleterre son Fils avec ellez furent prins des pillars qui les desroberent & debaguerent de tout points: & fait a croire quils les eussent meurdris n'eust èté quils prindrent noise les uns aux austres au departir de leurs Bagues: & tellement monta la noise

qu'ils se combatirent très-bien ; dont quand la Royne les veit ainsi mesler & combattre, elle print son Fils entre ses bras & s'en fuit en la forest au plus profond du bois, la ou elle se trouva tant lassée & tant travailliez, qu'elle ne pouvoit plus aller avant. Et en ce point trouva un brigant auquel elle bailla son fils a porter & lui dit TIENT MON AMY SAUVE LA VIE DE TON ROY : le brigant le print tout volontiers & s'en allerent tellement que tot après ils viendrent par mer a l'Ecluse : & de l'Ecluse elle s'en alla a Bruges toujours son fils avec elle, là où elle fut receüe moult honorablement : entre tant étoit son mary le Roy Henry au Païs de Galles en une des plus fortes places qui fut en Angleterre. Elle laissant a Bruges son fils Edouard s'en alla a Liste devers le Comte de Charolois, qui moult l'honora & & festoia grandement, puis s'en alla de Liste a Bethune pour parler au Duc de Bourgogne : lequel averty que grand nombre d'Anglois estoient venus a Calais, lui envoya ses Archiers, qui l'amenerent de Bethune a S. Pol, là où le Duc alla devers elle, nonobstant qu'il connoissoit assez qu'elle ne l'avoit onques aimez ; mais usant le Noble Duc de la Noblesse de son courage, la festoia grandement & lui donna du sien largement. Aucuns disoient lors, qu'il lui donna deux mille escus d'or, & au Seigneur de la Varenne mille escus, & a chacune des femmes d'icelle Royne cent escus, & si la feit convoier jusqu as tant qu'elle fut au Païs de Barrois, qui estoit au Duc de Calabre frere d'icelle Royne : laquelle Royne se reputoit malheureuse de ce que plutot ne s'estoit retraite devers le noble Duc de Bourgogne, *esperant que par son bon moien ces besoignes en eußent mieux vallu.* Hactenùs Monstrelet.

Iis hæc ejusdem anni ex diurno Burgundico addenda veniunt. *Philippe le bon Duc de Bourgogne etant a Hesdin le lundy 1. d'Aoust avec la Duchesse de Bourbon & mes Demoiselles ses filles, fit regaler aux fontaines du Parc Louis de Harcour Evesque de Baieux Patriarche de Jerusalem, l'Admiral & autres Embassadeurs de France, & dix jours après il en partit pour aller a N. Dame de Boulogne, où il*

il arriva le Samedy 13. Aoust, il y séjourna jusqu'à Jeudy 25. Aoust, quil en partit pour aller à Saint Paul, & dela a Hesdin, ou il arriva le Jeudy 1. Septembre, & resta jusqu'au 24. Octobre : &c. (a)

Anno 1464. Ludovicus XI. Galliarum Rex Comitem S Pauli apud se sistere jubet ; refugit ter Comes, at Commeatu munitus sistitur, & humanissime excipitur, & sic cum Rege suam conciliavit gratiam ; possessionum tamen ac prædiorum juris Regii Clientari jurejurando prius professo, &c. (*b*)

Anno ipso idem Rex Ludovicus Oppida sua lustrabundus denuo Ambianum accessit & Ambiano Paulopolim, ubi Burgundum cum Comite nostro commorantem comperit ; excepit eos Ludovicus noster epulo admodum splendido : Hinc Rex & Dux discedentes Hesdinium invisunt. Hic dum lautissime à Bono Duce Rex tractatur, de Gallo-Flandricâ ditione rursum ab eo repetenda, mentionem ingerit, nihil tamen aliud quam prius ab ipso expressit. Ergo nonnihil ideo commotus Rex, cum discessisset non procul Hisdinio, nunc Novioni, nunc Abbatisvillæ substitit. Venit tamen Paulopost Hesdinium Regina, eamque Dux magnificentissime excepit (*c*)

Anno 1465. Carolus Ducis Filius multo cum exercitu in Franciam tendit Duci Bituricensi aliisque suppetias laturus, aderat & noster Ludovicus tribus filiis suis & Fratre Jacobo comitatus, qui aciem ducebat primariam, per viam progressus Nigellam in Veromanduis facit suam, dein Sequanæ fluvio transmisso, Pontem S. Cleodaldi interceptum sibi vindicat.

Interea paratis omnibus in conspectum venit uterque exercitus, & tandem 5. Kalendas Augusti ad Montelerium acriter pluribus insultibus decertatum est. Rex Ludovicus Corbeiam noctis beneficio evasit, Carolus vero nocte ipsâ & die insecuto in loco prælii victor constitit. ceciderunt ab utraque parte circiter 2. millia, è quibus Franci,

(*a*) *Ex Add. ad Cominium.* (*b*) *Monstre'et, Buzelin.*
(*c*) *Idem. Vid. Buzelin.*

maxime Equites ac inter hos Senescallus Belinus ac Floquetus multis cum nobilibus, desiderati. Carolus Ballistarios plures pedites amisit. Paucos post dies ad Arcem
„ Sylvæ Vincennis hoc pacis fœdus transactum est. Rex
„ Oppida ad utramque Sommonæ ripam sita, Comitatum
„ Boloniensem ac Guinensem Carolo Burgundo reddito,
„ neq; eo vivo ullâ pecuniâ redimito. Flandria in perpetuum
„ libera ab appellationibus ad Curiam Parisiensem maneto.
„ Fratri Carolo Rex Normanniæ Ducatum concredito;
„ ac Ludovicum Luxemb. S. Pauli Comitem Magistrum
„ Equitum (Al. Franciæ Connestabilem) creato. *Hareus*.

Ludovicus itaque totius Galliæ Connestabilis (quo Regi duntaxat adhæreret) pacto pacis renuntiatur, nihilominùs adeo in Carolum Burgundum erat propensus, ut ab eo avelli vix potuerit, unde ipsum in Eburones exercitum dirigentem anno sequenti comitari non dubitavit tanquam aciei prioris Prꝰfectus; hinc duobus Dominis simul servire volens, utrique tandem odiosus audiit, & hæc est ejus infortunii origo &c. *Monstrelet*, *P. Heuterus*.

Cœterum anno 1466. in Gallias redux secundas init nuptias cum Margaretâ de Sabaudiâ Reginæ Carolinæ Germanâ Sorore, Rege ipso connubium conciliante, quo sibi addictiorem faceret, quo etiam fine, ipsum totius Neustriꝰ Custodem ac Rectorem constituit.

Anno 1467. Philippus Bonus Burgundiæ Dux, Flandriæ Comes &c. animam ponit 15. Junii filio Carolo in heredem unicum relicto.

Anno eodem ad novum Ducem Carolum Legati mittuntur Ludovicus Comes noster Connestabilis, Cardinalis de *Baluë* & alii qui Duci notas facerent Regis inducias cum Eburonibus, rogantes ne in eos deinceps insurgat, alias Rex eis aderit: dato responso; Dux mox Comitem nostrum conveniens his alloquitur verbis: *beau cousin; vous êtes bien mon ami & partant je vous avertis que vous preniéz garde que le Roy ne fasse de vous comme il a fait d'autres, si vous voulez demeurer par descha, vous serez le très-bien demeurez &c... Godefroy in add. ad Cominium.*

Anno 1468. exardeſcit Bellum inter Ludovicum Regem & Burgundum, ſed ſubindè curat Conneſtabilis inducias Peronę paſciſci, Eburonibus excluſis; quare Princeps uterque Leodium oppugnat & expugnat, civibus (qui poterant) in ſylvam Arduennam evadentibus.

Anno 1469. Ludovicus Rex Equitum S. Michaëlis Ordinem inſtituit, atque inter primarios Ludovicum noſtrum, quem in ſui obſequium penitùs propenſus noverat Equitem creat Ordine tertium, ipſum appellans cariſſimum fratrem & cognatum Ludovicum de Luxemb. Comitem S. Pauli & Conneſtabilem Francię &c.

Anno eodem Margareta des *Baux* Petri noſtri Comitis uxor vitam exuit in Viridarienſi Monialium Aſceterio propè, Cameracum, jacet in Caricampo.

Per id ævum Ludovicus noſter in Paulinates ſuos munificentiam vertit; ad libellum quippè ſupplicem Sagittariorum Fani S. Pauli, ipſorum annuit ſodalitio, quolibet anni Dominico meri menſuram [vulgò *Canne*] pecuniæ item ſummam in eorumdem S. Sebaſtiani ædis majus ornamentum; quin! à tributo & excubiis illum eximit per annum; qui Rex aviarius fuerit ſalutatus, ex reſponſo ad prædictorum ſupplicationem, quod vidimus originale, apud D. *Lanvin* ſocium Sagittarium.

Anno 1470. Conneſtabilis Ludovicus Sancti Quintini Fanum in Regis poteſtatem adigit, & cum 200. Haſtatis Equitibus ingreditur, ſibique illius cuſtodiâ demandatâ, Arcem ibidem extrui facit.

Ad eundem annum ſic ediſſerit autor Diarii Burgundici. *Le 5. de Janvier la Ducheſſe de Bourgogne* (Margueritte *d'Iorch*) *partit de Hedin, dina a Heuchin, & arriva le ſoir a Aire, où elle ſoupa avec le Roi d'Angleterre* (*Edouard*) *ſon frere, elle reſta le 6. avec lui, le 7. ce Roi vint a Saint Paul pour demander du ſecours contre Henry VI. ou le Duc de Bourgogne ſe rendit & coucha, il en partit le lendemain après diné pour retourner a Hedin, ou il reſta, & ou le Roi d'armes dit, Toiſon d'or* (*Gilles Gobert*) *alla par le commandement du Duc de Bourgogne porter au*

Connetable de France lettres de sommation de le venir servir en armes &c. scilicet propter prædia in Ducis ditione sita &c. *add. ad Cominium.*

Anno 1471. moritur Comes *d'Eu*, cujus ditio in manus Regias deveniens, conceditur Ludovico Connestabili, Regis quidem jussu, qui ita spoponderat in pacto nuptiali ejusdem Ludovici cum Glore sua (id est Regis.)

Anno 1472. Comes noster Bellovacum ab obsidione vindicat depulsis hostibus.

Anno 1473. in hoc conveniunt Ludovicus Rex & Ludovicus Comes noster quod Fanum Sancti Quintini juris erit Ludovici Connestabilis, eique restituentur Meldæ aliaque loca oblata; insuper editi judices qui de ejus causâ in Fani Sancti Quintini capturâ cognoscant & oblocutores puniant. *add. ad Monstrelet.*

His nihilominùs Principis utriusque odium incurrit Comes noster, Ducis quidem, quod Ambianum, Fanumque Sancti Quintini expugnasset, quod Hannoniam excurrisset, quod ibidem Castellum de *Solre* flammis addixisset, vel etiam quod bellum in dies inter utrumque acueret: Regis verò qui nimium credulus, ac æmulis clam famæ suæ obstrectantibus aurem præbens, suspectum habebat.

Hinc anno 1474. Bovinii induciæ datæ, ubi Comite Connestabili utrique Principi infenso, reoque pronunciato spondent jurantque mutuo legati se Connestabilem morte multaturos, qui eorum uter prior deprehenderit, vel in socii manus redditaros, uti evenit. Adde, quod hoc pacto sancitum, spolia ejus & ditiones *Ham*, *Bohain* & alias Ducis futuras, cætera Fisco Gallico.

Interim ubi audiit Comes hæc in caput agitari, mox Regem adiit, causam acturus suam coram ipso, qui Princeps forte persuasus mandat nihil adversùs Connestabilem concludi; at jam conclusum erat & signata Legatis distributa. Ut ut sit, annullatur conclusio & congressi Rex & Connestabilis prope Noviomagum, ibi Comes iterato donatur gratiâ Regis, qui pariter pacem ejus cum æmulo Comite Domartino conciliat, secumque Noviomagum ducit ad di-

verſorium ; hęc perſpiciens quis , Regem omnino placatum non arbitraretur ? Aſt nihil minus , cum enim Aulici dicacitate ſuâ ac jugi ſuſurru Regi innuiſſent ex congreſſu cum cliente armato Majeſtati Regiæ imbecillis animi notam inuriſſe ; Princeps ad iracundiam magis concitatus , vindictam meditatur. Inter hæc Jacobus Comitis frater & unus ejus filius , qui pro Burgundo militabat facti ſunt captivi à Gallis , & quod acerbiùs eſt iiſdem prope diebus Comitis uxor Maria Reginæ ſoror vivis eripitur , quæ omnia Conneſtabilis ruinam augurabantur proximam. &c. *Comminius*, *Vignier*.

Quâ ratione , quaſi vitę finem inſtare prævideret , poſtremæ voluntatis placita ſtatuit hoc ſcripto Gallico.

TESTAMENT

De Meſſire Louis de Luxembourg Comte de S. Pol , Conneſtable de France fait a Peronne le 24. Novembre 1475. & le codicile fait a Paris le 19. Decembre enſuivant.

In Nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Amen.

JE Louis de Luxembourg Comte de Saint Paul Connetable de France fais mon Teſtament en derniere volonté , en donnant mon ame a Dieu , & lui ſuppliant que icelle il veuille recevoir par ſa miſericorde : & le corps au lieu de l'Abbaye de Sercamp au cas que je mourray plus près dudit lieu que dés Chartois de Hermes , & conſequemment ſi je meurs plus près dudit Hermes que de Sercamp , j'entens être enſepulturé audits Chartois de Hermes : & au lieu ou on me mettera ſoit dite une baſſe meſſe chacun jour a perpetuité laquelle je veus & ordonne qu'elle ſoit fondée.

Item j'ordonne que pour mettre mon ame en repos , ſoient dites douze mille meſſes , & veus que l'on commence dès cette heure a les dire , a deux ſols d'Artois pour chacune meſſe.

Item j'ordonne que tous mes torts faits soient bien payez & pareillement mes debtes.

Item sept messes solemnelles a S. Paul, Lucheu, Anghien, Ligny, Brienne, Bohain & Ham.

Item fonder le vivre de treize pauvres sur Lambret.

Item je donne a mon petit fils Louis tous mes meubles dont je n'aurai point disposez a mon trepas.

Item lui donne pareillement mes acquets desqueles je n'aurai point disposez, & a telle charge que ils seront pareillement, s'il y a argent, je veux que icelui mon fils Louis face mon ordonnance touchant mon ame devant toutes choses accomplies.

Item je veux & entends que ma Comté de Ligny soit a mondit fils Louis, & tel droit que je puis y avoir és levées de la debte duë par Monsieur d'Orleans.

Item je veux que mon fils Pierre ait la Comté de Brienne, Pougy & la terre de Bourdenay : & au cas que l'on lui voulult oster ou empecher, qu'il eut vingt quatre mille escus que auront & posséderont de moi ceux qui voudront donner empechement.

Item je donne deux mille francs aux serviteurs estans de mon Hostel au jour de mon trepas, je veux que Jacqueline de S. Simon, ait a sa vie pour subvenir a ses affaires, la terre que j'ai a Chavignon en Laonnois & la terre toute que j'ai a Cressy.

Item a Annette la Bastarde la terre de feuillye en près Chastel en Cambresis.

Item lui donne trois mille francs sur les plus beaux de mes revenus.

Item je donne a Yolant aussi Bastarde deux mille francs pour avancement de son mariage.

Item a mon fils Louis, je donne ma maison de Bruges.

Item je donne au petit Charles toutes mes terres de Cambresis & ma maison de Cambray ; & si d'avanture il estoit homme d'Eglise, je veux & ordonne que lesdittes terres & maison retournent a mon fils Louis, sans que il en puisse rien aliener.

Item l'argent de mon mariage sera converty en rente par l'advis de mes Testamenteurs, pour mondit fils Louis afin qu'il ne se depende, mes debtes & laigs payez.

Item tout l'argent qui me sera deu par le Roy au jour de mon trepas, pareillement je le donne a mon fils Louis. Toutes les choses dessusdites que je lui donne, c'est a charge du mariage de sa sœur : toutesfois je suis d'advis & d'opinion qu'elle soit mise d'Eglise au Pont Sainte Maxence avec sa sœur : je lui baille cent ou six vingts francs a sa vie de laquelle rente en ce cas, pareillement mondit fils en sera chargé.

Item ordonne toutes les choses qui touchent mes debtes, & le fait de ma conscience, seront pris en deux ou trois Bougettes qui sont sur le Moine Noir & que maistre Jean Richer a porté & si cela ne suffit, se prendra sur ce que Monsieur de Roy, a.

Item je donne a Maistre Jean Richer pour aider a supporter ses affaires cinq cens francs.

Item j'ordonne & donne tous mes chevaux & harnois a Messire Jean le Bastard.

Item je ordonne & donne a Hector de l'Ecluse la terre de Borgival.

Item je donne a Louis mon fils la terre d'Arce assise, près de Lessine.

Item je donne a mes Testamenteurs Monsieur le Prevost, Maistre Jehan Jouglet, Maistre Jehan Richer, Maistre Jehan de Senne, & Monsieur de Rout, ausquels je donne en accomplissant mon Testament, ainsi que j'en ay en eux parfaite fiance, a chacun quatre cens francs. Fait a Peronne le 24. jour de Novembre 1475. sous mon seing-signé, Louis de Luxembourg, *avec sein manuel.*

En une feuille separée est écrit ce qui suit. Mes Testamenteurs je vous prie que veuillez donner quelque chose selon vos consciences a Matthieu de la Haye pour satisfaire a l'achat que feis de sa terre, pour les Mottes que je convertis au payement de l'achat de ladite terre. Pareillement entant que vous pourrez, accomplissez mon Testament, &

vous avez des biens de moi, veuillez donner a Jacques le Bastard mille francs, & a sa sœur demeurant sur de Varenne mille & cinq cens francs; & priez tous Dieu pour moy.

Item j'ai donné & donne a mon fils Louis ma terre que j'ai d'Acre, qui est du costé les signes (lege Lessine)

Je donne a Messire Jean le Bastard mes chevaux & mon harnois avec la terre de Haubourdin pour lui, & ses Hoirs masles yssans de lui. Escrit en l'Hostel de la ville le 19. de Decembre 1475. a Paris, le tout sans prejudice de mon Testament precedent. Signé Louis de Luxembourg *avec son sein manuel au bas; duquel & de sa propre main sont escrits ces mots, priez tous Dieu pour moi.*

COPIE SUR LES ORIGINAUX SOUBSIGNEZ DUDIT CONNETABLE,

A deux sœuilles est attaché un Acte escrit en Parchemin, contenant ce qui ensuit.

A *Tous ceux &c. cet Acte contient la Declaration d'aucuns tesmoins ouys pardevant Notaires, qui attestent lesdits Testament & codicille être soussignez dudit Connetable & bien reconnoitre son sein manuel: même l'un d'eux dit que ledit Connetable lui deposa entre les mains ledit Testament fait a Peronne.*

Tirés des preuves aux memoires de Philipe de Commines.

Itaque recrudescente Bello cum Anglis, & fœdere demum cum illis in novennium inito, cumque Burgundus eodem pacto comprehendi recusasset, post Eduardi Regis è Galliâ discessum, & ipse pariter ad novem annos cum Ludovico Rege inducias alias amplis clausulis pepigit. Miser Connestabilis, cum inter hæc à Rege vocatus, asserente se indigere tali capite ad expedienda tanti momenti negotia (Caput scilicet separatum à trunco;

non cerebrum aut ingenium) non ausus esset ei fidere, nisi jurato de securitate ad crucem S. Laudi, quę apud Andegavenses summâ Religione habebatur, & qui eam perjerans tangeret, intra annum malâ morte perire dicebatur, nec Rex sibi à perjurii vindictâ timens jurare voluisset. *Spondanus.*

Postquam tandem, cœteris cum Rege reconciliatis, quid acturus esset dubius Connestabilis, hæret; cum Burgundo congressus, ab eo turpiter proditur ac Regi traditur: convictusque Litteris ac Sigillis propriis de clandestinis in Regem factionibus atque Conciliis cum Anglicis & Burgundis habitis, ex sententiâ Senatus Parisiensis capite ibi publice plexus est die 19. Decembris anni 1475. sepultus in Ecclesiâ FF. Franciscanorum. *Idem.*

Tragicus hic exitus tanti viri Ludovici de *Luxemb.* S. Pauli Comitis Franciæ Connestabilis, vere digni, ait *Belleforest*, qui recenseretur inter Sapientiores, fortissimos atque generosissimos Duces, qui unquam Gallias illustrarunt; cujus res gestas ad extensum passim autores Historici tradiderunt, nos ne nimii eas perstrinximus: qui plura cupit, legat Ludovici XI. Regis Chronicon, Comminium, Monstreletum, Spondanum, Brovium, Meierum & maxime Vignerium, cum notis ad suam Luxemburgicam Historiam additis per Nicolaum *Pavillon*, hic namque de eo fuse admodum scribit, quin! Ex Ludovici Comitis Responsis ad quæsita causam ejus tueri conatur.

Unum tamen aut alterum libet lectorem edocere: nempe è duobus Magnatibus quos Ludovicus Rex morte affici jussit, ipsum subinde pœnituit unius qui juxta autores censetur noster Ludovicus, unde D. Franciscus *Belcarius* Episcopus Metensis Ludovici Regis instantem vitę finem
„ describens sic ait: sed ut duos viros summos extremo
„ supplicio afficiendos curarat Jacobum Armeniacum Ne-
„ morensem Regulum, ac Ludovicum Luxemburgensem
„ Equitum Magistrum, quibus præscriptam in paucas horas
„ mortem denuntiari jusserat: sic divina fortasse ultione
„ procurante eidem vicissim, sed non ita constanti ple-

„ naque consolationis oratione, mors jamjam instare denun-
„ tiata est. Ne quis Imperio abusus tyrannico acerbitate in
„ suos ita sæviat, quin summum rerum omnium Moderatorem
„ justum pariter ultorem extimescat. Alterius autem illorum,
„ cujus causam Dariolo Cancellario, ac nonnullis Parisiensibus
„ Senatoribus disjudicandam commiserat, ac damnare re-
„ cusantes Senatu moverat, uti innocentis præterque jus
„ cæsi, fato proximum Regem pœnituit: Alterum quasi
„ jure cæsum silentio prætermisit. Lib. 4.

Alterum: quod post mortem ejus (Ludovici Connestabilis)
„ ait, *Meierus*, Burgundionem gratia divina plane destituit,
„ totumque deseruit, nunquam quidquam fœliciter illi cessit,
„ sed veluti homo amens, omniqueintelligentiâ spoliatus in
„ exitium suum cucurrit & corruit, Deo perfidiam castigante.

Ad hæc *Comminius* Syncronus autor. Audivistis, inquit,
„ jam quo pacto Deus rerum humanarum gubernator
„ Campobachium hunc constituerit vindicem Connestabi-
„ lis contra fidem datam, à Carolo ad necem traditi
„ eodem in loco, pari prorsus negotio, adeoque longe
„ etiam crudeliori eventu. Ut N. contra Sponsionem &
„ fidem tradidit eum, ut occidererur, sic ejus, cui om-
„ nium maxime credebat, perfidiâ proditus est, &c. *lib. V.*

Quod & Albertus *Krant*, ita exponit. Inde colloquio
„ Regum (Galliæ & Angliæ) peracto Rex ipse Franciæ ad
„ partem cum Duce (Carolo) loquitur, convenitque in-
„ ter illos, ut de Comite S. Pauli Rex Franciæ suo ar-
„ bitratu constitueret, nec longum tempus in medio,
„ vinctus Comes Valentianis, ubi Ducem operiebatur,
„ perducitur Parisium. Indignum ab Duce facinus, eo
„ quod maculam insignem gloriæ illius inurit, prodere vi-
„ rum, qui pro se & patre mille periculis objectarit caput.
„ Fuerit ille noxius in Regem, necne? Viderint quibus ea
„ res permissa: certe in Ducem non ita commeruit pro-
„ di, vinciri, hosti tradi, &c. (*a*)

Capitali animadversione peractâ & possessiones Connes-
tabilis immensæ Fisco Gallico adjudicatæ, pluribus à Rege

(*a*) *Hist. Saxon. lib. 12. cap. 14.*

fuêre concessæ, scilicet Ludovico Borbonio, qui Connestabilem ipsum fecerat captivum, Gregorio de Trimoliâ D. de *Craon*. Carolo *d'Amboise*, Guillelmo de Toutevillâ D. de *Torcy*. Guillelmo de *Chaumont*, Antonio Notho de Burgundiâ; Ludovico de Gravillâ, Joanni *Blosset*; Jocobo de Luxemburgo & aliis, quos inter Guido *Pot* Eques de Vermanduo Regi à cubiculis pro parte quatripartitâ donatus est multis ditionibus & quidem Comitatu S. Pauli, datis Februario litteris anni seq. 1476... de iis infra.

Nec silendum, reor, quæ in hâc re litteris Gallicis mandarunt *P. d'Oustreman*, D. *Gollut* & D. *Pasquier*.

L'an 1475. *Louis de Luxemboug Comte de S. Paul & Connestable de France ayant été arresté prisonier la veille de S. Clement à Mons, ou il s'étoit retiré a sauveté, fut amené à Valenciennes par le Seigneur d'Aimeries Grand Bailly de Hainau & le Comte de Chimay, & fut logé en l'Hotel de S. Sauve prés de l'Eglise de S. Nicolas. Il n'avoit que deux hommes avec soy, son barbier, & un homme de Chambre. Et le lendemain il fut conduit par les mesmes Seigneurs accompagnez de quelques huit cens soldats, tirés partie de cette Ville partie des Garnisons voisines, jusqu'à Peronne, ou les Seigneurs d'Imbercourt & le Chancelier Hugonet grand ennemis du Connestable, le livrerent par Ordonnance du Duc Charles entre les mains des gens du Roy de France, à qui ils l'avoit vendu, à condition que le Roy lui feroit mettre en main la Ville de Nancy, que le Duc assiegeoit. Le Roy lui fit trancher la tête à Paris. Le Duc de Bourgogne fut grandement blasmé de cette lacheté, & plusieurs ont creu que la desroute & la fin desastrueuse de ce Prince en ont été les effets.* (a)

Quant au Connestable, ait Gollut, *il fut conduit à Paris, & là degradé & decapité & ses biens confisqués au profit du Roy & du Duc, étant agée de 70. ans. Par ladite confiscation le Duc emporta S. Quentin, Han & Bohan, avec toutes autres Seigneuries & biens qui étoient riere ses Pays. Mais cette confiscation fut au Duc un cheval de*

(*a*) *P. Doutreman Hist. de Valenciennes.*

Seyan & la faute commise contre ce Noble Vieillard fut le Commencement des miseres du Duc, parce que déslors, il ne prosperat comme il h'avoit faict precedement, &c. (a)

Quantum vero potens fuerit Ludovicus, à D. Stephano *Pasquier*, suo idiomate Gallico edisserente, audito.

Jamais Seigneur non Souverain ne fut élevé en si haut degré de fortune que cestui-cy, & jamais Seigneur ne se trouva si mal user de sa bonne fortune que luy. Il étoit extraict de cette grande & illustre Maison de Luxembourg, qui avoit produit 4 ou 5 Empereurs de suitte, beau-Frere du Roy Louis XI, Seigneur d'une infinité de grandes terres, Connestable de France, appointé du Roy de quarante cinq mille florins par an, qui étoit beaucoup en ce tems là, avoit quattre cens hommes d'armes entretenus & souldoyez, dont lui seul étoit le Commissaire & Controlleur, chose dont le Roy temporisans à ses importunes grandeurs, ne l'osoit dedire. Possedoit les Villes de Bohains & Hams (& S. Paul) & encore celle de S. Quentin absolument, qui lui servoit de Leurre pour repaistre les esperances d'uns & autres Princes. Levoit un escu pour pippe de vin passant dedans ses Villes, pour estre transportée au Pays-bas. Et soutenu du vent de tant de faveurs, nageant entre deux eaux, Commandoit, ou pour mieux dire gourmandoit un Roy de France (Louis XI) & un grand Duc de Bourgogne (Charles Hardy) &c. Recherches de la France lib. 5. cap. 13.

Porro finem imponet autor Synchronus Neustrius Ord. FF. Prædicatorum, qui licet Anonimus & nomen taceat Comitis S. Pauli, ipsum nihilominus Ludovicum ad vivum depingit hac narratione.

„ Fuit his diebus in hoc Franciæ Regno Comes quidam
„ ingenio perspicax, sermone disertus, viribus pollens,
„ corpore pulcherrimus, in bello strenuus, generis No-
„ bilitate sublimis, fama præclarus, conjuge & liberis or-
„ natus, nam Sororem Reginæ habebat. Erat Regibus &
„ Principibus acceptus & desideratissimus, maximâ Arma-

(a) *Memoire de Bourgogne lib. X. c. CIV.*

„ torum Comitivâ circumſeptus, officio quippe Conſta-
„ bularii, quod apud nos ſupremum eſt, fungebatur, Op-
„ pida & Caſtra inexpugnabilia poſſidebat; innumeris di-
„ vitiis & Theſauris abundabat, ſemper honorabilior apud
„ homines, ſemper ditior, ſemper potentior excreſcebat:
„ nullâ unquam moleſtiâ hæc felicitas interrupta eſt: non
„ infirmitatibus vexabatur, non rerum damno affligeba-
„ tur, non hominum perſecutionibus urgebatur; ita ut
„ omnia quæcumque fortuna ſigillatim in alios diſperſerat
„ in hunc unum, tanquam in ſuum alumnum præ cunctis
„ amantiſſimum, coarcervaſſe videretur. Et nullus ſecun-
„ dum ſtatum ſuum tempore noſtro tam fœlix viſus aut
„ auditus eſt in his terrenis, in quibus in tantum confide-
„ bat, ut nullus prorſus mortalium ſe timere confirma-
„ ret: ſed hujus ſupremæ felicitatis, quantum ſpectat ad
„ præſentia, miſerabilis nimis & inopinatus finis fuit, poſt-
„ quam enim diu valde talium fruitione gaviſus eſt, ſubito
„ captus, & conſequenter pauciſſimis elapſis diebus Pariſius
„ publice & ignominioſiſſime decollatus eſt. *Scrip.FF.Præd.*

GENESIS

LUDOVICI DE LUXEMBURGO ET UTRIUSQUE CONJUGIS JOANNÆ *DE BAR* ET MARIÆ DESABAUDIA.

Ex prima Joanna generationem ejus enarrant.

1. JOannes (al. Ludovicus) Comes S. Pauli, de *Marles*, &c.
2. Petrus poſt fratrem, etiam Comes Sancti Pauli &c.
3. Antonius Comes de *Brienne*, de *Rouſſy*, dein de *Ligny*, Baro de *Rameru* & *Pinei*, Vice-Comes de *Machaut* &c. tres duxit uxores ſcilicet.

1. Antoniam de *Bauſremont* Comitiſſæ de *Charny* & *Monſort*, Petri filiam & heredem unicam, quæ genuit Philibertam nuptam Joanni de *Chalon* VI. Principi Arauſiaco.
2. Franciſcam de *Crouy* Caroli Principis de *Chimay* filiam, quæ genuit Carolum de *Luxembourg* Comitem de *Brien-*

ne &c. Equitem S. Michaëlis Ducem 50. armatorum &c. qui duxit Carolinam de *Touteville* &c. & juxta quosd. Claudium &c.

3. Egidiam de *Cœtivi* filiam Oliverii Domini de *Taillebourg* Senesalli de *Guienne*.

Porro Antonio demandavit Ludovicus XII. magni negotia momenti; Cubicularium suum constituit ordinarium, ac in bonorum suorum possessionem restituit, litteris expressè datis Blesiæ 29. Maii 1504.

4. Carolus Episcopus Par Franciæ & Dux Laadunensis, qui primo Canonicus excipitur anno 1463. 17. Jan. exin electione licet ultimus, Antistes creantur anno 1472. devixit autem 1409. *Gallia Christiana*.

5. Jacoba, nupta Philippo D. de *Croy*, *Renty*, *Aischot*, *Senegem*, Comiti de Portiano &c.

6. Helena, nupta Jano Laurentio Sabaudo Genevæ Comiti, &c.... obiit 1488.

7. Philippa Abbatissa de *Monciel* ad Pontem Sanctæ Maxentię anno 1475.

EX VORE MARIA DE SABAUDIA.

1. Ludovicus Princeps de Altemuro, Dux de Andriâ & de *Vernouze* Comes de *Ligni* & de *Venquerre*, Eques Ordinis Sancti Michaëlis & summus Galliæ Cubicularius, duxit Eleonoram de *Guevarre*, *de Baux* &c. obiit improlis 31. Decembris 1503.

2. Joanna, quæ Gandavi in B. Agnetis Parthenone Virginatem est professa.

EX AMICIS NOTHOS AGNOVIT LUDOVICUS

1. Christophorum. 2. Quintinum. 3. Jacobum & *de la Boutillerie*, qui duxit Catharinam de *Verquinieul*. 4. Joannam nuptam Ludovico (al. Antonio) *d'Ally*, Domino de *Varennes*. 5. Magaretam nuptam Philippo *d'Inchy*, Duacensi Castellano. 6. Margaretam, ad S. Mariam apud Suessiones Abbatissam. 7. (Alterius Spuriæ meminit ipse Ludovicus in suo testamento, quam

vocat *Annette.*) 8. Jolendem Moncellis ad Pontem S. Maxentiæ Antiſtitem. 9. Robertum (al. Joannam) nominat *Gallia Chriſtiana* Luxemburg. Comitis Sampaulani filium adulterinum Epiſcopum 56. Engoliſmenſem, qui ſedit annis 11. quadrato lapide Eccleſiam ſuam ſtravit. Obiit 1492. 10. Egidium Catalaunenſem Antiſtitem , qui ſedit 31. annis. Devixit 1534. *Gall. Chriſt.*

Inter Ludovici noſtri filios ſpurios , recenſendus venit Simon de Luxemburgo " Comitis Sancti Pauli nothus , „ legis Doctor , Archidiaconus Flandriæ, in Eccleſiâ Morinenſi , Brabantię in Eccleſiâ Cameracenſi & Canonicus „ Trajectenſis ; evaſit præpoſitus Audomarenſis annuente „ Eugenio Papa IV. 14. Calendas Martii. 1438. & admittitur per procurationem 7. Februarii 1439. *Eadem* „ *Gallia Chriſtiana.*



JOANNES LUXEMBURGENSIS XXX.

COMES S. PAULI , *MARLES, LIGNI, SOISSONS, BRAINE,* VICE-COMES *DE MEAUX*, DOMINUS *D'ENGUIEN*, &c.

JOannes natu major & Hæres , Paternarum poſſeſſionum jura (Fiſco licet addicto) ſubiit ; at in modicum tempus , etenim Audacem Carolum ſecutus cum fratre , ferro occubuit in prælio ad Moratum contra Helvetios &

Lotaringios 22. Junii anno 1476. innuptus quidem & improlis, Eques aurei velleris creatus Valencenis ab ipso Principe Carolo anno 1473. ordine quintus. &c.

Cœterum tametsi Joannes & Petrus frater ejus nudati patrimonio, non abs re erit illud quale fuerit, majori ex parte Lectori exponere, quantisque opibus, possessionibus, latisfundiis, ditionibus, aliisque ceu in Galliâ aut Flandriâ & alibi affluerit & abundaverit Ludovicus Parens, ut indè percipiat donatos mercede nimiâ ęmulos, qui Connestabilis exitium sunt moliti. Ea omnia partitus est Rex hoc annorum ordine.

Primò quidem anno 1475. quatuor ante judicium mensibus Dominus Ludovicus Gravillâ de *Montagu* donatus est ditione de *Vendeul* in Vermanduo, ex litteris Augusto datis.

Joanni *Blosset* obtigere Dominatus de S. Martio, *Ullaine*, *la Villemoron*, *Boudenaye*, *Maziers*, *Cocquan*, *Langery*, *Monceaux & la Fontcompere*. Litteris ejusdem anni datis Januario.

Guidoni *Pot* Regio Cubiculario evenere I. Comitatus S. Pauli, ditiones de *Pernes*, *Lisbourg*, *Orville*, *Frevench*, *Collettes & Erigny*, (*al. Celers & Ergny.*)Litteris Februarii anni 1476. II. Dominatus de *Tingry*, *Hucliers* & de *Belle* in Boloneso : *Monstreuil & Surene*, aliis ejusdem datæ litteris 3. ditiones Insulę in Flandriâ & Basseâ, *Phalempin*, *Eschaumage*, *de la Neuville*, *Plouich*, *Astices*, *Ostricourt*, *Watan*, *Fiℓlan*, *Levardie*, *Ampuetiere*, *Mons* in Pevillâ, *Causin*, *Aiguillon*, *Baubin*, *Avelautrie*, *Engrain*, *Noiosin*, *la Cour* de Provino, Civitas de Provino *Sanghin & Ermentietes* aliis ejusdem etiam datæ.

Antonius Nothus de Burgunddiâ consecutus est, primò Comitatum Guisnensem litteris Martii ejusdem anni. Secundò Præposituram & Ditionem Bapalmensem, aliis Februarii ejusdem anni. Tertiò Comitatum Astremontem & Dominatum Buccinensem, aliis litteris ejusdem datæ.

Petro de *Bohain* Domino de *Gié* Franciæ Marescallo donantur, Primò Ditio de *Vire* in Neustriâ, litteris Novembris ejusdem anni. Secundò, Satrapia de *Ham* in Veromanduis

manduis litteris Feb. ejuſdem anni. Tertiò Dominatus de *Baurevoir*, litteris aliis Martii ejuſdem anni 1476. Quartò Comitatus de *Marles* & partim *Soiſſons* &c.

Guido *Pot* ſupradictus Quartò donatur Satrapiis de *Lucheu*, *Pas* in Arteſiâ, *Ligni* ab Canchiam litteris Decembris 1477.

Georgius de Trimolliâ Comitatum adiit Ligniacum & quæcumque juris erant Conneſtabilis in Barro ex litteris Januarii anni 1475. Verum Georgio anno 1481. improli defuncto, transmittitur donum Ludovico de Borbonio, cui traditus Conneſtabilis Pariſios deducendus.

Guillelmus de *Chaumont* donatur Comitatu de *Brienne* ſicut & Toparchiis de *Bourdenaye* & Willenouæ ad viam cum aliis prædiis ſitis apud Trecas & *Chaumont*, litteris ejuſdem ac præcedentis datæ.

Venit tandem Jacobus Luxemb. D. de *Richebourg* frater Conneſtabilis, qui,quod Regi adhereret,ditionibus his gratificatus eſt ſcilicet *Nogent le Retrou*, *Alluie*, *Pierrecouppe*, *Brou*, *Montmiral*, *Anton & Labazochegoet*, litteris Januarii anni 1481 hæc autem ait D. *Pavillion* non ſibi, ſed nepotibus cuſtodienda ſuſcepit. *Hiſtoria Luxemb.*

Quam vero tulerit partem Dux Burgundus, ex Philippo Comminæïo colligendum. Burgundo promiſſæ „ ſunt, inquit, Civitates reſtitui Sanquintinum, Hamum, „ Bohainium cum omnibus quas de Regionibus ipſius Con- „ neſtabilius tenuerat, adjectis inſuper ejus, quæ vocant mo- „ bilibus,ubicumq;terrarum offenderentur. *Lib. IV. Cap.* 12. „ Mobilia autem quæ appellant, Conneſtabilis non erant „ ſupra pretium octoginta, pecunia numerata inventa ſep- „ tuaginta ſex millium (Scutorum). Itaque emolumentum „ ex tam turpi facto planè exiguum. Ipſe tamen (Burgun- „ dus) pro magno habebat, damno ſuo ingenti *Cap.* 13.

Quidquid actum ſit, jure an injuſtitiâ dono affecti omnes (ſi Jacobum Luxemburgicum exceperis) quotâ parte ſuâ potiti ſunt ad decem aut duodecim annos, quod ut planius innoteſcat, legendi *N. Vignier hiſt. D. Dupuy*, *tractatus pro Regiis juribus pag.* 326. &c.



PETRUS DE LUXEMBURGO II. NOM.

XXXI. S. PAULI COMES, ANGHIANI DYNASTA &c.

CASTELLANUS INSULENSIS &c.

PEtrus Ludovici Conneſtabilis ſecundogenitus, fratrem gladio cæſum excepit in Comitatibus S. Pauli *Converſan* & aliis quorum iniit dominium; Carolo autem fratri Laudunenſi Epiſcopo linquitur uſusfructus ditionum de *Rumpot*, *Hæbouk*, *Echere*, *Hinghene* & *Haeldanc*, mediantibus libris quingentis ſpontaneo ex pacto inter eos inito 13. Septembris anni 1476. *Vignier Hiſt. de Luxembourg.*

Per obitum autem Joannis, atque aliorum Parentum fit Comes de *Ligni*, *Marles*, *Soiſſons* & *Brainne*, Vice-Comes de *Meaux*, Dominus de *Enghien*, *d'Oiſy*, *Ghiſtelles*, *Gravelinnes*, *Bourbourg*, *Warneſton*, Brugenſis Tolonii & Caſtellanus Inſulenſis &c.

Sponſam ſibi copulavit Margaretam de Sabaudiâ Novercæ ſuæ Mariæ ſororem, filiam Ludovici & Annæ Regis Cipri filiæ: vidua erat Margareta Joannis *Paleologue* Marquionis de Monferrato qui obiit anni 1464.

Anno 1477. Petrus Enghiani degens, mox auditis Caroli Audacis ad Moratum Cladem & ad Nanceïum necem hunc ad filias & amicos habuit ſermonem viri planè pa-

tientis & omninò ad vindictam alieni dignissimum. *Voyez enfans un coup du ciel : le Duc nostre Prince, qui a si miserablement finy sa vie;il a un an & environ trois semaines qu'il avoit donné a feu mon pere de bonne memoire, un saulf conduit, portant asseurance de protection & deffense ; il l'a violé & a faict delivrer mon pere és mains du Roy (de France) pour lui faire perdre la vie, le tout par avarice affin d'avoir S. Quentin, Han & Bohain, & tout son bien meuble, qui pouvoit valoir quatre vingt mille escus. Le Duc a semblablement perdu en cette année a la journée de Granson tout son meuble de valeur & pris inestimable, & a la bataille de Nancy, il a perdu la vie d'une façon cruelle. Si j'estois prevenu de desir de vengeance, j'aurois dequoi me resjouir, mais beni soit le nom de Dieu qui a puni telle faute au dehors de mes souhaits & prieres.* Petrus Colins.

Il n'estoit nul besoin au Duc de Bourgogne ; qui estoit un si grand Prince & de maison si renommée & honorable, de donner une seureté au Connestable pour le prendre & faire delivrer, ou il estoit certain de la mort & par avarice. D. Philippus de Commines.

Eodem ævo Maria de Burgundiâ Caroli Audacis unica perpendens quæ & quot calamitates sibi supervenerint ex quo Genitor Connestabilem in æmulorum manus tradi jusserat, lavit manus & nihil cunctata, heredibus infœlicia dona ac spolia ejusdem Connestabilis, quę sibi asciverat vel receperat ipse pater, ex asse restituit ; quod & filio Petro Comiti nostro terminis adeò honorificis in memoriam parentis Ludovici præscripsit, ut honorificentioribus haud potuerit. Sic autem sonat prœmium. *Elle cede & transporte tous droits, causes & actions, que le feu Duc son pere & elle pourroit avoir, fut a tiltre de confiscation ou a tiltre dudit don & transport du Roy auparavant* (verba ejus sunt) *ou depuis le trepas de Mr. Louis de Luxembourg en la Comté de S. Paul, en toutes les autres Terres & Seigneuries, qui apparteinrent &c.* Datum 20. Augusti anni 1477. Consule Nicolaum *Pavillon* in nobis ad Hi-

ſtoriam Luxemb D. N. *Vignier* : ibidem quę præceſſerunt aut ſecuta ſunt caſum Conneſtabilis popalare non veretur.

Anno ipſo Galliæ Rex Ludovicus XI. Carolo Burgundo Flandriæ Comite ad Nanceïum perempto, confeſtim aciem movit in Arteſiam & Pontivum, dein in Boloneſum, cujus Metropolim mox in deditionem interpellavit, aſt abnuentem ita cinxit & oppugnavit, ut intra 6. dies januas aperire compuletit.

Itaqne Boloniam ſubactam intuens Rex ſibi fore commodam, ipſam tum juris D. Bertrandi *de la Tour* ac Dominii, permutavit Dynaſtiâ Lauriaciâ in Occitaniâ, quam hâc ratione in Comitatum erexit. Commutationem verò ratam habuit Senatus Pariſinus.

Cum autem Bolonica ditio ab Arteſiano Comitatu & Dominatu penderet tanquam feudum clientare, Rex ipſe factus Comes Arteſianus juri ſuo ceſſit Boloniamque liberavit à juriſdictione Arteſiani Dominatus, litteris datis & probatis anni ſequentis, ſed & feudum ipſum Bolonienſe ad Virginem ibidem ſacrum, tranſtulit. Sic verò res geſta.

Rex calcaribus ac balteo ſolutus, apertâ vertice, genibus ad terram proſtratis Boloniam ſuam ſolemni ritu oppignoravit Virgini Matri, ad ejus aram inter manus Abbatis (tunc enim Eccleſia Bolonienſis Abbatialis erat Canonicorum Regularium S. Auguſtini) humiliter profeſſus ſe clientem & velle deinceps Comitatum tenere ab ipsâ ſolâ, quam uti ſupremam Dominam ſuſpiciebat & venerabatur, ac in fidei ſuæ ſacramentum cor aureum obtulit 13. Marcarum pondere, id eſt, bis mille aureorum, quodque Icon ipſa diu dextrâ ſuſtulit ad uſque Civitatis expugnationem ab Anglis : lege ſancitâ, ut qui in ævum futuri eſſent ſucceſſores, tantumdem præſtarent, ac Mariam ejus tractus Dominam recognoſcerent. Litteræ patentes hujus Gallici ſunt tenoris.

LOUIS PAR LA GRACE DE DIEU ROY DE FRANCE ET DE NAVARRE : Nous eſtans venu preſentement en noſtre Ville de Boulogne pour la grande & ſin-

guliere devotion que nous avons a la glorieuse Vierge MARIE & a son Eglise fondée en laditte Ville, en laquelle par l'intercession de laditte DAME se font chacun jour des beaux & grands miracles. Considerans aussi les très grandes & singulieres graces que nostre Seigneur nous a fait le tems passé par l'intercession de sa glorieuse Mere. Desirans de tout nostre cœur en reconnoissance de cela, reverer, elever & augmenter en honneur, prerogatives, & dignitez ladite Eglise de Nostre DAME de Boulogne : nous avons de nostre propre mouvemens, pleine puissance & autorité royale donnez, cedez, transportez & delaissez, donnons, cedons, transportons & delaissons a ladite DAME reverée en l'Eglise de Boulogne, le droit, titre & fief qui nous competoit & appartenoit par raison & a cause de nostre Comté d'Artois.

Lequel fief & homage de la Comté de Boulogne nous & nos successeurs Rois de France & Comtes d'icelle Comté seronts tenus doresnavant perpetuellement quand le cas y eschera de rendre ledit homage devant l'image de laditte DAME en son Eglise és mains de l'Abbé comme Procureur, Abbé & Administrateur d'icelle & de payer les reliefs, tiers de chambellage & autres droits Seigneuriaux pour ce dues a muance de Vassal, & en outre pour l'honneur & reverence de Nostre DAME, nous & nos successeurs seronts tenus en faisans ledit homage d'offrir & presenter nostre cœur en espece & figure de metail d'or fin de la pesanteur de 13. marcs d'or. Donnez a Hesdin au mois d'Avril l'an 1478.

Cette Chartre a été lûë, publiée & enregistrée au Parlement de Paris 18. jour Aoust. Et a la Chambre des Comptes le 19. même mois & année 1478.

Carolus VIII. Ludovici filius & Successor, Ludovicus XII. eidem Deiparæ Virgini idem clientelę obsequium sunt professi cum oblatione aurei cordis ejusdem & ponderis & valoris. &c. *Hist. des Majeurs d'Abbeville.*

Eodem anno calendas Julii Brugis natus est Maximiliano Austriaco Archiduci filius, cui inditum nomen Philip-

pus. Quartò autem calendas Augusti è sacro ipsum lavacro suscepere Margareta Eboracensis, pugnacis vidua; infantique nomen dedit Adolphus Clivius, Ravestainæ Regulus, nomine Cæsaris Frederici, ac Petrus Lutzemburgius Fani D. Pauli Comes nomine Henrici VII. Anglorum Regis. *P. Heuterus.*

Ipso ævo Maximilianus Belgicæ Princeps inauguratus torque aurei velleris ab Adolpho Ravestano donatus, Comitia ejus ordinis in Brugensi Oppido primùm celebrat, quibus mortuorum in locum creati novi hi Equites.

1. Petrus Lutzemburgius S. Pauli Comes,
2. Jacobus Sabaudus, Romontii Comes.
3. Guillelmus Edmundæ Toparcha,
4. Wulfardus Borselii Regulus & Grandiprati Comes
5. Judocus Lalanus Montignii Regulus.
6. Jacobus Lutcemburgicus Fiennæ Toporcha.
7. Philippus Burgundus Beverenæ Dominus &c.
8. Barptolomæus Lichterstanii Regulus. *Locrius.*

Anno 1479. mense Septembri post Guingatam pugnam Maximilianus in unum coactis mille Equitibus ac peditum sex millibus, Romontii Comitem ad obsidendum Maubonium, (al. Malonium *Malanoy*) Castrum munitissimum, (cui præerat Remonetus Vasco) (*le Cadet Remonet*) à prædonibus insessum, mittit: post varias oppugnationes arbitrio Romontii se dedentes, pars seminuda dimittitur, pars ad arbores strangulatur. Haud procul hinc, Castellum erat *Liettes* ædificatnm à Simone Lutzemburgio Pręfecto (al. præposito ad annum 1439.) Ecclesiæ Canonicorum apud S. Audomarum: & hoc aliquot prædatores Franci occuparant, qui auditâ Maubonienſium fortunâ, non spectato Romontio vasa colligentes, incensâ arce discessere. Hinc Romontius Lilersium pervenit, sed oppugnatore non invento, ignem tectis injiciens, ad Maximilianum cum copiis revertitur, qui cum alterâ exercitus parte ad Fanum D. Pauli castra habebat, hoc enim Oppidum bis mille ducenti Germani Francorum Regi militantes custodiebant. Exit pars alacriter, experiuntur cum

Belgis vires, discedunt paucis desideratis, æquo Marte. *Haraus.*

Anno 1481. Petrus Luxemb. D. Pauli Comes & Castellanus Insulensis primùm Insulas iniit, Magistratibus pompâ solitâ inducentibus & utrimque jurejurando fides promissa. *Buzelin.*

Anno sequenti Octobris 15. Petrus Comes noster Enghiani Oppido suo in Hannoniâ vitam ponit. curatum funus ejus ibidem est apparatu maximo, ait, *Buzelin*, diversis per ædem locis quingentis ardebant cerei sesqui libram pendentes, totidem supra tumbam colluminabant libræ pondere. (cor apud Cartusianos patres) translatum vero corpus Caricampum honorifico sepultum sub marmore elato sub speciebus sui & sponsę sculpto, cum hâc epigraphe circulari.

Cy gist haut & puissant Seigneur & de noble recordation Mr Pierre de Luxembourg Comte de S. Paul, de Ligny, de Conversan, de Brienne, de Marles, de Soissons: Vicomte de Meaux, Seigneur d'Anghien, d'Oisy, de Ham, de Bohaing, de Beaurevoir, de Belle, de Luisieu, de Vendœul, de Condé en Brie, de Dunquerque, de Bourbourg, &c. des Transports de Flandre, Bassée, Tonnelieux de Bruges; Chastelain de Lille, fils de hault & puissant Seigneur Monsieur de Luxembourg Connestable de France & de Madame de Bar, Comte & Comtesse, Seigneur & Dame des Lieux susdits; qui trepassa en son Chatel dudict Enghien le 25. d'Octobre l'an 1482. priez Dieu pour lui.

Eodem anno 23. Decembris pax coaluit inter Ludovicum XI. & Archiducem Maximilianum, è cujus placitis, unum est quo Petri vidua Margareta & ejus proles rogant in patrimonium Ludovici Counestabilis reintegrari; & statutum, eos pacis beneficio gaudere, salvâ actione subsidiariâ ad Principem.

Eo etiam pacto cautum est, ne Civitates finitimę præsidia admittant, nisi majores, quales Attrebatum, Bethunia, Aria, Theroanna, Hesdinium, Paulopolis. &c.

Anno ſequenti Margareta de Sabaudiâ Comitis noſtri S. Pauli conjux è vivis excedit, eodem quo Maritus inhumata tumulo hâc inſcriptione additâ.

Cy giſt haut & puiſſante Dame Madame Margueritte de Savoye, fille aiſnée du Duc de Savoye Louis & de Madame Anne de Cypres, fille du Roy de Cypres, ſœur aiſnée de la Roine de France Charlotte; qui trepaſſa a l'Hoſtel de Ghiſtelles a Bruges le Dimanche du mi-Careſme, au mois de Mars, en l'an 1483. *priez Dieu pour elle.*

PROGENIES

PETRI DE LUXEMBURGO II NOM, ET MARGARETÆ DE SABAUDIA S. PAULI COMITUM.

1. Ludovicus 2. Claudius, 3. Antonius primâ ætate defuncti

4. Maria Comitiſſa S. Pauli, de quâ mox.

5. Franciſca D. de *Enghien* nupta Philippo de Cliviâ, D. de Raveſtano, qui improlis moriens anno 1494. ſubſtantiam omnem ſuam agnato Cluviæ Duci reliquit Franciſca verò conjux deceſſit anno 1503. Bruxellis, ſepulta in Clauſtro FF. noſtrorum Prædicatorum. Eâ etiam moriente ad Mariam ſororem Anghianum Dominium & cætera redierunt. *Cl. Hemæreus lib.* 2.

Docet nos hic poſtremus autor in ſuâ Viromanduorum Auguſtâ Petrum Comitem Fani noſtri S. Pauli, qui filiam duxit Allobrogum Ducis, ſcutum Luxemburgi ſibi feciſſe proprium, ſed pariter in illud etiam Sabaudiæ crucem intuliſſe, candidam ſcilicet in Campo rubro, quod eſt Principum ipſius Ducatus ſymbolum. Hoc autem egerit Petrus in unionis intimæ cum chariſſimâ uxore Margaretâ Teſſeram, quis inficias ibit?



MARIA DE LUXEMBURGO XXXII. COMITISSA S. PAULI, DE *LIGNI*, *CONVERSAN*, DE *BRIENNE* &c. CASTELLANA INSULENSIS.

MAria è duabus Petri filiabus ortu major & hæres, jus consecuta paternum, una cum sorore in ejus possessionem reintegrantur à Carolo VIII. Galliarum Rege Ludovici XI. filio & successore. Ut prædictum supra.

Anno 1483 Maria primas contrahit nuptias cum Avunculo suo eoque patre Lustrali Jacobo scilicet à Sabaudiâ, Comite de *Romont*, Barone de *Vaux*, Ludovici Genitoris quinto filio, quem sub exitum induciarum Maximilianus Austriæ Archidux Artesiæ adversus hostium incursationes tuendę præfecit, hinc cum suis in pręlio ad Guingatam commisso strenuè admodùm se habuit, ibidem in dextro crure vulneratus, ut supra anno 1479. diem vero suum clausit apud Oppidum Hamense in Veromanduo anno 1486. Januarii 29. unicâ prole relictâ.

Anno ipso pridie Calendas Septembris Ludovicus XI. Rex vitæ nuntium mittit, tesseras alicujus an solidæ pietatis publicitus exhibuit, in quibus memoratur statua B.

Virginis argentea 250. marcas, (ut aiunt) pendens, Cathedrali Ecclesiæ Attrebatensi cum Augusto Tabernaculo, dono impertivit, dedit etiam Dominicanis Attrebatensibus cereum ad corporis sui pondus (libras 152. pendebat) æstimatum, qui in B. Virginis Sacello ante ejus icunculam arderet: itidem donatum voluit Ecclesiæ Parœchiali Fani Pauli calicem puri putique auri ad rem sacram faciendam in solemnioribus. *Locrius.*

Anno 1484. Romontius magnâ Insulam pompâ cum uxore primùm adiit 14. Januarii Luce uti Castellanus Insulensis ritu antiquo & verbis conceptis inauguratur, maximoque omnium Ordinum plausu exceptus est, mero multo insignique argenteo vase inaurato pro more donatus. *Buzelin.*

Maria suo orbata Jacobo in Cœnobio Hamensi sepulto, ab annum 1487. Carolo Galliarum Rege suadente despondet se Francisco Borbonio, Comiti de Vendomio &c. quod Principi adeo gratum, ut eam ejusque sororem Franciscam gratitudinis ergo in jura omnium possessionum ab avo Ludovico derelictarum & quovis modo alienatarum, reintegravit, litteris Ancenis mense Julio datis, quas anno secuto ratas hahuit Senatus Parisinus; extant parentes in Historiâ Luemburgensi. Sic autem processum est, inquit. *P. Colins. Lors les 3. estats du Royaume furent assemblez en la Ville de Tours, ou chacun alla presenter ses condoleances, en la presence du Roy, du tort qu'ils avoient reçeu du feu Roy son pere. Plusieurs Seigneurs executez, bannis, & qui avoient leurs biens confisquez, furent remis en leur honneur, & leurs biens restituez. MARIE de Luxembourg Comtesse de S. Pol cousine germain du Roy, y envoya presenter sa requeste & obtint mainlevée de toutes ses terres de Picardie cousisquées a la mort de son Ayeul, & fut remise eu possession d'icelles, a condition toutefois que tous les Chasteaux & forteresses seroient demolies, affin qu'elle n'eut sujet, ni moyen par le ressentiment de la mort de son ayeul, de faire acte d'hostilité, ou susciter quelque guerre allechee & munye de la force desdits Chasteaux dont j'ai*

vu les ruines, qui neanmoins ſe pourroient bientoſt remettre en eſtat, ſi les places appartenoient a quelques Seigneurs particuliers.

Nonobſtant la mainlevée des terres confiſquées du feu Conneſtable (Louis de Luxembourg) que madittę Dame Marie de Luxembourg avoit obtenuë ſoit en vertu du traitté de paix entre le Roy Louis XI. & l'Archiduc Maximilien d'Autriche du mois de Janvier 1482. ſoit par octroy des eſtats tenus a Tours, mesdames Marie & Françoiſe de Luxembourg ſes deux (petites)filles n'en ont eu aucune jouiſſance pour l'oppoſition que Guy Pot Bailly de Vermandois & Jacques d'Amboiſe firent a titre de donation que le Roy Louis XI. en avoit faite & procederent juſqu'au Febvrier 1488. que la Cour de Parlement de Paris condamna par ſentence les oppoſans, de quitter la pretenduë poſſeſſion auſdites Dames heritieres legitimes. &c. P. Colins Hiſtoire d'Enghien.

Menſe Septembri ſequente Connubii pactum ineunt & nuptias celebrant Hami in Veromanduis : & ita ipſo matrimoniali fœdere ſtirps Borbonicâ magnâ ditionum frequentiâ locupletatur, quarum potiores Comitatus S. Pauli, de *Marles* Caſtellania Inſulenſis, Vice-Comitatus Sueſſionii, Meldorum, ditiones de *Enghien*, de *Condé*, Dominatus Dunquerquæ, Gravelingę, Buburgi &c. atque ſupradictæ : ſed viciſſim ac rurſum Gens Dynaſtiæ & Fani S. Pauli Dominatrix honorificentiſſimo nobilitatur incremento.

Dico, rurſum, quia jam pridem Paulini Dynaſtæ inoculati fuêre antiquo Borbonico, cum Jolendis Guidonis I. Comitis Sancti Pauli filiâ Archembodo Borbonio juniori IX. ejus nominis, anno 1227. nupſit ; è quibus ortæ duæ filiæ Macthildis & Agnes, utraque nupta duobus germanis fratribus ; Macthildis quidem Eudeſio de Burgundiâ anno 1237. Agnes vero Joanni de Burgundiâ, ab horum conjugio unica proceſſit Beatrix nupta Roberto de *France* Comiti Claromontis S. Ludovici filio natu minori, qui ſtirpem fecit primam modernæ regalis & auguſtiſſimæ Borboniorum Gentis.

Nunc ergo eidem Generi Regio Borbonio inoculantur Domini de Comitatu & Fano S. Pauli Toparchæ in Mariæ ejuſdem ditionis Comitiſſæ nuptiis cum Franciſco Borbonio, unde Ludovicus XV. Rex noſter Chriſtianiſſimus ac omnes Monarchæ Principes ejus Majores tramite recto originem traxere. Quod ſic &c. demonſtratur. Franciſcus Borbonius & Maria de Luxembourg legitimi conjuges genuere Carolum I. Ducem de Vendomio, Carolus genuit Antonium Regem Navarræ, Antonius genuit Henricum IV. Henricus IV. genuit Ludovicum XIII. Ludovicus XIII. genuit Ludovicum XIV. Ludovicus XIV. genuit Ludovicum Delphinum magnum; Ludovicus Delphinus genuit Ludovicum Burgundiæ Ducem; Ludovicus Burgundiæ Dux genuit ex Sabaudâ Ludovicum XIV. modernum Regem.

Hinc deduco MARIAM noſtram Paulinatem Dominam fore Septaviam hujus noſtri Principis XV. Sextaviam Ludovici Ducis Burgundi, quintaviam Ludovici Delphini magni, quartaviam Ludovici XIV. proaviam Ludovici XIII. abaviam Henrici IV. aviam Antonii Navarræ Regis, & Genitricem Caroli Borbonii primarii Ducis Vendomii, & Sponſam Franciſci Borbonii &c. Comitis S. Pauli

Cœterum Franciſcus Borbonius natus eſt anno 1470. ſicut autem pater Joannes Vendomii Comes pro ſuis meritis atque obſequiis præſtitis ſingularem Regis Caroli VII. benevolentiam ſibi comparavit, ita Franciſcus noſter eâdem ratione Carolo VIII. in paucis admodum charus fuit, unde in ipſius Regis inauguratione Comitis Tholoſani vicem geſſit, Carolum deinde ſecutus in Italiam ubi in memorandę Regni Neapolirani expugnatione, nec-non in pugnâ Foronovanâ totum ſe dedit: Equitem ut ait D. *Belcarius* Franciſcus Borbonius Vindonenſis Regulus ſingularis indo-
„ lis adoleſcens rariſque tum animi tum corporis dotibus
„ præditus, qui famâ prælii jamjam comittendi per totam
„ Galliam divulgatâ cnrſoribus equis ad Caſtra nuper ac-
„ ceſſerat, laboribus fractus dyſenteriâ vexatus vitam edi-
„ dit 2. Octobris 1495. Vercellis; inde Vendomium transfertur corpus inhumandum in Collegiatâ S. Georgii ſub ſepulchro ab uxore excitato.

Magnum per omnem Galliam sui desiderium reliquit moriens Franciscus, ast Carolus Rex ita in ejus obitu doluit, ut vis doloris levamen non admitteret, quocirca ut affectus in amicum etiam exanimem faceret notos, voluit illi tanquam fratri proprio parentare, quodque ritu magnifico, amplissimisque honoribus peregit. Ante obitum scripserat Franciscus Regi benevolo suo tria rogans scilicet, ut animam, sponsam, ac liberos haberet commendatos, eosque ut sponsus & pater aut saltem ut Custos & Protector foveret, quod vix potuit Carolus, post triennium morte præventus anno 1498.

Maria de sponsi morte mœroris haud modicum hauriens, vitam egit dierum plenam, viduitatem trahens ad 52. annos adeo piam & munificam, ut passim pauperum ac Clericorum mater & nutrix audiret. Extat libellus Rothomagi anno 1543. impressus eidem nuncupatus, cui titulus; *la perfection d'honorable viduité maintenuë par les veuves de l'ancien & nouveau Testament, presentée a très-honorable & excellente Princesse Madame Marie de Luxembourg Duchesse & Douairiere de Vendosme, par noble homme Nicolas de Mailly Picard* &c. quo libello laudat autor viduam Mariam à virtutibus, præsertim à pietate & religione, à constantiâ, à prudentiâ, à misericordiâ &c.

A pietate quidem & religione: illa enim Scholaribus plurimis victum & amictum suppeditabat, quorum aliquos Clericos in Germaniam & Bohemiam mittebat, quo patrii sermonis periti, ibidem in errores Joannis Hus aut Hieronymi Pragensis lapsos, vel à veritate salutis devios Catholicis documentis suis ad veram Patrum ipsorum religionem & fidem revocarent, adde, quod Monasteria, Abbatias, Zenodochia &c. à fundamentis aut erexit aut instauravit vel proventibus auxit, uti tradunt *Vignier*, *Pavillon*, *Belleforest*.

A constantiâ: quâ animi fortitudine non eguit fœmina, ubi intuetur se utroque parente & utroque Sponso orbari? Paternis bonis pro tempore spoliari? Ubi charissimum primo-

genitum è vivis excessisse, accepit? Acerrima sunt hæc, verum inconcussam tot inter adversa mentis firmitatem retinuit.

A prudentiâ: cujus ratione tanto in pretio habebatur apud Reges Carolum VIII. Ludovicum XII. & Franciscum I. ut ei liberorum suorum tutela concredita fuerit hoc cum beneficio eâ tempestate minimè usitato, quod, elapso in tutelâ anno Carolus Rex tempus tutelæ ipsi prorogaverit, litteris anni 1496. Aprilis 25. datis, quibus facultas datur officiales deligendi Regios è Vendomii Ducatu.

A misericordiâ in pauperes & egenos, quibus sublevandis præcipua illi voluptas erat, proindè, ut stipem in dies inopibus elargiretur, de ornatu ac victu quotidiano sibi substrahere quidpiam non dubitabat, tum præterea viros litteris erudiri curabat in Reipublicæ vel Ecclesiæ obsequium, de quorum numero celeber ille Præco Minorita Petrus de *Cornibus* qui tanto tempore è Regni sacris suggestibus in hæreses & vitia invectus est. *Hist. Luxemb.*

„ Porro Maria vulgo OPTIMA DOMINA nuncupabatur;
„ viget etiamnum ait, Claudius *Hemæreus in Augustâ*
„ *Veromanduorum*, ac spirat Farræ & late per viciniam
„ suavissimus odor excellentium virtutum Heroïnę & ad
„ longam posteritatem transfusus non emorietur, ædificavit
„ Castellum Farræ & in eo fundavit Collegium Canoni-
„ corum proventu liberali. &c. *lib.* 2.

Ad annum 1503. lego Mariam S. Pauli Comitissam iniisse pactum ei prope simile quod ejus avus Ludovicus Luxemb. pepigerat anno 1455. cum Abbate & Ascetis Clarevallensibus, quo scilicet iisdem Monachis decem millia halecia conreata &c. vel decem nummos annuatim solvebantur, ita tamen, quod post duodecim annos ab obitu suo, ipsis donatariis, licebit percipere viginti millia halecia &c. aut viginti nummos aureos ad optionem Domini Gravelingæ pro tempore Dynastę. *Aug. Galand.*

Hoc circa tempus Austrię Archidux patentibus mandat litteris medium tributi colligendum in totâ S. Pauli ditione. *Ex indice Cartarum.*

Quibusdam vero post annis à Senescalliæ Paulopolensis Tribunali emanat sententia, qua statuitur Archiducem ve alios Artesiæ Comites sibi non licere tributa aut alia vectigalia S. Pauli Comitatus Civiumque describere, nisi de assensu & concessu ipsius S. Pauli Comitis &c. *Idem.*

Anno 1506. Franciscus de *Crequy* Ludovici XII. Galliæ Regis Palatinus, Boloniensis Comitatus cum imperio præfectus Dourierii aliorumque locorum Toparcha, ad Anglorum Regem Regius Legatus in legationis honorarium, regalem abacum aureâ, argenteâque suppellectile instructum dono cùm accepisset, dicto Dourierensi in pago Margaretâ de *Blondel* (*Dame de Lonvilliers*) conjuge cooperante Collegium Canonicorum sex, quibus præesset Decanus, instituit, templumque novum erexit, quod omnigenâ paramentorum seriè sacris peragundis instruxit & annuis redditibus locupletavit, ædibus etiam septem in Decani & Canonicorum usum separatum constructis.

Is ille etiam Franciscus Cœnobio & Ecclesiis Biezensi Fressiniensi atque S. Lupi eodem in tractu construendis, aut instaurendis, non modico ære insudavit. Fressinum autem (à jurisdictione S. Pauli pendens) muribus licet exutum, sibi vindicat Oppidi jura, hinc quâlibet hebdomadâ diem, servat nundinarum, annuatimque Senatus novus creatur. *Locrius.*

Anno 1513. conjurant in Galliarum Regem Maximilianus Cęsar & Henricus Angliæ Rex, qui mense Julio junctis viribus Taruannam in Morinis obsederunt; ac post duorum circiter mensium oppugnationem deditione acceperunt; postquam Gallos à Commeatus introductione negligenter de more redeuntes ad Huchinum (gal. *Heuchin*) pagum pugnâ calcariorum dictâ, eo quòd calcaribus magis quam armis pugnarint (si tamen pugna dicenda fuerit, quæ potiùs dissipatorum dissipatio fuit, captis tamen Duce Longavillæ, Baïardo & nonnullis aliis) fugassent: eandemque Civitatem præter deditionis conditiones exciderunt, hactenùs D. *Sponde*. Sed audiatur, qui his in Artesianis motibus aderat, pro Rege Francisco militans D. Martinus *du Bellay*.

Les Seigneurs de Piennes & de la Palisse ayant introduit un rafraichissement dans la Ville de Theroënne assiegé par l'Empereur Maximilien & le Roi d'Angleterre Henry, estoient d'avis de se retirer, mais quelques jeunes hommes eurent envie d'aller recognoistre le camp de l'ennemy, auttres pour la grande chaleur qu'il faisoit, (car c'estoit la mi Aoust) se voulurent rafrechir ostant leurs habillemens de teste, montans sur leurs haquenés, & beuvans a la bouteille, n'aiant égard a ce que pouvoit faire l'ennemy, montrans peu d'obeissance a leur chef: mais cependant qu'ils s'amuseoint a leur plaisir, l'ennemy ne dormit pas, car il fit partir de son Camp 4. ou 5. mille chevaux & le nombre de 10. a 12. mille hommes de pied, tant Lansquenets qu'Anglois & 7. ou 8. pieces d'Artillerie de campagne, lesquels passant la riviere qui passe a Heuchin, auquel lieu trouvans nostre cavallerie en desordre, devant qu'il eussent loisir de monter sur leurs grands chevaux & prendre leurs habillemens de teste, furent mis en tel desordre, qu'il se trouva peu de nostres qui eussent moyen de combattre, & parce que les esperons servirent plus qne l'espée, fut nommée la journée des esperons. En ladítte roupte furent pris le Duc Louis de Longueville, le Seigneur de la Palisse (mais ils furent recous) le Capitaine Baiard, le Seigenur de Clermont, d'Anjou Lieutenant de Monsieur d'Angoulesme, le Seigneur de Bussy, d'Amboise & plusieurs auttres, tant Capitaines que soldats &c. lib. 1. des memoires.

POSTERI

MARIÆ DE LUXEMBURGO COMITISSÆ DE S. PAULO &c.

CUM PRIORI SPONSO JACOBO DE SABAUDIA HANC UNICAM SUSCEPIT PROLEM

FRrancifcam nomine Comitiffam de Romonte, nuptam Henrico de *Naffau*, *Vianen*, Domino de *Breda* &c. quæ improlis obiit.

Ab altero marito Francifco de *Bourbon* fœcundior, Thalamum fuum hâc Auguftâ fobole nobilitavit.

1. Carolo

1. Carolo, I. Duce de Vendomio, Pari Franciæ, Comite *de Soissons*, *de Marle*, *de Conversan*, &c. qui tanti nominis fuit apud Reges Ludovicum XII. & Franciscum I. ut ille ejus patre orbati, curam egerit, & hic in ipsius gratiam Vendomii Comitatum in Ducatum erexerit, ipsumque Parisiorum, Insulæ Gallicanæ, Suessionum, ac totius Picardiæ Proregem suum constituerit: gesta cujus præclariora enarrant Sammarthani Fratres, *D. du Bellay* & alii passim Gallici autores. Obiit autem Ambiani an. 1537. duxerat Franciscam de Alenconio, quæ hanc suscitavit Progeniem numerosam.

1. Ludovicum Comitem *de Marles*, &c. Obiit 1517.
2. Antonium Ducem Vendomii, Bellomontis ac tandem Navarræ Regem, qui ex Joannâ d'*Albret*, genuit Henricum Magnum IV. ut præfatum, &c.
3. Franciscum Borbonium innuptum; fortuito occiditur anno 1547. ludendo cum Magnatibus, &c.
4. Ludovicum Borbonium: Puer obiit 1525.
5. Carolum Borbonium II. nom. Cardinalem Archiepiscopum Rothomagensem, Neustriæ Primatem & Legatum Avenionensem &c. qui obiit an. 1590. ætatis 67.
6. Joannem Borbonium Ducem *de Enghien*: duxit Mariam Borboniam Consanguineam, & mox post menses duos obiit.
7. Ludovicum Borb. Principem de Condato, Ducem *de Enghien*, Marquionem de *Conti*, Comitem *de Anisi*, de Suessionio. duxit 1°. Leonoram de Roya, &c. 2°. Franciscam Aurelianensem è stirpe de Longavillâ &c. obiit. an. 1560. Vid. *Ste. Marthe*.
8. Mariam Borbonicam promissam, at innuptam. ob. an. 1538.
9. Margaretam Borbonicam nuptam Francisco de Cliviâ, qui obiit 1561.
10. Magdalenam Borb. Abbatissam de S. Cruce ad Pictavium.
11. Catharinam Borb. Abbatissam ad Suessiones, ob. 1594.

12. Renatam Borb. Abbatissam de Chellis, obiit 1583.

13. Leonoram Borb. Abbatissam ad Fontem Everardi, obiit 1611.

2. Jacobo Borbonio, qui primâ ætate obiit.

3. Ludovico Borb. qui ex Laudunensi Episcopo 69. Lucionensi 16. Cœnomanensi 63. in sedem Senonensem 3. Januarii receptus anno 1536. Religionis Christianæ decus Nobilissimum baptisavit Franciscum, postea Regem hujus nom. 2. Fontaneblæi anno 1540. 10. Fev. Et coronavit Medicæam Franciæ Reginam 10. Junii an. 1549. apud S. Dionisium. Præfuit in Electione Pauli Farnesii 3. Summi Pontificis. Obiit Cardinalis Episcopus in Cathedrali Laudunensi. Cor vero in æde Dionisianâ, cui præfuerat Abbas 64. ibique ejus cernitur effigies rubeo Cardinalitio circumdata. *Ste Marthe. Galliâ Christ.*

4. Francisco Borbonio Comite S. Pauli ac Duce de Toutevillâ, &c.

5. Antoniâ Borb. Ducissâ de Guisiâ, nuptâ anno 1512. Claudio de Lotharingiâ I. Duci de Guisiâ Pari Franciæ, Rectori Burgundiæ, &c. octogenaria obiit an. 1588. multam enixa Prolem, quam Videsis in Historiâ Genealogica Domus Franciæ.....

6. Ludovicâ Borb. Antistitâ Fontis Evrardi, &c.

De Mariâ Comitissâ nostrâ redibit sermo ad annum obitus 1546.



PRANCISCUS BORBONIUS

I. NOM. S. PAULI COMES XXXIII. DUX DE TOUTEVILLA,

INSULÆ FRANCIÆ, ATQUE DELPHINATUS PROREX, &c.

CASTELLANUS INSULENSIS, BARO DE RICHEVILLE,

DOM. *DE HAMBUIE, LUCEU, MELUN*, &c.

FRanciſcus Borbonius Hami in Veromanduis naſcitur 6. Oct. anni 1491. in hæreditatis maternæ partem vocatus, ab ipſâmet Genitrice eatenus ſuperſtite ditione Paulinâ donatus eſt.

A teneris annis ad altiora multum edidit Specimen, atque inter Aulicos & Principes ſibi cœvos enituit; imo tota ejus vita Bellicoſa fuit.

Anno 1514. D. Pauli Comitis titulum indutus primo prodiit, cum à Ludovico 12. delectus eſt cum aliis proceribus Comite ſcilicet Engoliſmenſi Duce de Alenconio, de Borbonio & Comite Carolo I. Duce de Vendomio ejus fratre quos omnes in occurſum & in receptionem Mariæ de Angliâ Sponſæ ſuæ futuræ Boloniam miſit. Ubi receptam gratulabundo applauſu Abbatisvillam

ad Sponſum Principem deduxere. *M. de du Bellay.*

Anno ipſo hominem exuit Ludovicus 12. quem excepit Franciſcus I. qui Remis 8. Kal. Feb. noctu ſacris initiatur Regiis, quibus Comes noſter Campaniæ agebat Comitem. Rex peracto ritu Milanenſem Ducatum facere ſuum cupiens, in Italiam mox iter arripit ſtipatus ſui Sanguinis Principibus, quorum non ultimus conſpiciebatur S. Pauli Comes Franciſcus, qui anno ſequenti in certamine adverſus Helvetios commiſſo fortiter dimicuit, poſtque pauca Mediolanum (nec-non ejus Arcem) expugnatum ingreditur. Eo ævo Rege in Galliam diceſſo, inſtituitur Mediolani Haſtiludium ubi Comes noſter ictu haſtæ in oculo ſauciatur. Nihilominus Cæſari Maximiliano Mediolanum oppugnare tentanti, cum Carolo Borb. Conſanguineo generoſe obſtiterunt, unde Maximilianus cito deflexit cum ſuis pluribus peremptis.

Anno 1516. Maria Comitis noſtri Mater à Senatu Flandrenſi vindiciam rogat adverſus Hiſpaniarum Officiales qui in ditionibus ſuis Dunquerquæ, Burburgi, & Gravelingæ jura ſibi vindicabant. At Carolus V. illorum Rex petiit controverſiam amice dirimendam aut Prudentum Arbitrio componendam, quod tamen tunc actum non eſt propter induciarum incerta & Bellorum motus. *Aug. Galland.*

Anno 1518. extincto D. *De Piennes de Halluin* Picardiæ Rectore, eidem Provinciæ preficitur Carolus Dux Vendomii, Franciſcus vero noſter frater ejus Inſulâ Francicâ donatur à Rege, qui ſubinde has etiam ei demandavit Provincias regendas ſcilicet Sueſſionum, Valeſium, Sylvanectum, Mediolanum & Auguſtam Veromanduorum, ac tandem Mortaniam ad Torneſium. *Ste. Marthe. du Bellay.*

Anno 1520. Rex Franciſcus Ambaſiam tendens iter aggreſſus, Ambaſiâ, Romorentinum, ſub finem Decembris appulit, ubi Chriſti Epiphaniorum feſtiva celebravit, at exitu infœlici vel prope lethali: rem ita narrat Martinus *du Bellay.* Audiens Princeps Franciſcus

Regem fabariâ forte à Sancti Pauli Comite lectum intra diverlorium, constituit cum Aulicis Regem Comitis ad Ludicrum certamen provocare, quod & actum est; cùm diebus iis nix se uberior profudisset, Comes noster curat sibi abunde parari globulos niveos, Poma, ova & similia quibus impetum exciperet; strenue excepit Principem, verum telis omnibus ejaculatis, dum Rex Franciscus & commilitones diversorii fores perfringunt, inconsideratus quidam è fenestrâ superiori ligneum projicit titionem, qui cadens in Regis verticem ita sauciavit, ut vulneris curatio Medicis vulnerariis vix sanabilis videretur: interim Politus Princeps de autore inquiri noluit dicens, me hoc intrivi, mihi pars saltem est edenda, &c. *Lib. 1. M. M...*

Anno 1521. Comes noster 6. peditum millibus obsessum Maderiacum subsidiis nedum opportune adjuvit, sed & ad urbis obsidium solvendum, hostem adegit. Et mox Mosomum in Regis obedientiam subegit. Dein Hesdinium missus cum Borbonio & fratre de Vendomio Civitatem, & Arcem Regi pariter subjecerunt, sicut & alia vicina castra *Renty Bailleaimont*, &c. Eandem belli aleam subiere anno sequenti Castella *de Dieval*, *Divion*, *Breuil* & alia subinde excisa.

Anno 1522. Paulinus & Guisianus Comites, ait *Belearius* suis omnibus Peronæ coactis cum quatuor majoribus Tormentis Bapalmam Oppidum simul & arcem expugnarunt atque incenderunt. Inde ad Angustias Slusanas [vulgo l'*Ecluse*] contendentes, ut Regionem inter Scaldis, Scarpæque fluvios iuterjectam popularentur, hostes obvios atque aditum intercludentes in fugam versos Duacum usque insecuti sunt, & vastato Attrebatensi agro gravi prędâ onusti, Monstrolium, cujus custodiâ eis demandata erat, reversi sunt.

Eodem anno Dorlanum, nę hostibus perfugium daretur, cibariis prius contritis, suis exuit clausulis Comes noster; verum ipso Autumno Oppidum ipsum flammis addixerunt Angli & Burgundi imperantibus Duce *Suffolc*

& Comite de *Bures*, Parem eo ævo ab ipſis Anglis ſuſtulit ſortem Freſſinium.

Charles par la divine Clemence Empereur des Romains, toujours Auguste Roy de Germanie, de Castille, de Laon, d'Arragon, de Navarre, de Naples, de Maillorque, de Sardeine, des Isles, Indes, & Terre-ferme de la Mer Occeanne, Archiduc d'Austriche, Duc de Bourgoingne, de Lothier, de Brabant, de Lembourg, de Luxembourg & de Geldres, Conte de Flandres, d'Artois, de Bourgoingne, Palatin & de Haynaut, de Hollande, de Zeelande; de Ferrette, Haguenau & de Namur & de Zutphen, Prince de Wault, Marquis du S. Empire, Seigneur de Frise, de Salins, de Malines, des Villes & Cités & Pays d'Utrecht, Ouvrissel & Grœnigue & Dominateur en Asie & en Afrique &c. A tous ceux qui ces presentes Lettres verront, salut.

Recu avons humble supplication des manans & habitans du Bourg ou que souloit estre la Ville de S. Pol en nostre Conté & Pays d'Artois, contenant comme par autres nos Lettres patentes données en nostre Ville de Binch, le vingt-deuxieme jour de May quinze cens quarante-six & pour les causes y contenuës, nous avons accordés ausdits supplians entre autres choses, que dés le jour de l'institution de la loy d'icelle Ville, que se devoit faire par nostre Gouverneur d'Artois ou son Commis, lesdits supplians pourroient pendant le tems & termes de six ans continuez, lever & exiger les excises & maltotes, assavoir sur chacun muy de vin vendu à détail vingt-quatre patars, sur muy de vin vendu en gros cincq patars, & sur chacun tonneau de cervoise vendu à détaille quatre patars; & pour ce que l'on auroit depuis procedé au renouvellement de laditte Loy, à cause que lesdits impôts & assize ne souffiroient à beaucoup prés pour devoir furnir à leur portion de nos

aides ordinairs & extraordinairs montans par chacun an environ cincq cens Carolus *joint que les rentes courans à la charge de laditte Ville montent à sept cens trente deux* Karolus *par an, sans en ce comprendre les gages & salaires des Officiers revenans à cent soixante* Karolus *par an iceux supplians se trouvent totalement perplex comment ils pourroient bonnement payer & satisfaire tant au courans desdites rentes que des arrierages pour ce escever dont par les Rentiers ils sont journellement vexés, & arretés, & travailliés à leur grand regret, interest & domaige & plus sera, n'est qu'il nous plait leur consentir & permettre que ou lieu que desdits vingt-quatre patars pour excis du muy de vin, ils puissent prendre & exiger quarante-huit patars, ensemble un patar sur chacun Tonneau de servoise qui sera vendu hors laditte Ville de S. Pol riere les limittes & Banlieuës d'icelle selon que d'ancienneté ils avoient accoustumé de faire, si comme ils dient, dont attendu leur ruine & dépopulation tant notoire accause de la guerre, ils nous ont tres humblement suppliés & requis.*

Sçavoir faisons, que nous ces choses consideré & sur icelles eu l'avis de nos tres chiers & feaulx le Gouverneur, Président, & Gens de nostre Conseil Provincial en Artois, ausdits manans & habitans de nostre Ville de S. Pol supplians, inclinant, &c. favorablement à leurditte Requeste, mesmement afin qu'ils puissent tant mieux réedifier & repeupler laditte Ville, & satisfaire aux charges d'icelles, avons octroyés, consentie & accordés, octroyons, consentons & accordons la grace especial par ces presentes, que durant le tems & terme de six ans continuels, & ensuivant l'un l'auttre à commencer du jour de la création & constitution de la Loy qui se fera ou pourra faire en nostre ditte Villle de S. Pol suivans nosdittes Lettres Patentes d'octroye du vingt-deuxiéme May quinze cens quarante-six, ils puissent & pourront lever, cueiller & percepvoir sur chacun muy de vin qui se vendra à détail en laditte Ville de S. Pol quarante-huit patars; & sur chacun tonneau de Cervoise qui sera vendu hors & riere les Banlieuës d'icelle

Ville un patar, ſans pour ce nous payer aucune recognoiſſance, ains ſeront tenus leſdits de la Loy en rendre compte & reliqua au profit de laditte Ville, quand de noſtre part requis en ſeront.

Sy donnons en Mandement à nos Amez & Feaulx les Préſident & Gens de nos privé & grand Conſaulx leſdits Gouverneurs, Préſidens & Gens de notre Conſeil en Artois, Gourverneur d'Arras, de Bethune, Baillif de Saint Omer, d'Aire & de Lens; & à tous autres nos Juſticiers & Officiers ouy ce regardera leurs Lieutenant & chacun d'eulx en droit ſoit & ſi comme à lui appartiendra que de noſtre préſent octroy & accord pour le temps & en la maniere ſuſditte, ils facent, ſouffrent & laiſſent leſdits ſupplians plainement & paiſiblement joïr, uſer ſans leur faire mectre ou donner ne ſouffrir eſtre fait, mis, ou donné aucun détour ſieroit empechement au contraire, car ains nous plaiſt-il.

En teſmoins de ce nous avons fait mettre noſtre Seel à ces préſentes Données en noſtre Ville de Bruxelles le 15. jour de Janvier, l'an de grace mil cincq cens quarante-huit, de noſtre Empire le 29., & de nos Regnes de Caſtiille & autres le 33. Ainſi ſigné ſous le reploy M. Strac & ſeelé en double queuë & chir rouge, & plus bas eſt eſcrit Collation faicte par moy ſousbzſigné paravant la ruine de Saint Pol, Greffier de l'Eſchevinage dudit lieu, de cette Coppie aux Lettres Originalles qui eſt trouvé concorder, le vingtneufviéme jour de Janvier, l'an mil cens quarante & huit, Teſmoing ainſi ſigné R. Crocquier *avec Paraphe.*

Collationé ſur une Coppie autentique. Collationné par le Greffier de la Chambre des Comptes à Lille.

Anno 1549. Fani Pauli Prætor, Senatus, cives & incolæ ſibi litteras donari curant teſtimoniales, quibus attentâ Arcis & Oppidi ſui funeſtiſſimâ cladè, ſolvendo tributis & vectigalibus non eſſe ſignificant omnibus quibus intereſt, in hæc verba.

A tous ceux qui ces preſentes Lettres verront, Maître Auguſtin Denain Greffier General du gros aux Contracts qui ſe paſſent en Artois, Salut.

Sachent tous ce que par devant Baudrin Santogrart & Thomas de la Dienée Notaire à S. Paul à ce ouir.

Comparurent en leurs personnes Franchois Damiens Escuyer Seigneur de Moncheault & agé de 55. ans. Arthus de Ricamet Escuyer eagé de 54. ans, Jean de Wignacourt aussi Escuyer demeurant à Hovin eagé de 40. ans, Julien Delavier Receveur du Sieur Darnogny & du Personat de Saint Pol eagé de 44 ans; & Lois de Ricquebourg Laboureur demeurant à Wachin eagé de 40. ans, tous étant demeurant à une ou deux lieuës prés la Ville de Saint Pol & de present étant en icelle, lesquels & chacun d'eux en particulier, & depuis tous ensemble ont dit, certifiez, attesté & affirmé par sermen solemnel sur ce par eux fait és mains desdits Notaires sur les interrogations a eux presentées de la part des Mayeurs & Eschevins, Bourgois, sujets, manans, & habitans de cette Ville de Saint Pol, qu'ils savent & sont certains & memoratifs que au mois de Juin de l'an 1537. icelle Ville en laquelle il y avoit grosse garnison de Franchois, ils l'auroient surpris & fait fortifier à force de camp & armées.

L'Empereur notre Sire pour les repousser & remettre hors, les auroit venu assieger, ayant aussi grosse armée, lesquelles après y avoir été 4 ou 5 jours, les auroint prins de forche & d'assault, & la plus grande partie des sujets y étant avecq lesdits Franchois, furent homicides & icelle Ville & Faubourg, mis entierement au feu & du tout ruinée de sortte qu'en icelle n'y auroint demeuréz que 2 ou 3 maisons entieres. Sy savent que auroint été ruinée l'Eglise avec les Chapelles & Convents des Sœurs Grises & Noires, & icelle Ville & tous les habitans pilliéz en tous leurs biens; en quoy iceux habitans ont eu & supportés des gros domages, pertes & interets.

S'y fut aussi l'enclos d'icelle Ville & Chatiau ruinéz & mis au plat, de sortte que pour le present, n'y a aucune fermeture pour en icelle avoir par lesdits habitans suretéz de leurs corps, non plus qu'en un simple Village.

Si savent iceux attestans que tous les habitans, qui ne

furent homicidés, furent tous prins prisoniers & mis à ranchon, leurs maisons brulées & tous leurs biens meubles avecq la plus grande partie de leur revenus qu'ils avoint dans icelle Ville & alentour, perdus; aussi que au jour de laditte prinse estoint chargés vers plusieurs Seigneurs & autres personnes particulieres en grosses sommes de deniers; si comme de 7 à 8 cents Carolus *d'or de rente chacun an, comme elle est encoir de present, même des arrierages, dont ne a été aulcune chose payez depuis laditte prinse comme ils croient & ont entendus en leur conscience, ni pareillement des aides des ordinaires & extraordinaires que l'on paioit audit Seigneur Empereur paravant laditte ruine, même que impossible leurs eut été ce faire, pour autant que sa Majesté a prins & levée à son profit tous les biens & revenus appartenants à laditte Ville jusque depuis 2 ou 3 mois en cà, il a plû à sa Majesté souffrir y avoir Maieur & Eschevins au moien de quoi iceux attestans entendent que iceux à qui lesdittes rentes & arrierages sont deuls menacent journaillierement contraindre lesdits sujets & habitans de leurs faire paiement de leurs arrierages, comme fait pareillement ledit Recéveur general dudit Seigneur Empereur, à quoi comme il leurs semble en leur conscience ne leur seroit possible fournir, à raison que laditte Ville & Faubourg ne sont aincoire du tout ramazé, au moing que à la moitié ou environ qu'ils estoient au jour de laditte ruine. Et partant laditte Ville n'est de tel fruit qu'elle estoit au jour de laditte ruine; au moien dequoi le revenu d'icelle Ville ne sauroit porter à beaucoup prés que portent lesdittes charges, & que laditte Ville n'est peuplée n'y habitée comme elle étoit paravant la ruine, & ne sera déz long tems comme elle étoit auparavant, dont & desquelles chose de la part desdits Mayeur & Eschevins, Bourgois, sujets, manans & habitans dudit Saint Pol a été requis Lettres auxdits Notaires; accordées leurs a été ces presentes pour leurs valloir & servir en tems & lieu ce que de raison.*

Fait & passé & attesté audit S. Pol le 15. *de Juillet*

l'an 1549. pardevant Notaire Imperiaux soussignées à sçavoir Baudrin de Santogrard & Thomas de la Dienée. Tous deux avecq Paraphe. &c....

Anno 1550. Henricus II. Nom. Rex Galliæ patentibus mandat litteris, quod Comitatus S. Pauli excidium ac ruina à Cæsarianis illata, minime obsint, quin genuino ipse restituatur Domino. Interim Rex ditionem Montis fortis in possessionem resumit, permutatione ejusdem cum Toparchiâ Paulinensi non attentâ, imo oppositione Comitissæ S. Pauli postpositâ. (*a*)

Anno 1551. 23. Aprilis Sacrarum Virginum Ord S. Francisci. (Vulgo *Sœurs Noires*) sacrarium in S. Pauli Fano benedictionem accepit à D. Quintino *Coquel* Decano, stipulante Teröanensi Antistite. (*b*)

Anno 1552. Galli longe lateque excurtentes, Tournehemum ditionis Audomaropolitanæ celebrem Pagum, unâ cum Arce & circumstantibus vicis Vulcano devovent.

Reuxius Comes nihil Segnior Gallis Picardiæ Agros, Vicos, Castella, direptione & igne evastat. Hinc conversis in Artesiam signis, Arceque Fressiniâ Pulsis Gallis occupatâ, Hesdiniense Opidum pridie natalis D. Joannis Bap. ex improviso capit; dum scilicet cives circum festos & compitalitios ignes de patriæ more sub noctem excitatos, Cereri & Baccho indulgerent, Galli Milites in Arcem quum confugissent, Reuxius Opido expilato, Cohortes spoliis Onustas ad propria reduxit;

Per hæc tempora Galli ad viginti pugnatorum millia adgregati Contæam (Gal. *de Contes*) Arcem inter Hesdinum & Monstrelium sitam ad deditionem compellunt.

30ª Octobris Reuxius Comes Hesdinum denuo invadit captoque mox Opido, Arcem horrendo fulminum ictu concutit atque expugnat. Hinc Belgis militibus à Reuxio hyematum dimissis, Vendomius Dux, post Paulo cum copiis Hesdinium advolans, contortis in muros ferrearum pilarum quatuor millibus, Belgicum inde præsidium omne expulit 20. Decemb. Luce.

(a) *Ex Archivis Senescallia.* | (b) *Locrius. Tabul. S. Pauli.*

D. Philippus Marcenellus Ruiſſelli. Villæ Antiſtes variis Bellorum toleratis moleſtiis, ex hominum ſocietate tollitur. Ejus partes excepit Hadrianus *de Harlin* Paulinas, præfuitque cum laude totos 34. annos plurimis etiam Martis eventibus exercitatus; templo ſuo inſtaurando non ſegnem impendit operam. (*a*)

Anno 1553. Teroannâ expugnatâ & â fundamentis dirutâ, ne Cæſaris victoria hæreret in limine ex templo Philibertus Sabaudiæ Dux cum Imperio in exercitum miſſus, Heſdinii Arcem captâ urbe oppugnat ac eodem fato, quo Teroanna inter paciſcendum Arx ſurripitur & diripitur, Oppidumque unâ cum Arce æquari jubet Cæſar; atque inter paludes propinquas loco amœniore & comodiore, alterum ejuſdem agnominis, anno inſequenti inſtaurari præcipit.

Eodem ævo refertur Arſiſſe Templum S. Pauli Parrochiale.

Anno 1554. Henricus Rex in Arteſiam movens Rentiacum Caſtellum toto cingit exercitu, aſt nequaquam expugnat, obſeſſis locum ſub Jacobo dynaſtâ *de Brias* Sampolitâ Arcis Præfecto viriliter propugnantibus; Cæſar ſolutâ Rentiaci obſidione cum aliquot dies ſarciendis Caſtelli ruinis impendiſſet, Audomari Fanum ſe contulit, & mox Rigiacum, unde cum Arthitride morbo ſibi familiari conflictatus Bethunam ac poſtremo Bruxellas rediit, acie Sabaudo traditâ Principi: is Francos perſequens Auxium (*Auxi*) Caſtellum expugnat & incendit: tum tranſmiſſo Sammonâ Dampetram, Douriam, Machium, Maintemaum, Richarii Fanum & alia flammis conſumit; converſoque exercitu ad Comitatum D. Pauli, inde Monſtrolium ac Dorlanum, ut Par pari Gallis daret hoſtimentum, per omnem eum Franciæ limitem direptionibus & incendiis graſſatur. (*b*)

Pridie idus Septem. Meſnium venit juxta amnem Canchiam, locum in amplâ palude ex adverſo Heſdinii Superiori anno â Cæſare diruti, ſitum, quem conquiſitis un-

(a) *Chron. Belgicum.* | (b) *Locrius. Annal. Fland.*

dique operis & fossoribus, festinato opere munire cœpit, in eamque, quæ hodie visitur, amplitudinem & firmitudinem perduxit. (*a*)

Anno 1555. Dom. Marescallus S. Audreæ validâ apud Picardos coactâ manu in Comitatum Fani D. Pauli Pontiniensem & Attrebatensem excurrit, vastâque populatione, mulctatis aggrestibus, ne novo Hesdinio commeatus importaretur, frustra impedire conatur. (*b*)

Anno 1556. Rex Henricus II. jubet (datis litteris) Comitem S. Pauli Pensari summâ 53630 l. in solutionem imminutionum Paulinæ ditioni illatarum. Quin per idem ævum rebus acuratius discussis is Princeps eidem Dynastæ indulget proventus Satrapię Montis fortis in pensationem Comitatus S. Pauli commutati: item eo tempore eidem alia summa solvitur scilicet 5422 l. 3. 10. d... (*c*)

Ipso anno Virgines 12. Religionis voto sub B. Fraucisci regulâ obstrictę, ex Fano S. Pauli Atratarum Sororum (*Sœurs Noires*) Cœnobio Attrebatum vocantur ad curam Zenodochii Chariostani excipiendam, quum antea ibidem 12. viduæ agerent Lanificium exercentes, &c. (*d*)

Anno sequenti hominem exuit Joannes Borbonius primus Mariæ de Borbonio Comitissæ nostræ maritus.

Anno 1559. Octob. 15. apud Caricampense Asceterium congressum est Gallum inter & Hispanum Principes componendæ pacis gratiâ, ibi treugæ habentur bimestres, quo tempore copiæ utrimque dimittuntur.

Legati vero jam separati, bimestri elapso, januario sequenti ad Camarecesium remeant in eundem stabiliendæ pacis finem. Quid autem Prælibatum in Caricampo ex *Strada*
„ accipe: cum induciæ ante congressum pari studio pete-
„ rentur à Gallis absque armorum cessassione non conven-
„ turis, ita temperatam rem esse. Ut quibus itineribus
„ Cercampum Artesiæ Cœnobium in Paulino Comitatu
„ contenderetur, in iis circumque ea ad semileucæ spatium
„ servarentur induciæ. Cæterum præter certas hasce vias

(a) *H. Loyens in Brab.* | (b) *P. Heuterus.*
(c) *Ex Invent. Cart.* | (d) *Locrius.*

„ tam in Belgio quam in Galliâ Cercampum tuto feren-„ tes, in aliis interim locis, ut libet, arma impune exer-„ cerentur.

Eodem igitur anno legati de pace Regum acturi ab utraque parte, iterum conveniunt, rebusque omnibus probe ponderatis, controversiisque compositis ad Oppidum Cambresium 3. nonas Apriles pacem sanciunt, cujus ad rem nostram hoc est punctum attinens. *La Dame (Adriene) de Touteville reprendra le Comte de S. Paul du Roy Catholique pour en jouir comme ses Prédecesseurs avant la guerre & specialement comme ils en jouissoient avant l'échange fait dudit Comté de S. Paul avec celui de Monfort en l'année 1536. & quant au droit de reprise que le Roy de France prétend lui appartenir, ses actions lui demeureront reservées, comme aussi au Roy Catholique, pour s'en servir chacun respectivement, & pour ce deputeront dans six mois & nomeront Arbitres: pendant le procès les parties demeureront és droits & en la même possession en laquelle ils ont été dès le dernier traitté de Crepy jusqu'à la rupture de la guerre 1551. Le Roy Catholique ne se pourra servir de la reprise que la Dame de Touteville lui sera, n'y le Roy très-Chrétien d'auttre que laditte Dame lui peut avoir fait. Et si sera tenu en surseance laditte Dame faisant reprise avantageuse, quant aux payement des droits seigneuriaux & de relief, jusqu'à ce que, (le different vuidé) on voit s'ils seront dus ou non.*

Vi autem hujus decreti à Catholico Rege per milites intimatum Adrianæ Comitissæ ut Dynastiam suam recipiat: annuit quidem illa & recipit per procuratorem Maximilianum *de Melun* Vice Comitem *de Gand*, at prius in proventuum restitutionem ad Parmensem Ducissam Belgii Rectricem legatos dirigit, quibus responsum est, sed quid? nos latet. Interim ex integro deturbantur castri ac mœniorum Oppidi reliquiæ, ne quid munitum supersit. Quorum omnium instrumenta conscripta sunt & extant in Archivis Paulensis Senescalliç, quæ si secutari licuisset, amplius elucesceret articulus.

Cæterum anno 1560. Vitam posuit Adrianna de Toutevillâ, &c. in Arce Tricensi ætatis 48. juxta maritum sepulta in Asceterio de Waillemonte. Eo ævo Heuricus II. Rex Galliæ vitæ pariter ac Regno nuntium remittit mense Decembri.

Anno 1562. Vivis etiam excessit Franciscus de Cliviâ 2dus. sponsus Mariæ nostræ de Borbonio, quæ anno secuto tertias iniit nuptias cum Leonoro Aurelianensi Pari & magno Galliæ Camerario, Picardiç Prçfecto, &c. Hic Filius fuit Francisci Marquionis de Rothelino Comitis de Duno, de Novocastro, de Tanquarvillâ, Principis *Castellalion*: toto vitæ decursu probiratis specimen ac magnanimitatis prçbuit. Ætatis 17. anno 1557. S. Quintini prælio fatali interfuit, ubi cum magnatibus aliis captus, litro 80. millium scutorum persoluto, libertateque donatus, in idem quod prius Regi ac Regno obsequium, imo in civilibus Bellis fidus usque permansit. Hinc Carolo ad Regni fastigium ascendente in multa Belli facinora & discrimina se ingerere non est veritus.

Anno 1565. Regem (cui in paucis charus) Comitatur Baionam tendentem, Hispaniarum Reginam Sororem suam invisendi gratiâ.

Anno 1569. Monconturiensi adfuit certamini; tandem ab obsidione Rupullensi rediens, fatis concessit Blesiç Leonorus anno 1573. ætat. 33. in Sacrario de Castroduno sepulturæ datus. Legesis D. *de la Morliere* pro ejus in Ambianum ingressu solemni anno 1571.

„ Eâdem tempestate, Regnum quoddam suum in Artesiis
„ obtinebantquam plurimi latrunculatores in quibus tanquam
„ Dux eminebat Guilielmus, cognomento Magnus (Ver-
„ nacule *Grand Guillaume*) qui miserum istud vitæ genus
„ quum in Olhanio saltu, mox Sanpolanâ in silvâ & cir-
„ cumsitis nemoribus multos annos secutus fuisset, tandem
„ à Quesitore Attrebatensi, juxta Fanum Pauli captus, pri-
„ mo ab Urbe lapide, rest e luit. *Locrius iisdem terminis*.

PROPAGO


LEONORI AURELIANENSIS ET MARIÆ DE BORBONIO S. PAULI COMITUM.

1.
2. CAroli duo primâ ætate defuncti.
3. Henricus Regibus III. & IV. in paucis charus, duxit Catharinam de Consaguâ, de Cliviâ, &c. Filiam Ludovici Ducis de Nivermiâ & Henricæ de Cliviâ, quæ unicum genuit Henricum biduo ante patris excessum, qui in Patrui Francisci hæredium accedet ut infra narrabitur.
4. Franciscus Aurelianensis Comes Sancti Pauli, ut mox.
5. Leonorus, qui puer obiit in æde Sanctâ Castroduni sepultus cum patribus suis.
6. Catharina luminibus orba, &c.

&

7. Margareta, utraque cælebs pietatis operibus completam posuit vitam.
8. Antonia nupta Carolo *de Gondy*, Duci *de Rais* dedit Henricum. Conjuge defuncto mundo nuntium remittens Monialis efficitur apud Folliantinas Tolosanas, uti vixerat, ita pientissime dies clausit suos anno 1618. Pictavii in Monasterio à se condito.
9. Leonora, quæ Rothomagi anno 1596. nupsit Carolo *de Matignon* Franciæ Marescallo, inferioris Neustriæ Proregi. Obiit anno 1648. ab eo autem prodiit Filius qui titulum Comitis *de Torigny* induit.

Hoc ævo, Dynastiâ S. Pauli postliminio in manus genuini Domini repositâ, adpictæ sunt effigies Comitis ac Comitissæ in Speculari honoratiore Chori Parochialis Basilicæ S. Pauli, unà cum eorum parmis gentilitiis, quæ postmodum temporum vel maxime bellorum injuriâ periere.



FRANCISCUS AURELIACENSIS

COMES SANCTI PAULI XXXVI. DUX DE FRONSAC, PAR FRANCIÆ, RECTOR ET PROREX IN REGIONE ET DUCATU AURELIANENSI &c.

FRanciſcus Leonoro ac Maria de Borbonio genitus, octennis patre orbus Dynaſtiæ paulinatis titulos nactus & indutus eſt. Anno 1595. uxorem ſibi ſociavit Annam de *Chaumont* filiam Godefridi, Baronis de *Chaumont* & Marquionis de *Fronſac* ac Ludovicæ du *Luſtrac*, viduam verò Caroli *d'Eſcars* Principis de *Carency* &c. qui ad tutandum ſui in ſponſam affectum nuptialem, veſanumque æmulorum extinguendum, duello quidem, ſed, ut putatum, fraudulento cecidit anno 1586.

Anno 1581. Auguſti 18. Franciſcus Valeſmo Alenconii Dux, Cameracum unà cum milite & Commeatu liberè ingreditur ſibique ſubjicit. Hinc in Arteſiam perdite ut bacchatur. funeſtiſſimâ quæque in ſacra & profana loca conjecit, & quidem hoc anno Dommartinenſe Monaſterium anno 1120. inchoatum Heſdino tribus circiter milliaribus

ad Alteiam fl. ſejunctum atqueanno 1568. ab Franciſco Cocquevillio expilatum, rurſus imitùs evaſtavit, templum plumbo, quo tectum erat, denudavit, chori ſubſellia, aras, imagines evertit, horrea exhauſit & ad Cataſtrophen, quidquid erat ædificii, ignibus abſumi imperavit. Quâ etiam tempeſtate non impari inſolentiâ deſæviit in Ruſelli-Villenſe Cœnobium Crequianorum Heroum nobile monumentum, illo radicitus pene everſo ſpecioſo, ſpatioſoque ejus templo in favillas ſoluto.

Anno 1582. Oppido Lenſenſi à Gallis intercepto, ab iiſdem menſe Auguſto precipiti, Feriâ 6. Fanum Sancti Pauli diris ignibus pene totum funeſtatur, ſacris tamen ædibus, puta Parœciali & S. Salvatoris Collegiali cum geminis Franſciſcanarum Virginum Cœnobiis, quod mirum viſum eſt, prorſus intactis.

Anno 1584. menſe Maio, Ducis Alenconii Equitatus per Galliam diſperſus, ad ſigna rurſum convocatur, atque è veſtigio Cameracum mittitur. Quo ex Opido Galli Equites bipartito excurrentes, Arteſiam & Hannoniam infeſtis populationibus & incendiis vehementer afflixerunt: & quidem Arteſiam, in quâ & Alenconianis, inter fœda & horrenda id flagitii patratum accepimus. Eſt celebre in eâ Ordinis Pręmonſtratenſis Cœnobium, ab Guillelmo de S. Audomaro Bellorami & Morbecquii Toparchâ an. 1156. ad D. Andreæ Ap. honorem conſtructum ut ſupra notatum. Huc allapſi Alenconiani pro ſuâ libidine atque amantiâ Eccleſiam, ſacraſque SS. Reliquias atque imagines fœdiſſime quum contaminaſſet atque diſſipaſſent; ad Scythicam converſi barbariem, Aſcetas ipſos ſæviſſime divexarunt, & ſuppliciorum pondere pene obruerunt. Adſit unus omnium nomine Tragediarum teſtis, Firminus Danielius qui ſuppendio ſuſque deque, ſubjectis etiam flammis, fortiter tolerato, hinc ad Carrucæ poſticum ligatus, humique diù raptatus, & ſolutis jam artubus ſemianimis, tandem quorumdam pietate ſeptingentis nummis numeratis, vix evaſit. *Chronicon Belgicum.*

Anno 1586. à Senatu consulto Miclinienſi prodiit decretum quo damnantur Arteſiani Ordines ad reſtituenda Dom. Sancti Pauli Comitiſſæ jura Feudalia à ditione *de Beaurains* percepta, &c. *Ex Archivis Seneſcalliæ Paulinæ.*

Anno 1587. duplex intercedit pactum inter Mariam Borboniam Sancti Pauli Dominam & Officiales atque Senatum ipſius Fani Pauli civilem, quo inter utramque partem fit Nemoris Paulini partitio, eoque cives aſtringunt ſe caſu novi Comitis, ad ſolutionem pateræ unius aureæ, ſcutis 80. ad minus æſtimatæ. *Ex eodem Scrinio.*

Anno 1591. Petrus Lœurinus Monaſterii S. Berthæ Blangiacenſis Antiſtes, ab Gregorio 14. Pontifice Mitrâ, Baculo Paſtorali, annulo, aliiſque Pontificalibus inſigniis utendi facultatem impetram. *Locrius.*

„ Anno 1593. Hiſpani numero 1200. ob negatam aut „ protractam ſtipendiorum ſolutionem ab Caſtris Mansfeldii ſeceſſionem arroganter faciunt, & S. Pauli Oppidum primo impetu acceptum totos menſes 13. impotenter tenent magnis cum injuriis atque diſpendiis incolarum. Etenim potiorem civium meorum, ait *Locrius* „ partem ſuis ædibus exegiſſe, inutilem ſuppellectilem „ imperaſſe, ligna craſſiora plenis carris, ad largos jugeſque ſtruendos rogos, avehi cœgiſſe, Oppidi ædes paſſim laceraſſe aut evertiſſe; quum iis non ſat fuiſſet; „ etiam jus dicundum ſilere, atque Pernam Sampolani Comitatus Oppidulum, ſi loqui vellet, migrare compulerunt: interim militares quaſque inſolentias admittere, „ in agros pabulatum excurrere, agricolas vexare, & „ (quod ſolemne iis admodum erat) plena ſcortorum vel „ ad parem iis numerum plauſtra conducere perpluereque. *Hactenus Locrius Teſtis occularis.*

Anno 1594. Franciſcus Comes noſter unâ cum fratre Henrico Ordinis Sancti Spiritus Eques renuntiatur ab Rege Henrico IV. cujus inaugurationi eodem ævo adſuit Carnuti, ubi Regii Palatii Magiſtrum egit. Unde

idem Princeps Dynastiam ejus de *Fronsac* in Ducatum erexit.

Anno 1595. Hamum in Picardiâ Gallis proditum portas suas aperit Comiti Sancti Pauli, imperante Bullonio &c. *Mer. Gallo-Belgico.*

„ Anno 1595. Galli trajecto Sommonâ flumine fines „ Artesiæ ingressi Arcem Imbercuriam duobus milliaribus „ Dorlandio dissitam; 4. Septem: dolo occuparunt & eo- „ dem die Ferventium vicum populosum & Cericampum „ Cœnobio celebrem invadentes Monachos & Agricolas „ ingenti pecuniæ summâ mulctarunt quâ se suaque re- „ dimerent.

„ Interea Marchio Warembonius supremus Artesiæ „ Præfectus quingentos Equites celeriter contraxit, cum „ quibus Hesdinio egressus, dum hostem ab effusis po- „ pulationibus prohibere vult, apud Fanum S. Pauli 5. „ Septemb. post meridiem in Francorum Equitatum inci- „ dens, à suis desertus, & ab hoste circum septus for- „ titer dimicans, capitur unâ cum Comite Montecurtio „ Italo & nonnullis aliis, desideratis præterea è suis Fran- „ cis circiter 25. inde Bironius cum suis Francis idem S. „ Pauli Oppidum die 7. ejusdem Men. discurrens, dein „ Castra primo ab Urbe Attrebatensi lapide ad Riverium „ vicum posuit, quo incenso 28. Septemb. ea movit Pi- „ cardiam repetens, prædatores rursus Betuneam, Liler- „ sam & Ariam versus emisit, qui magnâ hominum & „ pecorum abactâ prædâ, tandem apud Blangiacum initio „ Octob. consederunt, castris in planitie Azincurianâ „ collocatis.

„ Interim Arschotanus qui loco Warembonii Provinciæ „ præerat, auctus 800. peditibus, quos Barlothus recen- „ ter in suarum Cohortium supplementum conscripserat „ 5. Octobris Castra ab Attrebato abducit, eodem die ad „ Fanum S. Pauli pervenit, ibi Gallos observaturus. At „ nihilominus Bironius 12. ejusdem Equitatu Attrebatum „ usque improvise emisso, nonnullos agricolas qui ad sua „ redierant unâ cum pecore intercipit, exercitumque ad

„ Montem S. Eligii rapit. Hic Tacconius cum suâ Turmâ
„ in 20. Equites Francos ad radices ejusdem Montis in-
„ cidens, nonnullos stravit, & 10. ex eis captivos Attre-
„ batum abduxit. Tandem Bironius agris evastatis & de-
„ solatis Picardiam cum exercitu 17. Octob. repetit, mul-
„ tis suorum cadaveribus per agros quâ ierant, relictis,
„ qui peste & dissenteriâ, nonnulli etiam hostili gladio in-
„ terierant. . . *Hactenus Haræus in Annal.*

Anno 1597. Ambianum Picardiæ Metropolis auspiciis Archiducis Alberti die 11. Martii memorabili intercipitur stratagemate quod Julius Cæsar *Bulenger* his describit terminis.

„ Ferdinandus Antellus ortu Cantaber Prætoris Pompei-
„ politani Filius Dorlani (*Dourlens*) quod insigni clade,
„ Gallis ereptum erat, Præsidio Præfectus validâ manu Am-
„ bianorum fines oberrabat si forte casum Urbis interci-
„ piendæ reperiret : quod ut ex voto succederet famæ da-
„ tum S. Pauli in Belgio Præsidiarios, quod stipendia non
„ procederent, tumultuari, Albertum coercendæ seditio-
„ ni copias cogere.

„ Hac Scenâ Belgæ, ad 5. millia sexto idus Martias
„ S. Pauli Fano egressi, Dorlanum advolant, ubi fortuito
„ cibo recreati, de nocte magnis itineribus Ambianum
„ tendunt, & adpetente die ad tertium ab Urbe lapidem
„ in ruderibus ac maceriis latent. Antellus portis multâ
„ jam luce reclusis 40. milites Villatico habitu, cultu
„ annonarias Sarcinas dorso gestantes, intus Loricatos ac
„ brevibus Sclopis ac Pugionibus accinctos præmittit,
„ qui diverso itinere portam, quâ in Attrebates exituri
„ subeunt, & anhelantibus sub fasce similes ad levandas
„ sarcinas in Urbis aditu subsistunt, donec plaustrum à 4.
„ militibus rusticâ veste dissimulatis, actum pontem pen-
„ silem insideret ex quibus unus sacciperium nucibus ple-
„ num veluti casu solutum effundit, accurrunt portæ cus-
„ todes per lasciviam & nucibus intenti, ut erant, Iner-
„ mes à rusticis confodiuntur, qui, ne pensiles Cancelli
„ fune dissecto dimissi, aditum obstruerent, Plaustrum

„ opponunt, & Sclopeti explausu dato signo, vestibulum
„ insident, quo sonitu Antellus cum suis advolat & in
„ Urbem irrumpit, Mœnia, Turres, compita & minu-
„ tiora Urbis loca præsidiis locat; populus sacris quadra-
„ gesimæ concionibus attentus, audito campanæ classico
„ & fremitu discurrentium in vicos exit, sed hostium ar-
„ mis territus, domi latet: Comes S. Pauli (Franciscus)
„ Urbi & Provinciæ (pro nepote suo Henrico) Præfec-
„ tus, Urbe captâ, cum suis evolat & fugâ periculo pa-
„ rum decore se eximit (*hæc ille*) Annâ uxore relictâ,
„ quæ pro mundo muliebri & pretiosissimâ supellectili sex
„ aureorum millibus numeratis confestim ad Maritum di-
„ missa est Corbeiam. *Mercurius Belgicus.*

„ Eo ipso die (pergit *Bulenger*) Rex Henricus Lutetiæ
„ vesperâ inumbrante luctuoso nuntio captę Urbis verbe-
„ ratur, qui ut erat animi præsens & Conciliii subitus ob-
„ sidium exornat, Bironium (ac Sancti Pauli Comitem)
„ cum validâ manu coërcendis hostium excursionibus præ-
mittit. Quin! etiam ipse Rex ad Urbis deditionem matu-
randam accessit cum magno nobilium agmine & Baucanii
consedit; deditur autem Civitas die 25. Septembris Pa-
troni sui Firmini sacro.

Anno 1598 Vervini in Veromanduis pax Reges inter Galliæ & Hispaniæ sancitur secundo Maii: & Julii in puplicum prolata, ea est 37. articulis comprehensa, quarum 19. ad nos pertinens, talis est. Quod " ad ea attinet,
„ quæ pactione continentur, anni 1559. eorum defectus
„ in conditionibus quarum executio desideratur, explebi-
„ tur: utpote de feudo Comitatus Sancti Pauli, de Re-
„ gionum utriusque Principis limitibus & de agris, quo-
„ rum suspensa decisio &c... ad quarum decisionem arbitri
„ nominabuntur. &c.. Porro hujus pactionis vigore Cale-
„ tum 9. Julii Francisco Sancti Pauli Comiti & D. Domi-
„ nico de Visquio Civitatis Gubernatori redditum fuit avecto
„ ab Hispanis ex vi contractus, omni apparatu &c. *Ha-*
„ *reus annal.*

Anno 160_. Maria de Borbonio fati munus implet Pon-

ſaræ 18. Aprilis ætatis 62. quieſcit in Cœnobio de Waillemonte à majoribus condito.

Anno 1602. Franciſcus Comes noſter Frugarum (gal. *Fruges*) ſatrapiam ad dignitatem parialem (vulgò *Pairie*) ab arce Paulinâ pendentem, evehit 2. Novembris.

Anno 1604. Franciſcus, inſtrumento Ambiani dato 17. Maii facultatem facit Sponſæ ſuæ Annæ de *Chaumont*, quâ cum Rege ipſi licet permutare Sancti Pauli Toparchiam Theodori Caſtro. *Ex invent. Cartarum.*

Anno 1605. Ambiani Comiti noſtro Franciſco puer naſcitur 9. Martii, cui nomen avi paterni inditum à duobus mendicis inopibus, quos pia genitrix & humilis Anna prælegit ac Principibus prętulit, ut filium ſacris in fontibus ſuſciperent pater & mater Luſtrici. *D. de la Morliere.*

Anno 1606. 17. Auguſti, in Templi PP. Capucinorum Abbavillenſium edificio Comes noſter Primarium intulit lapidem, in cujus 4. angulis totidem exaratæ cruces ac in medio inſignia Comitis gentilitia cum hâc epigraphe. *Très-haut & très-puiſſant Prince Monſeigneur François d'Orleans Comte de S. Paul, Gouverneur & Lieutenant pour le Roy en Piçardie a mis cette premiere Pierre à l'Egliſe des PP. Capucins d'Abbeville le dix-ſeptiéme jour d'Aouſt* 1606. *hiſt. de Pontieu.*

Per hæc tempora Franciſcus, poſt curatas per 18 annos Picardiæ Boloneſi, Guiſnarum, Caletenſium &c. Provincias nepotis ſui Henrici nomine, earumque in illius manus redditam curam, ipſe Ducatu Aurelianenſi poſtmodum decoratus eſt à Rege Ludovico XIII. *Sainte Marthe.*

Anno 1607. Maii conceſſum eſt, ab Archiducibus, ut in toto Sancti Pauli Oppido (tum enim eidem dominabantur) denarium unum ad cereviſiæ fortioris, ſex autem ad vini quodque œnophorum, per Sexennium conſcriberentur, causâ inſtaurandi Templi Parochialis ad annum 1553. arſi, uti legere eſt in hâc inſcriptione ejuſdem veſtibuli etiamnum extante, ſculptâ in ſilice. *EN L'AN* 1553. *BRULE'E PAR LES FRANCOIS, FUT REDIFIE'E CETTE EGLISE DE S. PAUL PAR LES*

MAYEURS, ESCHEVINS ET BOURGEOIS, L'AN 1614.

Anno 1612. clarissimus *D. Locrius* Paulinas noster suam Comitum & Comitatus Sancti Pauli Chronographicam historiam peregit fœliciter, ediditque anno sequenti Duaci apud Laurentium *Kellam*. Ipsam verò perduxit ad usque Franciscum Aurelium, cui finiens cecinit hoc Anagramma.

FRANCISCUS AURELIUS.

ANAGRAMMA

FRANCIS AUREUS CLUIS.

PHALEUCUS.

FRANCIS AUREUS, aureus tuisque
Paulinis, CLUIS, ô Propago Regum,
Cæsarum & Comitum notæ Prioris,
Quos orbis videt, atque vidit olim.
Quo non se tua fama dissipavit,
Virtutis radios vibrante flamma?
Et quo non simul ipsa, quæ parentum?
Habes hîc aliquid, sed hocce tantum.
Non archiva mihi magis patebant,
Nec vires oneri magis parebant.
Parce si calamo arduum volanti,
Pennas haud dederim potentiores:
FRANCISque AUREUS aureusque nostris
PAULINIS CLUEAS: rogamus omnes.

Anno 1615. Paulopoli admittuntur RR. PP. Carmelitani Ordinis ad docendum & prædicandum, erudiendamque juventutem in litteris, moribus pariter Sanctis imbuendam, fundatore Maximiliano de *Baillœul* Equite &c. qui Palatium suum eisdem in Cœnobium convertendum indulsit in perpetuum, quodque ratum habuit anno 1618. *Ex Archivis.*

Itaque iis Patres oblato libello ad Prætorem totumque Senatum advolant, ſuppliciter interpellantes quatenus ſuum ad eorum admiſſionem aſſenſum præbere dignentur. Quocirca convocatis Clero, Canonicorum Collegio Sancti Salvatoris, Curionibus, Comitis Officialibus, Senioribus ac ſpectabilioribus populi aliiſque de jure in pari negotio vocandis; annuerunt omnes, ſuumque teſtati ſunt beneplacitum, hocce Inſtrumentatio Decretali nonâ Auguſti dato.

Meſſieurs, Mayeur, Eſchevins de la Ville de Saint Paul ayant fait aſſembler en leur Chambre Eſchevinale M. Meſſieurs les Chanoines & Chapitre de Saint Sauveur, Paſteur, Lieutenant, Procureurs generaux & Officiers de Monſeigneur le Comte de Saint Paul (François d'Orleans) ancien Mayeur & Eſchevins & plus notables Bourgeois & habitans, & oüi le rapport des Mayeurs de chacune de ſept Bannieres d'icelle Ville ſur la convocation d'iceux faite des perſonnes qui ſont jurées & affirmées, ont accepté la bonne volonté deſdits Sieurs (PP. Carmes) remontrants, aux charges & conditions portées par leur Requête, ſignamment d'enſeigner & catechiſer la jeuneſſe & les inſtruire en bonnes Lettres & mœurs, & ſous le bon plaiſir de Monſeigneur le Reverendiſſime Evêque de Boulogne & de tous autres qu'il appartiendra, Fait en ladite Chambre le neuviéme jour d'Aouſt ſeize cens quinze Eſtoient ſignés

Wallet G. de Moroval, de Vaquerie.
A. Hatté. Baudrelot.

Decreto autem huic ſubjiciebatur hęc facultas R. P. Provincialis Belgii data in procurationem & acceptationem Conventûs.

„ Ego Frater Jacobus de *Wailly* Sacræ Theologię Licen-
„ tiatus Carmelitarum Provinciæ Belgicæ humilis Provin-
„ cialis dilecto nobis in Chriſto Fratri ac Patri Florentio
„ *Warii* ejuſdem Facultatis Licentiato & Conventûs noſtri
„ Attrebatenſi profeſſo, ſalutem.

Cognitâ in nos noſtramque Religionem illuſtriſſimi Domini Comiti de *Baillœul* voluntate tibi facultatem, procurandi Conventum apud illuſtriſſimum ac Reverendiſſimum

Episcopum Bolonienſem, Sancti Pauli Magiſtratum & quoſvis alios, quorum intereſt, facimus: factum & ratum habentes quidquid cum ipſis feceris. Actum Valencenis nonâ Auguſti.

Signatum erat F. de *Wally*
Carmelitarum Belgii Provincialis.

Anno 1618. prædicti PP. Carmelitę fundatorem agnoſcunt Maiximilianum de *Baillæul* cum conjuge ſuâ Chriſtinâ *Lalain*. Et pro gratiarum actione ſtatuunt officium fieri & ſacrum offerri certis diebus pro ipſis eorumque Proſapiâ... ut latius patet in hoc inſtrumento.

„ Locus ubi erectum eſt Carmeli noſtri Paulenſis Mona-
„ ſterium titulus eſt, CURIA de *Baillœul* à D. Dominis totâ
„ antiquitate, nomine per longas ætates derivato. Loci hu-
„ jus unâ & Sacelli ædiumque circumadjacentium, uti &
„ Canonicorum *Waran*, *Brebert*, *Bauduin*, quę omnes ut
„ apparet, prædictæ Curiæ fuerunt, omne jus pietate ſolâ
„ ductus & affectu in Dei matris familiam ad ſupplicatio
„ nem R. P. Magiſtri Florentii *Varii*, cui à Comitiis Provin-
„ cialibus id oneris impoſitum erat, gratis & ſponte nobis
„ cum pientiſſimâ ſuâ & nobiliſſimâ conjuge Chriſtinâ de
„ *Lalain* conceſſit illuſtriſſimus Dominus Comes Maximilia-
„ nus de *Baillœul* anno à partu Virginis 1615. quos quidem
„ ambas & eorum nobiliſſimas proles nempè D. D. Mariam
„ Magdalenam, & Mariam Margaretam, non hoc nomine
„ ſolo, ſed & aliorum ſpe in nos bonorum operum; aucto-
„ ritate nobis factâ à Reverendo admodum Patre Magiſtro
„ noſtro Jacobo de *Vailly* Belgicæ Provincię Provinciali &
„ Comitiorum Definitorio Fundatores noſtros recipimus, &,
„ ut ad poſteros tam boni operis famâ cum grati animi ſym-
„ bolo ſuccedat, eâdem authoritate ſtatuimus pro qualicum-
„ que talione, ut in dictorum D. D. Maximiliani & Chri-
„ ſtinæ eorumque Proſapiæ Fundatorum ſingulis & om-
„ nibus Dominicis, Feſtis Majoribus Nativitatis, Reſurrec-
„ tionis, Pentecoſtes, omniumque Sanctorum, imo ſingulis
„ diebus Commemorationis Divæ Mariæ Patronæ S. Matris
„ noſtræ, Maximiliani & Beatiſſimę Thereſiæ, quibus Tem-

„ plum ſacrum foret, totum in Choro cum Miſſâ ſolemni
„ fiat officium.

„ Inſuper eorum inſignia, ut in frontiſpicio, ita etiam
„ ſola in majore vitro Templi apponentur. Quę omnia be-
„ nevole annuit &acceptavit illuſtriſſimus Comes,eorumque
„ fides, ut firmior ſit propriâ manu ſignavit.

„ Datum in Sancto Martino (juxta Paulopolim)die de-
„ cimâ tertiâ Octobris, anni milleſimi ſexcenteſimi decimi
„ octavi Signatum erat.

„ *Maximilien Comte de Bailleul*
„ F. Jacobus de *Wailly* Provincialis Carmelitarum Belgii
„ F. Florentius *Warii* T. L. & Prior
„ *F. Jacques Cuiſinier*
„ *F. Antoine Becourt*
„ *F. Hierome Ducart*

Anno 1621. Comes Franciſcus Gergobeum ad Ligerim obſidione cingit & expugnat 21. Maii, dein hoſtes ſuâ ſtatione Caſtelli de *Sully* unâ cum Principe & Marquione de *Roſny* exegit. *Hiſt. Ludovici XIII.*.

Anno 1622. Leonorus unicus Comitis noſtri filius in Montiſpeſſulani obſidione vulneribus confoſſus occubuit; adoleſcens is erat 17. duntaxat ætatis, at multæ expectationis, qui jam in primo Ordinum conceſſu Pariſiis anno 1614. Rege primum pro Tribunali ſedente, Sueſſonum Comitem ſcilicet Regii Palatii Magiſtrum agere meruerat. Igitur Caſtelloduni ſepelitur corpus, cor veró Aureliam delatum in Baſilicâ Sanctæ Crucis marmoreâ ſub Tumbâ conditur. *P. Anſel. in geneal.*

Anno 1623. Franciſcus noſter ratam habet ſuo nomine divenditam D. Roberto *Duhamel*, *de Baumont* binam ylvulam (vulgò *les Hazons*) à Caſtellaniâ de *Frevench* pendentem nonâ Maii,

Anno 1624. Anna Comitiſſa noſtra à mutuo bonorum fœdere cum ſponſo Franciſco deſciſcit, atque ad ſui inſtantiam ab iiſdem judicialiter declaratur disjuncta in Caſtella-

nâ Parisiorum curiâ 19. Junii. *Ex actis.*

Quo motivo, quâ ratione id egerit Anna instituti nostri non est inquirere, sit nobis satis ex ejus Epistolâ colligere ipsam in nuptiali fœdere adversis fuisse implicatam casibus. Sic itaque respondet Patri suo spirituali Stephano *Binet* Jesuitæ

MON REVEREND PERE,

Vous prenez la peine de m'écrire des delaissemens, cependant que votre charité ne me delaisse pas. Et le bon Jesus ne vous delaissera pas sans recompense, je l'en supplie & loüe sa bonté de ce qu'il lui a plû vous inspirer d'écrire ces adorables & ineffables delaissemens, car c'est un point qui me touche fort au cœur & me donne tout ensemble de la confusion de ne le pouvoir souffrir en moi & de la consolation de les considerer en lui, qui les a patis pour un tems, afin de nous donner force & courage de nous abandonner à lui & de nous delivrer des delaissemens éternels de ses misericordes que nous avions encourus.

Ecrivez-moi donc à la bonheure, mon cher Pere, veuille sa bonté que ce soit efficacement, que mon cœur soit tendre comme la cire pour en recevoir la divine inspiration & solide comme le diamant pour retenir, j'ai deja de l'impatience de voir ces beaux discours & de vous témoigner que je suis en notre Seigneur; mais de cœur

MON REVEREND PERE,

Votre très-humble & très-affectionnée fille Anne de Caumont.

Vous m'écrivez de Dijon, ou, si votre commodité le permet, je demande quelque particuliere devotion à la divine & miraculeuse Hostie & à Saint Bernard.

A Paris ce jour de S. Benoît qui n'a pas été delaissé mais qui a saintement tout delaissé

Anno 1625. Paulopoli fusis veteribus seu fractis aut minus consonis, quinque novæ efformantur Campanę, quarum majori, à Francisco Comite nomen FRANCISCA inditum, & gentilitia symbola Regis, Comitum, urbis supereminent cum hâc superscriptione, *haut & tres puissant Prince & Seigneur François d'Orleans Comte & Sr. naturel de S. Pol, Duc de Fronsac & de Chaū: Tieri m'a nommé Françoise : Maistre Jan Raulx, le Pere Florent Warii, Prêtres, Curez de cette Eglise Paroissiale, Mayeur & Eschevins assavoir Mr. Mathieu de la Vacqueri Mayeur, Olivier Wallet, Jacques Lagan, Adrien Ribaulle, Guilliaume le Couvreur, Jean Roussel, Pierre le Grand, Jean Loisel, Julien de Vaulx Eschevins regnans, Administrateurs de l'Eglise; Adrien Dracek Procureur fiscal; Sçavoir Greffier, Philippe le Bai'ly Argentier m'ont fait faire avecq mes cinq sœurs suivantes 1625. nous avons été fait par Florent Delecourt fils 3. de M. Jan demeurant à Douay. Ex visis & relat.*

Anno 1627. facta per syngraphum potestas prædicto Roberto *Duhamel* possessiones Sancti Pauli Comitatus multas inscribendi venales. Verum biennio post, Regii sigilli litteris 17. Julii datis Francisco Comiti edicitur ne Sancti Pauli Satrapiam promercalem exponat. *Ex invent. Cartarum.*

Anno tandem 1631 Franciscus noster Comes è medio excessit Castellonovi ad ligerim 7. Octobris. Castelloduni vero apud suos sepulturæ traditus in sacrario majorum conditorio. An præter Leonorum alios genuerit, latet.



HENRICUS AURELIANENSIS

I. NOM. COMES S. PAULI XXXVII. DUX DE LONGUAVILLA, DE TOUTEVILLA, COMES SUPREMUS DE NEOCOMO ET VALENGINO, DE DUNO, *CHAUMONT* ET TANCARVILLA, CONNESTABILIS HEREDITARIUS NEUSTRIÆ, PROREX IN PICARDICIS ET TOTA REGIONE SUBACTA.

FRancifcum Aurelianenfem Filio Leonoro fuperftitem & hoc anno 1631. deceffum, cxcepit in Comitatu S. Pauli Nepos & hæres Henricus anno 1595. 27. Aprilis natus biduo ante occafum Patris Henrici I. Nom. Ducis de Longuevillâ & Toutevillâ Paris Franciæ, fupremi Neocomi Principis & Caftellalioni, Duni & Picardorum Proregis & Rectoris.

Henricus Rex Henrici noftri Pater Luftralis ei fuum indidit nomen, moxque eum præfecturâ Genitoris Picardiæ fcilicet ac totius Regionis fubactæ decoravit: donec autem ætatem attingeret, ejufdem Provincię curam Francifco Patruo Sancti Pauli Comiti voluit committi. Henricus interim ætate accrefcens & moribus, multam fubinde apud omnes famam adeptus eft & nomen fibi magnum probitate, agendi modo, genioque fuo liberali ac beneficio comparavit.

Regias imperavit acies in Lotharingiâ, Germaniâ, Italiâ, &c. Primarius fuit ad Monasterium Legatus pro pace universali an. 1644. at postmodum anno scilicet 1650. vespere diei 18. comprehensus & detentus est cum Principibus de *Condé* & de *Conti*. Et anno seq. 13. Februarii liberatus.

Prius vero quam Patrui hæredium adiret, opportunum duxit bonorum illius præmitti recensionem, ac in primis Toparchię Sancti Pauli æstimationem fieri & sibi adjudicari; hoc tali contra creditores præcauto usus, hæredem se tuto constituit, Comitatusque Paulini Dominium ac titulum induit anno 1634. *Ex actis.*

Anno 1635. Parrochiale S. Pauli Fanum, PP. Carmelitarum Sacrarium, nec-non Civile prætorium &c. Pistoris ad portam Attrebatensem Socordia concremantur, ardere autem cæpit Basilica Paulinas à Campanilis Pyramide tum altissimâ, porro eodem prope ævo lues exoritur pestifera *ex Relat. Sen.*

Anno 1636. vitam posuit D. Philippus de *Caverel* Nobili genere ex Fano S. Pauli Oriundus, Monasterii major præpositus & Chronici Vedastini fidissimus auctor pręviis omnium fere Ascetarum calculis, renuntiatur Abbas an. 1598. à Philippo II. Hispaniarum Rege. Anno 1602. S. Hadulfi ex Abbate Vedastino Episcopi Cameracensis ossa visitavit. Templum & Collegium patribus è Societare Jesu in Urbe Attrebatensi magnifice à fundamentis exstruxit & dotavit an. 1617. mense Sept. item Duaci an. 1619. templum aliud pręstantissimum cum Bipertito Collegio S. Gregorii nomine insignito excitavit, cujus altera pars cessit Benedictinis Anglis, altera Vedastinis; ac denique tertium isti contiguum, cui nomen est Collegium Scolarium, idipsumque Vedastini Monachi administrant. Ei Guillelmus *Gazet* suam Historiam Ecclesiasticam Germaniæ inferioris, & Aubertus Miræus suas origines Benedictinas nuncuparunt. Defunctus est die 30. Nov. al. primâ Decembris ex Epitaphio quod sequitur:

„ An. M DC XXXVI. primâ Decemb., Divo Eligio
„ sacrâ, Attrebati in Monasterio S. Vedasti, Ord. D. Be-

„ nedicti Sedi Apostolicæ immediate subjecto, fatis & na-
„ turę concessit Reverendissimus in Christo Pater D. Philip-
„ pus *Caverel*, dicti Cœnobii Abbas, Benedictinorum per
„ Belgium exemptorum visitator & pro Ecclesiasticis ad sta-
„ tus Artesiæ deputatus Ordinarius: Vir extra controversiam
„ summus & avitæ Religionis ac patriæ bono natus. A primis
„ vitæ annis Christi jugo mancipatus, nobilem animum Sa-
„ cræ sapientiæ disciplinis & institutis per annos triginta ita
„ excoluit & instruxit ut ad Magisterii apicem evectus, suis
„ exterisque sanctiores vitæ miris præluxerit exemplis infu-
„ lamque passim geminis coruscam, ipse magnarum virtutum
„ ornamentis augustius decoravit. Inter cæteras eximiâ in
„ Deum pietate in proximum charitate & misericordia, in
„ seipsum frugalite, in subditos benignitate, in litterarum
„ studiosos & egenos munificentiâ & liberalitate profusus,
„ tantos in terrâ famæ, in cœlo meritorum thesauros recon-
„ didit prudens auri artifex, ut jure hic patris pauperum no-
„ men, illic mercedem promeruerit, cujus semper cupidis-
„ simus, cum 82. ætatis ageret annum viribus paulatim de-
„ ficientibus, nativoque humido consumpto inter numero-
„ sæ familię gemitus & suspiria, ut alter Abraham, ivit ad
„ patres suos in pace, sepultus in senectute bonâ. Tu lector
„ bene precare sive parenti Religionis vinculo obstrictus, sive
„ in benefactorem & de republicâ bene meritum, benevolâ,
„ pietate propensus. *Gallia Christiana.*

Anno 1638. Galli nostri ad Caricampi Asceterium Castra metantur, inde Comes de *Saligni* cum Equitum mille Artesiam percurrens Betuniam usque, per viam Sancti Pauli Fanum facili circumsidet negotio, imminutam etenim unicam legionis de *Wesemade* capiebat cohortem: itaque totus ad idem appellens exercitus, mox se subditum fecit, his legibus. 1. ut licitum foret egredi armis savis & sarcinis. 2. ut obsessis darentur equites centeni pręsidiarii usque ad leucam; & Tubicen cum libello ad Betuniam. 3. Clero & aliis remanere cupientibus erunt sarta tecta, modo Regi fidelitatis dicant juramentum. Egressi sunt autem centum & 20. Armati cum suis impedimentis, cur-

ribus

ribus impositis, & Navarrea legio in loci præsidium constituta. *Memoires du tems.*

Castrum subinde S. Martini ad Milliarium à Fano S. Pauli disparatum, Arx nempe non exilis momenti oppugnatur à 10. præsidiariis cohortibus, quæ mox hostem ab Areâ inferiori fugarunt, dein die inclinante, ipsa ad deditionem cogitur, iisdem quibus Fano S. Pauli, legibus concessis. Postridie vero 50. Catapultarii ibidem in præsidium relicti sunt cum succenturione.

Inde acies migrans processit ad Pernas, quarum Arx illico ab incolis derelinquitur, annonâ frequenti positâ, Pabulatores autem in Viciniâ secessi prædam fecere copiosam & plures captivos, quorum Marescallus de Càstillione, fœminas & Clericos duntaxat dimitti jussit, & incendiarios non nullos in malam crucem egit. *idem.*

Anno 1639. Bellum foris à Rege factum est quinque exercitibus. Primus Duce Millereo magno Tormentariæ rei Magistro, Hesdinum munitissimum, Attrebatium Oppidum obsedit, oppugnavit & ad deditionem conpulit ultimâ Junii: Rege presente, qui in mediâ muri ruinâ, quâ victor ingrediebatur, eidem Millereo ob rem præclare tum eâ, tum aliis expeditionibus gestam, Clavam seu baculum, insigne Marescallatus Franciæ, cum laudis præconio contulit. &c.... *D. Sponde ad illum an.*

Anno 1642. æternitatis iter ingreditur Anna *de Chaumont* S. Pauli Comitissa Francisci nostri vidua, virtutibus piisque operibus insignis; equidem variis concussa, sed non quassata calamitatibus & adversis viduitatem suam animo trivit plane constanti, eâ autem erat pietate ac Religione prædita in Deum ac Sanctos & signanter in B. Patrem Dominicum ejusque institutum, ut Ducatum suum de *Fronsac* vel omne omnino patrimonium ac heredium impenderit in condendo Parisiis anno 1627. Monasterio Monialium Dominicanarum, quod extat ad portam Momartinam sub nomine ac Tutelâ S. Doctoris Thomæ Aquinatis.

Anno 1649. 10. Octobris facta fuit strages maxima à

Germanis (Vulgo *Harlaques*) in Paulinate Oppido noſtro, ubi plures ex civibus & incolis potioribus interierunt nempe Adrianus *le Moiſne*, Magiſter Carolus *Merchier*, Philippus *Tobi*, Petrus *Cuvellier*, Carolus *de Hanton*, Joannes Franciſcus *Dupont*, Carolus *Dupont*, Philippus *Dufour*, Joannes *du Val*, Joannes *Thellier*, Antonius *Richebé*, Ludovicus *Taquet*, Gedeon *Debinſe Wallez*, Joannes *Fhois* & alii Ruſtici, qui tunc temporis tali internecioni aderant, occiſi ſunt.... *Ex Schedis D. Gillon Paſtoris & Decani Paulop.*

Alia relatio fert & addit 35. aut 36. cives peremptos quos inter erant Philippus *Dobi*, Joannes Franciſcus *Dupont*, Paulus *Dufour* & alius qui de propinquo ita confoſſus eſt bombardâ, ut mox cæſus ſuis in Veſtibus arſerit. Accedit quod illi germani captivos duxerint Carolum *Dobi* & Guillelmum *Hanon*, &c. *Relat. fid.*

Anno 1654. Henricus *de la Tour* Mareſcallus de *Turenne*, quo hoſtium commeatus Audomaro & Ariâ accitos præpediret, aut intercluderet, Paulopolim aggreſſurus properat; aſt Equites loci Præſidiarii de ejus acceſſu certiores facti, Fano ad libitum deſerto, recedunt. Pedites verò 400. ducti ſunt, ſicut & Equites 200. jumento exuti.

Iis Bellorum calamitoſis temporibus florebat Dominus Paulus *Bleri* Paulinas Paulinatumque Curio, verus ſane pauperum pater, ovium Paſtor & Patriæ defenſor, equidem is fuit in miſeros & inopes ita miſericors, ut, victu & amictu præaſſumptis, Beneficii, immo Patrimonii nec exilis proventum in eos omnem effunderet.

In gregis ſibi commiſſi ſalute procurandâ pervigil adeo & zeloſus, ut in Parochiâ ſuâ ſanguinariis patenti prædatoribus ſteterit impavidus, mori malens quam oves deſerere; quin etiam non ſemel viſus ipſis obviaſſe hoſtibus, quorum vel precibus vel numeribus datis, ſic impetus ſedavit, ut receptui canerent.

Quid amplius? exauſto Oppidi ære publico, ipſemet, fratre Franciſco tum Prętore, proprium ultrò commodavit aliquando & impendit, quo militum Ductorum ſibi tutelam

conciliaret, quo à prædâ suos redimeret concives, patriosque lares servaret sartos tectos. &c.*Relat. fid.*

Obiit verò D. Paulus *Bleri* 19. Decembris anni 1669. post longam ægritudinem piè & laudabiliter (ut vixerat) urbis Pastor à triginta prope annis. *Ita Nocrologium Paulop.*

Eo quoque ævo confragrat Parochialis Sancti Pauli Basilicâ fabri fistularii incuriâ. *Relat.*

Anno 1658. *Fargues* Hesdini Proregis Legatus Fani S. Pauli Januas, (Attrebatensi salvâ) dirui fecit, quin subindè insolens Homo à genuino Principe deficit, in ipsum Proregem insurgit, eique aditum Hesdini cujus præfecturâ commissa erat, pręcludit : verùm insolentiæ, quibusdam post annis, pœnam luit. Etenim Præteriti criminis abolitione fretus ex pace ad Montes Pyreneos compositâ, in Galliæ Meditullio sedem figere non est veritus : quare captus est, & jussus pristinæ Villicationis rationem reddere, inventus est minus habens, & damnatus repetundarum, suspenditur & strangulatur laqueo Abbatisvillæ.

Ipso item anno hæc à Comite nostro Henrico emanavit ordinatio tenoris sequentis.

„ Henricus Dux de Longuevillâ, Toutevillâ, par Fran-
„ ciæ, Comes S. Pauli &c. Paribus, Baronibus, Dominis,
„ Feudatariis, Civibus, incolis habitantibus Oppidum &
„ Comitatum nostrum de Sancto Paulo Salutem.... Præmo-
„ tus temporum Bellorumve injuriâ nonnullos ad nostrum
„ Sancti Pauli Fanum abusus irrepsisse in Senatu seligendo,
„ nec-non in ærarii publici gerendâ ratione &c. Iis provi-
„ dere cupiens, Civium commoda & tranquillitatem pro-
„ curare, ipsisque ad Magistratum capessendum honoris ac
„ virtutis viam præbere, quo reipublicæ serviant sincere &
„ fideliter, donec Deo placeat solidam largire pacem &
„ ad Comitatum nostrum personaliter accedere valeamus,
„ ut omnia in melius reformemus & abusus tollamus,
„ placuit sequentiâ statuere puncta, quæ interim observari
„ volumus.

PRIMO.

„ 28. Decembris cujuslibet anni Senescallus noster, ejus „ vices gerens, Fiscus & Quæstor cum Tribuno Oppidi „ Capitali convenient in Palatio Senatorio circa horam no- „ nam matutinam, ubi unâ cum Canonico capitulari, „ curatis & Magistratu ad se convocabunt sex Banneriarum „ Majores scilicet. Sancti Eligii, Sancti Crispini, Sanctæ „ Mariæ Magdalenæ, Sancti Honorati, Sancti Arnoldi, & „ Sancti Michaëlis, quorum pręsentiâ & Consilio in E- „ lectores denominabuntur incolæ & cives indoneïores at- „ que vitæ ac morum probitate & integritate digniores, „ qui fidem Catholicam, Apostolicam, & Romanam „ profitentur.

II.

„ Hoc confecto, Majoribus Banneriarum secessis Offi- „ ciales nostri, Clerus Canonicus & Parochialis cum Se- „ natu actuali, inter denominatos octo eligent, qui illo „ anno duntaxat Electores habebuntur, quorum primus „ Major Electionis dicetur.

III.

„ Illi autem octo Electores vocati in Senatorio Palatio „ jurabunt super Evangelia, quod intrabunt & simul eâ- „ dem horâ vocabunt usque ad primam diem anni subse- „ quentis ad Electionem Majoris seu Prætoris ipsius ur- „ bis juxta ritum solitum; qui Major seu Prętor ad uni- „ cum annum eligetur, Tempore vero ipsius Electionis „ Electores nullo pacto communicabunt cum Senatu.

IV.

Electores prædicti aliud non colligent suffragium ad Præfatam Electionem, quam eorum qui statuto primo recensiti sunt.

V.

Prætore igitur ſeu Majore urbis ita electo & juramento ab ipſo præſtito die primâ illius in Parochiali Templo ſub finem ſolemnioris Miſſæ dicti Officiales unâ cum Senatu remeabunt ad Palatium Civium, ubi ad renovationem octo Scabinorum juxta normam ac ritum ſolitum adlaborabunt.

VI.

Scabini ita electi à Fiſco civili deducentur ad Senelcalliæ curiam ubi juramentum dicent inter Seneſcalli manus aut alterius Officialis, illo abſente pro caſu requiſito & ordinario.

VII.

Providere cupientes contra abuſus pariter irrepſos in Electionibus, Proviſionibus & Officiis Civilibus ſicut Fiſci Scribę & Quæſtoris, volumus & ordinamus, quod deinceps cum illâ vacabunt, ſicut jam vocat Officium Scribæ per obitum Philippi de *Locre*, dies ſtatuatur in illius ſucceſſorem ſubrogandum, & notificetur in Pronao Sacri Parochialis, eo autem die Officiales noſtri unâ cum Majore ſeu Prætore & Scabinis libellos excipient ſupplices eorum, qui ad prædicta officia aſpirant: hinc Præconſultis D. D. Canonicis collegialiter adunatis, uti & curionibus, ac ſex Banneriarum Majoribus diſponent in gratiam illius, qui pluribus votis fuerit gratificatus, ad vitam quidem pro Fiſco, ad Triennium pro Scribâ duntaxat: nihilominùs quibuſdam perpenſis, volumus ut D...... de *Locre* hoc primo Triennio potiatur eodem officio cum proventibus & honoribus annexis, &c.

VIII.

Quantum verò ad officia Quæſtoris & Exactoris ærarii publici aut nemoris, Eccleſiæ Parochialis, menſæ paupe-

rum, nec-non Nosocomii & Leprosorii à Majoribus nostris conditorum & dotatorum, ad nostram successorumque nostrorum dispositionem reservamus.

IX. & X.

Incolas ęre publico gravatos circa prędicta officia ad computionem vocant & adigunt, pręcauto in posterum adhibito, &c. datis litteris Rothomagi 27. Februarii 1658.......

NOTA.

Priusquam Comes noster Henricus statuta hæc edixerat, Scabini ipsi alios annuatim in vicem suam substituebant, sed quo riru? Non ita nobis innotescit. Majorem vero ceu Prætorem Oppidi seligebant suo ritu antiquo, qui invaluit, etiam ab ordinatione præfatâ Comitis Henrici, quem ritum ipse in minoribus existens, observatum vidi, quemque, ne oblivioni detur, nostratum posteritati exponere Iubet.

Itaque Prætore, ut dictum est, electo, sed incognito, sub finem solemnioris sacri ad medium majoris uavis Templi Parochialis accedunt Scabini veterani & octo electores hinc inde stantes, & tum qui electionis est Major, in medio eorum itum unum aut alterum tacens agit, dein gravius incedendo, ait quasi tono judiciali.

ENTENDEZ SIEURS.

MESSIEURS MAIEUR ET ESCHEVINS nous manderent pour faire le Maieur de Preudhomme lealle à nos esciens pour garder l'honneur & proffit de la Ville, parlez en avons au commun d'ycelle à grand plantée, sommes d'accord & avons fait Maieur de part Dieu.

Si vous disons Sieurs, qu'en cette Eschevinage ne peuvent estre le Pere, le Fils, l'Oncle, le Nepveux, deux Cousins Germains, n'y qu'aussi prez soient d'affinité ou d'aillance.

Sy entendez Sieurs que le Maire de cette année se prendra au bancq de l'année passez, ou au commun de la Ville, faire le pouvons, m'ensuivez vous Sieurs ?

Quibus prolatis perambulat ut prius, tandem accedens ad Electum Majorem eum nominat & in humero (si adest) percutit dicens N... *je te fais Maieur de part Dieu.* Quo dicto cunctis plaudentibus & acclamantibus ad altare perducitur novus Prætor ut fidei Sacramentum præstet super Evangelia, inde omnes electi & Electores ad civile Palatium redeunt, ubi pariter renovatur Senatus, sicut præfatum statuto 5.

SERIES MAJORUM.

SEU PRÆTORUM, QUOS LICUIT REPERIRE.

Magister Joannes *de Locre*.
Mr. Antonius *de Nove* PP. Capucinorum Bethuniæ Fundator 159....
Mr. Matheus *de la Vaquery*. 1625.
Mr. *Draque*.
Mr. *de Croix*.
Mr. Ludovicus *le Grand*. 1640.
Mr. *Garcon*.
Mr. Franciscus *Blery*. Pluries.
Mr. *Moncheaux*. Pluries.
Mr. Ludovicus *Caron*. 1658.
Mr. *Berger*.
Mr. *de Lattre*.
Mr. *de Cocq*.
Mr. *Denauë*.
Mr. Georgius *Moncheaux*.
Mr. *de la Forge*.
Mr. Lambertus *Poulain*.
Mr. *de Coubronne*.
Mr. *de Croix*.
Mr. Lambertus *Poulain*.

Ab isto desiit ritus laudatus, hinc venalitius Majoratus.
Mr. *de S. Amour.*
Mr. *de le Helle Matringhem.*

Anno tandem 1649. pax tamdiu desiderata duos inter Monarchas Gallum & Hispanum, duorum duntaxat ministerio Legatorum Cardinalis scilicet Mazarini & Ludovici *de Mendez de Haro* ad Insulam Phasianorum coalescit in bonum Europeæ totius Reipublicæ. Ad hæc, quod omni modam parturiit exultationem, illud fuit, quod ex pacis pacto secutum est Augustissimum conjugale Fœdus Ludodovici XIV. cum Mariâ Theresiâ Austriacâ Philippi IV. Regis Hispaniarum Filiâ, &c.

Interea autem quæ facta sunt Juris Gallici, unum est D. Pauli Fanum suo cum Comitatu, Artesiana quoque Provincia, demptis Audomaro, Ariâ & Rentiaco, &c. *Ex Artic.* 35.

1661. Attrebatibus à nostris receptis, Rex Ludovicus XIV. Artesianam Provinciam in usus pristinos ac jura consueta reintegravit, sic ut ordinum Comitia primaria in D. Pauli Fano celebrarentur M. Martio. *Ex MSS.*

Anno 1663. 9. Martii Carolus Aurelianensis Henrici patris nomine Regi Ludovico Magno fidem profitetur Clientarem pro ejus S. Pauli Toparchiâ, quin, die eâdem confitetur ipsam D. Pauli ditionem à Boloniensi Dominatu pendere, &c... Apud curiam Fisci rationum. *Ex Invent. Cartarum.*

Eodem anno 11. Maii diem obit suum Rothomagi Henricus Princeps & Comes noster, cujus Cadaver in Castroduni Sacrario, cor vero Aurelianensi in æde apud PP. Cœlestinos Pariensienses tumulantur, sub marmore candido, eoque permagnifico, quod Dom. Anna Genovesa de Borbonio ejus altera uxor erigi voluit.

Igitur Henricus noster primas adiit nuptias anno 1617. cum Ludovicâ de Borbonio Caroli Suessionensis filiâ, &c. quæ binam enixa est masculam & unicam fœmineam infra nominandas. Anno autem 1637. Ludovicâ defunctâ, secundam sibi copulavit anno 1642. Annam Genovesam de

Borbonio Henri II. Principis de Condato &c. filiam, de qua ſuſcepit maſculas proles duas & totidem fœmineas, de quibus mox ediſſerendum, ſed prius abs re non eſt noſtratum refricare mentes, hanc ipſam Annam Comitiſſam noſtram anno 1695. Paulopolim adventaſſe, Satrapiam utique ſuam inviſendi cupidam, eamque ab incolis & accolis uti Dominam decet, exceptam: omnes equidem adventum gratulati ſunt fœliciſſimum, ac in Primis poſt Senatum, RR. PP. Carmelitani Ordinis, qui in Principiſſæ ſuæ Occulis ſubactam Cartaginem Tragice per ſcolares ſuos exhibuere admodum gratulabundi, proludentibus ut plurimùm Paulinatibus civibus. *Ex Programmate.*

GENERATIO.

HENRICI AURELIANENSIS II. NOM. S. PAULI COMITIS I. NOM. ET LUDOVICÆ DE BORBONIO, AC ANNÆ GENOVEFÆ ETIAM DE BORBONIO UXORUM EJUS.

1. A Priori Maſculos duos ſuſcepit, quorum nomina nos latent; Primus qui Comes de Duno nuncupatus, natus eſt Pariſiis 21. Junii 1626; Obiit biduo poſt.

2. Alter qui etiam de Duno nominatus Comes, Pariſiis naſcitur 16. Januarii 1634, ſed mox Obiit.

3. Maria Aurelianenſis de quâ poſt fratrem.


A SECUNDA CONJUGE ACCEPIT.

1. Joannem Ludovicum Carolum Aurelianenſem Ducem de Longuevillâ, &c. qui ſequitur.

2. Carolam Ludovicam Duciſſam de Duno Pariſiis editam 4. Februarii anno 1644. & anno ſequenti mortuam.

3. Mariam Gabrielem primâ ętate defunctam anno 1650.

4. Carolum Pariſium, qui ſequitur, Comes S. Pauli, per fratris Joannis ceſſionem.



JOANNES LUDOVICUS CAROLUS

AURELIANENSIS DUX DE LONGUEVILLA

XXXVIII. COMES DE S. PAULO, &c.

JOannes hic è ſecundo Toro primogenitus anno 1646. 12. Januarii; poſt Patris fata paternum tranſiit in heredium anno ætatis 17. quocirca ei curatores conſtituti ſcilicet Genitrix Anna, Soror Maria de Nemoſio & Henricus Julius de Borbonio.

Anno autem 1669. Joannes Clericaturam induit, unde apud vulgus paſſim Abbas Longuevillanus audiebat, tum poſſeſſiones, titulos vel alia latifundia, paucis retentis, quo dies ſuos tranquilliori curſu tranſigeret, ejuravit.

Præfuit itaque Joannes per tutores laudatos ſexennium & mox in Carolum fratrem jura majorum devoluta. Obiit vero in Aſceterio S. Georgii juxta Rothomagum, mente quaſi imbecillis, ut ut ſit, cum eo extinguitur ſtirps Longuevillana anno 1694. *P. Anſelme in geneal.*

CAROLUS PARISIUS AURELIANENSIS

XXXIX. COMES SANCTI PAULI

DUX DE LONGUEVILLA, &c.

JOannes Ludovico, ut Prefatum, ſacris dedito, ditionis Paulinæ Carolus natu minor Comes & Dominus renunciatur : is Pariſiis in Baſilicâ Civili primam hauſit Lucem anno 1649. 29. Januarii. A tenerâ ętate quis & qualis poſtmodum futurus eſſet, ſpem præbuit non modicam, quantum magnanimus, ex unque leonem attende ; anno 1667. Regem ipſum Ludovicum 14. ad expeditionem ſecutus Flandricam obſidio & deditioni Civitatum Inſulenſis, Duacenſis adfuit & Tornacenſis ubi maximè animum probavit, cum enim hoſtis obſeſſi eruptionem propuſaret, Sarriſſam à militari avellere non eſt veritus. Hinc pariter ad Comitatum Burgundiæ Principi ſuo comparandum, non defuit, dein quo Candiæ à Turcis obſeſſæ aliquid opis ferret, nobilium centenâ ſtipatus, ad eam acceſſit, ibique variis in caſibus hoſtem aperto Marte petivit.

Verum in Batavos Regem etiam ſecutus anno 1672. adverſam expertus eſt fortunam, etenim Rheno tranſmiſſo, vir ſtrenuus minus conſulte in hoſtes irrumpens ad Propugnaculum juxta *Tolhuis*, ibidem occubuit ipſo SS. Trinitatis die ſacro 12 Junii ętatis vigeſimo primo, ævo utique eo, quo ad ſupremum gloriæ gradum (Regnum Scilicet Polonum) inſtabat ſublimandus loco Michaëlis *Wieſnovisky*. ſepulturâ traditur 9. Auguſti Pariſiis in æde Aurelianenſi apud PP. Cœleſtinos pompâ ſingulari & magnificentiâ, quæ Principem decebat.


Porro hic audiendus D. *Buiſſon* qui de ipſo Carolo ita ediſſerit in vitâ Vice-Comitis de *Turenne lib. 6.*

Ce Prince deſcendoit en droite ligne du Comte de Dunois Batard d'Orleans, dont les ſervices avoient merités qu'on luy accorda le rang de Prince, quoy que par les loix

du Roiaume, il ne dut avoir que celuy de Gentilhome.

Charles Duc de Longueville étoit aſſez bien fait de ſa perſonne, petit neanmoins, mais fort beau de viſage, il n'avoit encore que vingt & un an quand il fut tué; c'eſt pour quoi l'on ne ſçauroit dire beaucoup de choſe de ſa valeur: ce qui en avoit paru cependant faiſoit croire qu'il ſe ſeroit rendu recommandable s'il eut vecu. Quoiqu'il en ſoit, il étoit ſur le point de devenir plus grand, que n'avoit jamais été aucun de ſes Predeceſſeurs, le Roy travailloit à lui faire tomber la Couronne de Pologne ſur la tête & il y avoit apparence qu'elle ne lui pouvoit manquer. Il n'étoit pas marié, mais il laiſſa un fils de la Marechalle de la Ferté, lequel paroit aujourd'hui ſous le nom du Chevalier de Longueville. Cette Dame étoit mariée; mais on trouva moyen de tromper les yeux du mari, qui, étant vieux & rongé de gouttes, étoit preſque toujours dans le lit. &c...

Eques iſte de *Longueville* Carolus Ludovicus Aureliacenſis nuncupatus ingenuis adſcribitur eo quo obiit genitor anno. In Philippolis autem obſidio innuptus concidit. Anno 1688. 30. Octobris. *Moreri.*



MARIA AURELIACENSIS

SANCTI PAULI XXXX. COMITISSA, DUCISSA DE NEMOSIO, &c.

PRinceps hęc unica Henrici II. Nom. Aurelianensis, Ducis de Longuevillâ, &c. & Ludovicæ de Borbonio: nata quintâ Martii-anno 1525 Triæ Bigerrorum, nupsit Henrico de Sabaudiâ II. Nom. Duci de Nemosio, &c. fratribus Carolo & Joanne innuptis & vitâ excessis possessionum paternarum capessivit heredium anno 1694.

Henricus iste II. Dux Nemosianus de Sabaudiâ filius fuit quartogenitus Henrici I. Nemosio, primùm Archipręsul à Rege Ludovico ad Insulam Remensem denominatus est, at Carolo fratre Parisiis intercrempto, Insulam deposuit, & duxit 22. Maii anno 1657. Mariam nostram de Aureliâ: improlis autem obiit 4. Januarii anni 1659. in eo finem habuit Surculus Nemosianus de gente Sabaudâ, qui in Gallis substitit pene per 150. annos. *Moreri P. Ansel.*

Constat Mariam nostram à sui Regiminis primordio ad Paulinates direxisse ordinationes, quibus inter alia

Senatui Paulino quiete & pacificè eligendo & ſtabiliendo cavebat. Nihilominùs ortæ ſunt ſubindè (puta an. 1676. & 1678.) diſceptationes, quæ, niſi Provincialis Senatus Attrebatenſis autoritate ſedari potuerunt. *Ex Reg. Seneſ. Paul.*

Per idem tempus ejuſdem Comitiſſæ Mariæ beneplacito ſaltus Paulenſis diviſionem factam fuiſſe traditur.

Anno 1679. Comitiſſa noſtra Anna Genovefa de Borbonio Henrici noſtri Dynaſtæ relictâ, Henrici II Nom. Principis de *Condé*, &c. nata, vitam poſuit meritis ac virtutibus cumulata, &c. Inhumatur apud Carmelitanas Pariſienſes viâ Jacobæâ, quo ab annis pluribus, ut Deo ſoli liberiùs vacaret, ſe receperat. *P. Anſelm. Geneal.*

Templum Sancti Pauli Parochiale vel Bellorum, ſed ſæpius flammarum injuriâ ſubrutum, partimque aliquando reparatum, hoc 1674. anno juxtà Priſcam ſui formam reintegratur, & ab intrinſeco, lapide acuatur per totum curâ ac ſtudio D. Lamberti *Poulain* tum Prętoris, totiuſque Senatus, nec-non opitulante Quæſtore ærario ejuſdem Parochiæ D. Maximiliano *Turpin* Genitore noſtro, qui dolens exauſtum Eccleſiæ ærarium ſub operis medio, zelatus ipſe pro Dei domus perfectione, de ſuo non dubitavit largius commodare ad ejuſdem operis complementum, &c. *Ex viſis.*

Hactenus Dinaſtas noſtros in Caricampenſi Baſilicâ inhumatos vidimus, hoc autem anno 1684. exhumatos atque quorumdam eorum cineres in ſacrario proximo tranſlatos facit notum hæc inſcriptio ibidem exarata.

A l'illuſtre & éternelle memoire des Comtes de Saint Paul Fondateurs de cette Abbaye, dont les cercueils ont été ici tranſportés de l'ancien Chœur qui a été demoli.

Paſſans arrêtez-vous & pleurez nos malheurs.
Qu'en cet endroit a fait la guerre.
Ce Temple alloit être par terre.
Si Dieu n'eut fait ceſſer nos maux & nos douleurs.

Venez en même-tems en cet escrit apprendre
Quels sont les trois Princes fameux
Transferez & mit dans ces lieux,
Dont on doit respecter & les os & les cendres.

C'est Guy de Chastillion, & Anne de Bretagne,
Pierre de Luxembourg, la Dame des Essaux,
Jacques de Luxembourg. Priez Dieu pour le repos
De ces Heros connus jusqu'au fond de l'Espagne.

Le XXV. Septembre MDCLXXXIV.

Anno 1687. & sequenti Senatus Paulinatis sollicitudine & tuitione, nec-non D. Mariæ Aurelianensis ipsius Paulinę ditionis Comitissæ futuræ, ac D. Henrici Julii de Borbonio interventione & auspiciiis vindicantur Zenodochium immo & Leprosorium de Sancto Paulo adversu Equites Commendatorios Melitenses, qui in eadem pia loca sibi arroganda multo processu & conatu inhiabant. *Decret. Regiæ Cameræ.*

Anno 1690. nova PP. Carmelitarum Paulinensium Basicâ, jactis jam pridem fundamentis, iisque aliqualiter à terra elevatis, tandem assurgitad Apicem benefactorum munificentiâ: ipsâ verò peractâ veterique Sacrario in Patrum Refectorium conversâ,habuere, quo claustri sui ambitum excitarent quadrifariam. *Ex visis.*


Anno 1703. Lis non ita pridem exorta DD. Canonicos inter & Curiones Parochialis Ecclesię Sancti Pauli ratione supplicationis annuæ S. Rosarii, quam in templo suo recipere abnuebant dicti Curiones, ad D. Petrum de *Langre* Diœceseos Antistitem devolvitur & per ipsum ita definitur, ut laudati Canonici, qui contendunt fuisse ejusdem Parochiæ primigenios rectores, in suo jure permanerent; Curati verò supplicationem prædictam (ut decet) recipere non gravarentur, &c. actum Paulopoli, nonâ Augusti. *Relat. D. le Roi Canon.*

Anno 1705. Maria Aurelianensis Domina de Nemosio

Comitiſſa noſtra Paulinam ditionem venditare conſtituit : ne autem tantus Dominatus à Paulinatum Lineâ abſcederet, Ludovicus de Meloduno (*Melun*) Princeps de Spineto (*Epinoy*) &c. Quodam agnationis eidem Comitiſſæ illigatus genti, Eliſabethâ genitrice unâque Tutrice ſuadente & agente, ſibi ipſammet Toparchiam comparare decrevit & comparavit, emptionis pacto Pariſiis decreto, mediantibus trecentis ſeptuaginta quinque (ut fertur) millibus libris ; poſſeſſionem quoque iniit menſe Novembri per D. Hebertum *de Boves* ad hoc ſpecialiter legatum.

Anno 1707. Maria Aurelianenſis vitâ migrat Lutetiæ Pariſiorum 16. Junii, ætatis 83. prolis expers, apud Moniales Carmelitas ad Vicum (Vulgo) *Chapon* ſepulturæ tradita, &c.

LUDOVICUS



LUDOVICUS DE MELODUNO

XXXXI. COMES SANCTI PAULI, PRINCEPS DE SPINETO, DUX DE *JOIEUSE*, PAR FRANCIÆ, REGIUS IN ARTESIANA PROVINCIA LEGATUS GENERALIS, REGIÆ COHORTIS EQUITUM PRÆFECTUS.

PRinceps iſte, Comitis de Meloduno (*Melun*) nuncupatione indigetatus Patre Ludovico milite ſtrenuiſſimo, & Matre Elizabethâ de Lotaringiâ in lucem editus, nec-non apprime educatus; anno 17. vix elapſo militiæ Balteum induit, exin à Rege Ludovico XIV. Equitum Regiæ Legionis Rector conſtituitur: quin! Magnus ille Monarcha Majorum recordatus obſequiis, quorum ſtrenuus ſectator jam audiebat, eundem, annos licet 21. duntaxat natum, Ducatus ac Franciæ Pariatus honorificis de-

coravit titulis, Vicecomitatu de *Joyeuse* in hunc finem de novo ad talem dignitatis gradum sublimato Litteris anni 1714 mense Octobri datis apud Fontembellum: Probatis vero à Senatu Parisino 18. Decemb. seq.

Anno 1717. Ludovicus XIV. votis Ludovici de Meloduno ac Elizabethæ Matris ejus ac Tutricis annuens pendentiam Priscam Principatus Spinetentis à Dominatu S. Pauli amandat & ad se advocat, uti latius intelligi datur hoc ipsius Regis Diplomate.

„ LUDOVICUS DEI GRATIA REX GALLIÆ ET „ NAVARRÆ omnibus præsentibus & futuris Salutem.

„ Carissimâ & dilectissima cognata Elisabetha de Lo„ tharingia vidua carissimi & dilectissimi cognati Ludovi„ ci de Meloduno Principis de Spineto nomine & tan„ quam Tutrix ad honores carissimi & dilectissimi cognati „ Ludovici de Meloduno Principis de Spineto Filii, & D. „ Octavius *Robin* in Senatu & Consilio Causidicus tutor „ ejus Onerarius, nobis exhibuere, quod juxta antiqua „ documenta, appendentia Prædii ac Principatus Spineten„ tis à Comite S. Pauli, fraternitas & fœdus mutuum „ satius est, quam Clientaris conditio ad Dominum; „ quandoquidem scriptum sit, laudatum Spinetente Ter„ ritorium à personâ Comitis non à Comitatu S. Pauli „ pendere, & cum de eodem fidei Sacramentum agitur, „ Comes S. Pauli astringitur obviam ire Principi de Spi„ net ad introitum Sylvulæ S. Pauli, vulgo (*Le Bocquet* „ *Caillimont*) & tunc Princeps Comiti offerre tenetur has„ tile ligneum albi coloris absque ferro, (gal. *Un fust de* „ *Lance sans fer*) dein Comes S. Pauli annulum gem„ marium à suo extrahit digîto, & in Principis mox inducit.

Cum autem exponentes prædictorum nomine sibi comparaverint Dynastiam S. Pauli mense Novembri anno 1705. & sic utrumque feudum sit juris laudati Minoris: lubenter assentirent in ejusdem commodum, Spinentensem Principatum, qui hactenùs nobis est in feudi secundarii conditionem, deinceps in primarii sortem transcribi, ratione coronæ & majoris Luparæ Turris, jure alio utili remisso ad

quamlibet mutationem &c. Nisi unius hastilis, quale Comiti S. Pauli exhibebatur in fidei Sacramentum pro solitis casibus. &c. Quare, &c. His de causis abstraximus & exsolvimus per præsentes manu propriâ signatas pendentiam Territorii Principatus Spinetensis, à Dominatu S. Pauli eamque ad nos nostrosque successores transmittimus, univimus & aneximus, &c. Datum Versailis mens. Januario 1707. Regni nostri 64. &c.

Eodem ævo ad instantiam prædictorum D. Ludovici *de Melun* ac Elizabethæ *de Lorraine* Matris unâque Tutricis ejusdem, idem Rex parem fecit abstractionem Comitatus S. Pauli à qualibet ditione vel dominatu sive Boloniensi, sive Artesiensi, horum enim inter Dominos multafariam, multâque lite olim altercatum est an ab isto, vel ab illo penderet Paulina Dynastia, quod utique scriptis utrimque proditis, neque commissariis ad hoc legatis, neque fœderum pacis aut induciarum pactione unquam definiri valuit: Quocirca ut deinceps omnis ambiguitatis, disceptationis seu altercationis locus eliminetur, visum est Ludovico magno pendentiam ditionis disceptatam distrahere per litteras patentes, adeoque Melodunensi genti honorificas, ut hic in lectoris latium nescii gratiam, Gallico, quo datæ sunt, idiomate, subjiciendas ad extensum duxerim.

LOUIS PAR LA GRACE DE DIEU ROY DE FRANCE ET DE NAVARRE à tous présens & avenir, Salut.

Nostre très-chere & bien-aimée Cousine Elisabeth de Lorraine Veufve de nostre très-chere & bien-aimé Cousin Louis de Melun Prince d'Epinoy au nom & comme Tutrice honoraire de nostre très-cher & bien-aimé Cousin Louis de Melun Prince d'Epinoy son Fils & Maître Octave Robin Avocat en Parlement & en nos Conseils son Tuteur Oneraire nous ont fait remontrer qu'ayant acquis ausdits noms le Comté de S. Paul circonstances & dependances par Contract du 15. & 17. de Novembre 1705. & ayant obtenus une commission de mise de fait à la Gouvernance d'Arras pour en acquerir la proprieté & la realité suivant la Cou-

tume d'Artois, les Fermiers & Domaines d'Artois & ceux de Boulogne ont prétendus chacuns les droits Seigneuriaux de cette terre, ceux d'Artois ſoutenans que S. Paul étoit mouvans du Comté d'Artois & ceux de Boulogne ſoutenant au contraire (ainſi qu'ont toujours faict ceux qui eſtoient chargé de deffendre les droits de noſtre Couronne contre les Archiducs, lorſqu'ils poſſedoient le Comté d'Artois) que le Comte de S. Paul relevoit du Comté de Boulogne, ſur laqu'elle conteſtation, Arrêt eſt intervenu en noſtre Conſeil le 2. de Mars dernier, qui ordonne que les Receveurs, Controleurs, & Fermiers des Domaines tant du Comté d'Artois, que de celuy de Boulogne ſeroient tenus de remettre entre les mains du Sieur d'Armenonville Conſeiller ordinaire en noſtre Conſeil Royal & Directeur de nos Finances, les titres & papiers en vertu deſquels ils prétendoient reſpectivement la mouvance du Comté de S. Paul pour leur être fait droit à ſon rapport, ainſi qu'il appartiendra par raiſon & que cependant par proviſion & ſans préjudice à leur droit, il ſeroit permit au Prince d'Eſpinoy de continuer à faire decreter en la Gouvernance d'Arras avec leſdits Receveurs, Controleurs & Fermiers des Domaines de laditte terre de S. Paul, dont la miſe de fait, qui y avoit été exploitée vaudroit ſaiſine ſuivant les Coutume des lieux, à la charge de par ledit Prince d'Eſpinoy de conſigner les droits qui ſeroient duës par l'acquiſition du même Comté de S. Paul és mains de le Moine Notaire au Chaſtelet commis à cet effet pour eſtre par luy fait delivrance, à qui il appartiendroit, après jugemens de conteſtations, lequel Arrêt a été exécuté de la part du Prince d'Eſpinoy, veu que les expoſans ont effectivement conſignés entre les mains dudit le Moine les droits dus, ſauf à diminuer ou augmenter, s'il y échoit & que la miſe de fait a été decretée en la Gouvernance d'Arras, & de la part des Receveurs, Controlleurs & Fermiers des Domaines, le même Arrêt a été pareillement exécuté, veu qu'ils ont mis pareillement és mains du Sieur d'Armenonville les memoires, eſcriture, pieces & titres pour ſoute-

tenir chacun la mouvance par eux prétenduë.

Mais comme le Comté de Boulogne & celuy d'Artois sont également tenus à nostre Couronne & qu'ainsi la question de la mouvance du Comté de S. Paul nous est à present beaucoup moins importante qu'elle ne l'estoit autrefois, & que d'aillieurs il est certain que nous sommes en droit de distraire quand il nous plait, les mouvances des Duchés & Comtés que nous possedons pour les attacher à nostre Couronne, les exposans esdits noms nous ont très-humblement suppliés de vouloir transferrer la mouvance dudit Comté de S. Paul à nostre Couronne & grosse tour du Louvre & d'agréer que les droits Seigneuriaux dus au cas de successirn, donation, vente, eschange ou autrement, soient reglée suivant la Coutume de S. Paul: comme aussi que ledit Comté de S. Paul soit soumise à la jurisdiction & ressort de la Gouvernance d'Arras, & en cas d'Appel à nostre Conseil Provincial d'Artois, & que les habitans du Comté de S. Paul paient aux estats d'Artois les centiémes & autres impositions ordinaires & extraordinaires.

Sur quoy mettans en consideration les grands & importans services qui nous ont été rendus & a nos Prédecesseurs Rois par les Pere & Auteurs dudit Sieur d'Espinoy, la distinction que nous avons toujurs marqués pour la personne de nostre Cousine Elisabeth de Lorraine & pour la maison dont elle est issuë: ensemble la dignité & Fief dudit Comté de S. Paul, qui a été possedé par les premieres Maisons de nostre Royaume, même par les Priuces de nostre Sang, sçavoir faisons que pour ces causes & autres bonnes considerations à ce nous mouvans de l'avis de nostre Conseil & de nostre certaine science pleine puissance & autorité Royalle, nous avons distraits & detachés, distraions & détachons par ces presentes signées de nostre main l'hommage & mouvance du Comté de S. Paul, tant du Comté de Boulogne, que de nostre Comté d'Artois, en tant que besoin est ou seroit, & de tout autre cheflieu dont ledit Comté de S. Paul peut avoir été mouvant, & lesdits hommage & mouvances avons transportés & attachés, transportons & atta-

chons à nostre personne & à celle de nos Successeurs accause de notre Couronne & grosse Tour du Louvre ; à la charge de nous payer dix livres pour les droits & reliefs dans les cas ou il est deu, suivant la Coutume de S. Paul, & les droits Seigneuriaux en cas de vente, échange ou autrement accoustumes à être paiés suivant laditte Coutume.

Voulons neamoins que ledit Comté de S. Paul soit en toute maniere même Feodal & en toute sortte de cas même d'ouverture dudit Comté de S. Paul & sans aucune exception sujet au ressort & jurisdiction de la Gouvernance d'Arras, en cas d'Appel à nostre Conseil Provincial d'Artois.

Comme aussi que les habitans dudit Comté paient les centiémes & autres impositions ordinaires & extraordinaires de quelque nature quils puissent être, aux Estats d'Artois, le tout sans préjudice à nostre droit & à celuy d'autruy. Si donnons en Mandement à nos Amez, &c. Donné à Versailles Janvier 1707. Sig. Louis.

Anno ipso Maria Aurelianensis è vitâ migrat Lutetiæ Parisiorum 16. Junii, ætatis 83. Prolis expers, apud Moniales Carmelitanas ad Vicum Vulgo *Chapon* sepulturæ tradita, &c.

Eo tempore Lis altera inter Canonicorum Collegiatam & Parochialem Ecclesias S. Pauli Civitatis ventilata pro jure Canendi TE DEUM. Diebus & horis à Missis regalibus designatis in gratiarum actionibus & aliis casibus. Sic autem à Senatu Consulto Artesiano finitur, ut prędictis Canonicis solis hujusmodi jus adjudicatur, presentiâ ad easdem actiones Parochię Curionibus concessâ. 12. Novemb. *Mem. Temp.*

Anno 1709. Ejusdem laudatę Collegiatę Canonicorum S. Salvatoris in S. Paulo Capitulum, attentâ prębendarum suarum exilitate, Libellos Diœcesano Antistiti suo Petro obtulit supplices, quibus efflagitat earum ut nonnullas supprimere redignetur ; adstipulatus est D. Episcopus, allegatisque omnibus mature perpensis, duodenarium numerum ad septenarium reduxit, cum Facultate sibi Decanum

atque Cantorem eligendi, Diplomate confecto 27. Octobris, reductioni assensum præbuit. D. Elisabeth de Lotaringiâ Ludovici Comitis parens ac Tutrix, ratamque habuit Rex Ludovicus XIV. datis patentibus litteris anni sequentis.

Anno 1710. Princeps Eugenius à Sabaudiâ Cæsaris legatus generalis Duacenâ Civitate sibi subactâ patitur copias suas vel omnem prope exercitum in totam Artesianam dispergi Regionem, licentiâ (ut fertur) concessâ seu indultâ ad certos dies. Non defuit germana illa gens suo indulgere genio, terrorem incutere, agros segetesque vastare, omnia sus deque vertere seu ferro seu flammis, passim ad libitum & impune prædari, hinc incolas & accolas in omnes ingruit horror, hinc & illinc gemitus ploratus & vululatus, mortis imago : hinc haud modicum perterriti Paulinates Concives, sed maximè fœmineus, sexus, qui salutem in fugâ præcipiti Hesdinii & alibi quæsiit.

Viri vero generosiores steterunt ac pro viribus omnem adhibuere operam & diligentiam quo Oppidum facultatesque suas sarta tectaque servarent (at quo se habuerint modo ? Attendat Lector & Paulinatum miretur solertiam & improbum laborem. 1. Quæ salvanda erant, mox in tuto posuere. 2. Cum duorum exercituum inter angustias versarentur, ac magis inde actarentur, ab utrâque acie salvas gardias sibi asciverunt. 3. Aditum interim fortiùs præcluserunt, mœnia vallo & aggere resarciverunt, speculatoribns undique constitutis. 4. Statuere, quo expilationem evaderent, Ducum & Ductorum generalium ambæ aciei Clementiam implorare, vel commendatitiis litteris ceu etiam muneribus oblatis : insuper utrorumque hostium pabulatores æquali recipiebant ratione, parique reficiebant potu & cibo, atque his expensis & præcautis salvi facti sunt, & sua, licet non omnia vindicarunt. *Ex Relat. Fid.*

Anno 1714. Rex Ludovicus Magnus XIV. Nom. in gratiam Ludovici nostri Vice-Comitatum de *Joyeuse* in Ducalem ac Parialem Galliæ dignitatem erigit cum privilegiis ac juribus &c. datis apud Bellaqueum fontem mens.

Octob. patentibus litteris, quarum præfationem Genti Melodunæ honorificentissimam mihi temperare non possum, quin hic exscribam nostro idiomate.

LOUIS PAR LA GRACE DE DIEU ROY DE FRANCE ET DE NAVARRE; à tous presens & à venir, salut.

Le Titre de Duc & Pair étant si éminent qu'il honore les Naissances les plus illustres, nous jugeons convenable d'accorder cette dignité, à nostre très-cher & bien-aimé Cousin Louis de Melun; Prince d'Epinoy, chef d'une Maison qui a produit tant de grands hommes depuis plus de huit siecles, & à laquelle il ne manquoit que ce nouvel honneur. Toutes les autres marques de distinction & de grandeur, que la Noblesse, la valeur & la vertu peuvent meriter, ont été successivement repanduës sur les descendans de cette illustre maison, souvent honorée par ses alliances avec des Princes & Princesses des Maisons Souveraines; elle s'est toujours soutenue dans la splendeur par les emplois les plus distingués, les Titres hereditaires & les grandes Terres qui ont été transmises d'aîné en aîné jusqu'à notredit cousin le Prince d'Epinoy

Le premier de ses ayeuls dont la memoire a passée jusqu'à nous par des monumens certains, est JOSSELIN I. du nom, Vicomte de Melun, qui tint les premiers rangs parmi les grands Seigneurs de la Cour du Roi Hugues Capet & du Roi Robert son fils; il se signala aux guerres de la Terre, Sainte, & fit en 998. *des dons considerables à l'Abbaye de Saint Maur, où il est enterré peu de tems aprés, ayant vêcu cent quinze ans. Il est fait mention d'URSION Viconte de Melun son petit fils dans une Chartre du Roi Philippe I. de l'an* 1067. *pour la dedicace de Saint Martin des Champs. Ursion de Melun y signa au rang des plus grands Seigneurs du Royaume. GUILLIAUME Vicomte de Melun son fils se croisat pour le voyage de la Terre Sainte l'an* 1096. *les historiens se réunissent tous pour faire remarquer sa force & son courage, la grandeur de sa naissance, & l'élevation de son rang; Robert Historiographe Contemporin, dit même qu'il étoit issu de race Royale, & Cousin de Hugues de France*

Comte de Vermandois frere du Roi Philippe I. les Abbayes de S. Maur, de Vauluisant, du Jar & de Barbaux conservent encore les monumens precieux de la magnificence de ses descendans. ADAM Vicomte de Melun l'un d'eux eut la principale part à la victoire remportée à Bouvines, & il avoit déja rendu des signalés services à la couronne lorsqu'en l'an 1207. *à la tête de l'armée du Roi Philippes Auguste, il defit celle du Roi d'Angleterre, & qu'il emmena prisonnier le Vicomte de Thouars qui la commandoit. Le petit fils de ce grand Capitaine épousa la Comtesse de Sancerre petite fille de Thibault Comte de Champagne, dont il eut SIMON de Melun qui suivoit le Roi S. Louis au voyage d'Affrique & au Siége de Thunis en* 1270 *& qui fut nommé le cinquiéme sur le Catalogue des Croisées, où l'on trouve encore des circonstances avantageuses, qui le distinguoient entre les autres Seigneurs. A son retour il fut fait Mareschal de France, & il perdit la vie à la Bataille de Courtray le* 11. *Juillet* 1302. *ADAM son frere fut aussi l'un des plus grands Capitaines de son tems. JEAN Vicomte de Melun son fils Chambelan de France rendit d'importans services à l'Etat sous les Regnes de Philippes le Long, de Charles le Bel, & de Philippe de Valois, il avoit à sa suite* 9. *Chevaliers &* 62. *Ecuyers à la Bataille qui fut donnée par Philippe de Valois le* 17. *Juin* 1340. *le Roi avoit tant d'estime pour sa personne, qu'il le choisit pour l'un des Executeurs de son Testament; il fut marié deux fois, en premieres Nôces, il avoit épousé Jeanne Dame de Tancaville, fille & heritiere de Robert Chambelan hereditaire de Normandie, de laquelle il eut plusieurs enfans qui ont tenu le premiers rangs dans le Royaume, & possedé successivement les plus grandes charges & dignités de la Couronne; en secondes Nôces il épousa en presence du Roi l'an* 1327. *Isabelle Dame d'Antoing, d'Epinoy & de Houdain, Vicomtesse de Gand, fille unique de Hugues VI. du nom, Seigneur d'Antoing & de Marie d'Enghien, dont il eut une fille mariée à Jean d'Artois Comte d'Eu, Prince du sang, & un fils Hugues de Melun premier du nom,*

lequel s'établit en Flandres à cause des grands biens de sa mere & y fonda la branche de Melun d'Epinoy ; il passa une transaction en forme de partage avec Jean d'Artois Comte d'Eu son beau frere touchant les pretentions de la Comtesse d'Eu sa sœur , à qui il ceda la Terre & Seigneurie de Houdain à l'intervention du Comte de Melun Comte de Tanearville Chambelan de France , & de Simon de Melun ses Freres de Pere , qui signerent la Transaction : il se trouva avec eux à la bataille de Poitiers , où il fit une glorieuse retraitte avec un grand nombre de Chevaliers qui se suivoient & qui portoient tous l'Ecu de ses Armes ; entre les Chevaliers ses Vassaux étoit Eustache de Ribermont , Gouverneur de la Ville de Lille qui y fut tué , & dont on voit encor l'Epitaphe & le Tableau dans l'Eglise de S. Pierre de Lille , ou il est peint sur un cheval de parade couvert de velours blanc aux Armes de Melun.

Pendant l'espace de 3. cens ans cette branche de Melun a été sous la domination des Ducs de Bourgogne , des Rois d'Espagne , ou des Empereurs , elle a été honorée des plus grandes charges & des dignités les plus relevées , grands Chambellans des Empereurs , Connestables hereditaires de Flandres , Gouverneurs de plusieurs Provinces , Generaux d'armées & presque tous Chevaliers de la Toison d'Or ; ils ont contracté les alliances les plus Illustres , & se sont toujours rendus recommandables par la valeur & la vertu , qui semblent être un bien hereditaire dans leur Maison ; mais quoique separés pendant un si long tems de leur ancienne Patrie , ils n'ont point perdu l'esprit de retour, & dès que l'occasion s'en est presentée, ils sont rentrés avec joye sous la domination de leurs veritables Maîtres.

Durant les troubles des Pays-bas PIERRE DE MELUN revint en France ou le Roy nostre Ayeul lui donna des marques de bonté & de protection, qui ne pouvoient être que l'effet de l'honneur que Pierre de Melun avoit d'être petit Fils do Louise de Foix , Sœur de Jean d'Albret Roy de Navarre , grande Tante du Roy Henry IV. LOUIS

DE MELUN Fils d'ALEXANDRE-GUILLIAUME, Chevalier de nos Ordres, & de Jeanne Pelagie Chabot de Rohan mourut à notre armée d'Allemagne étant Officier General, aprés avoir fait onze campagnes, où il donna toujours des preuves de sa valeur; il se distingua entre-autres à Heidelbergh, ou passage de Zwingimberg, où il reçut plusieurs blessures, & à la bataille d'Ekeren, il eut l'honneur d'attaquer & de charger le premier; il avoit épousé au mois d'Octobre 1691. *notre très-chere & bien-aimée Cousine Elisabeth de Lorraine, dont il a eu LOUIS DE MELUN Prince d'Epinoy, qui a commencé à nous servir dés l'age de dix-sept ans, & qui commande presentement notre Regiment Royal de Cavalerie; Nous rappellons le souvenir des services de ses Ancestres, dont il suit les traces, en faisant la presente erection en sa faveur. L'éclat & la grandeur de sa Race, les grands hommes qui en sont sortis, sont pour lui des exemples & des motifs si pressans que nous ne pouvons douter, que repondant d'ailleurs aux sentimens qui lui ont été inspirés par une Ayeule & par une Mere toujours attentive à meriter notre estime & notre affection, il ne se rende digne de la grace que nous lui faisons aujourd'hui; ce nouveau Titre joint aux bienfaits dont sa Maison a été comblée par les Rois nos Prédecesseurs, à la protection constante, & aux distinctions particulieres que le Roi Henri IV. notre Ayeul, Louis XIII. de glorieuse memoire notre très-honoré Seigneur & Pere, & nous avons accordées à ses Ayeuls & à lui, nous sont des surs garrants de la fidelité & de l'attachement inviolable que lui & ses Successeurs auront pour Nous & pour les interêts de notre Couronne.*

Notre très-chere & bien-aimée Cousine Annne de Lorraine Princesse de Lislebonne Ayeule de notredit Cousin touchée de la grace que nous faisons à son petit Fils lui a fait don de la Vicomté & Seigneurie de Joyeuse, les appartenances & annexes, pour y placer le Titre de Duché & Pairie, & comme cette terre a déja été érigée en Duché Pairie en l'année 1581. *par le Roi Henri III. en fa-*

veur d'Anne de Joyeuse son beau Frere, & qu'elle a été possedée en la même qualité jusqu'en l'année 1688. *par des Princes de la Maison de Lorraine, elle a toute la distinction qui convient pour être decorée des mêmes dignités. A CES CAUSES, &c. Avons de nouveau par ces présentes signées de notre main crée, érigé, élevé & décoré, creons, erigeons, élevons & décorons en Titre, Nom, Dignité & Préeminence, de Duché & Pairie de France, &c.*

Donné à Fontaine-Bleau au mois d'Octobre l'an de Grace mil sept cens quatorze & de notre Regne le soixante douziéme. Signé LOUIS.

Anno 1715. 1. Septemb. Rex ipse Ludovicus 14. per omnia magnus natus 5. Septemb. anni 1638. mortis occumbit legibus, Versalliis, ætatis 77. Regni vero 72.

Anno 1716. Ludovicus Dynastes noster in Sponsam ducit D. Armandam *de la Tour d'Albret.* D. Emmanuelis Theodosii *de la Tour d'Auvergne* Ducis *d'Albret* Paris & Ducis Franciæ, Regiorum Cubiculariorum Antistitis, Filiam, quæ anno sequenti puerperii doloribus oppressa, prolem edidit quidem, sed mox extinctâ, ipsa etiam genitrix subinde extinguitur Parisiis 13. Aprilis ætatis 21. ineunte.

Anno 1717. Ludovicus Comes Proregis in Artesianâ Provinciâ legatus generalis sufficitur D. *d'Artaignan* Marescallo *de Montesquio*. Ejus autem dignitatis possessionem primùm adiit; cum eodem ævo in Attrebatium Metropoli solemnia ordinum illius Provinciæ instituit Comitia, in quorum exordio ita perornatè ac suaviter oravit, ut omnium & animos permulserit ex mox applausus & gratulationes meruerit & exceperit. *Mem. Temp.*

Anno 1720. & seq. Ecclesia Paulopolensis suo viduatur Pastore propter tumultus occasione Bullę *Unigenitus* ortos ad aliam curam transeunte, hinc passim in sexu utroque perturbatio, hinc irrequieti plures & quidam eatenus temerarii, ut de alterutrorum fide judicare non erubescerent, inde odia, rixæ, contentiones, derisiones,

insimulationes, scandala, &c. Quæ utinam æterno mihi fas foret involvere silentio. Sed laus Deo, constitutus Curio alter animos non nihil compescuit & superveniente novo Antistite cessarunt motus & sensim facta tranquillitas, &c. *Ex visis & auditis.*

Anno 1723. æstate labente morbus Vulgo Anglicus (Gal. *Suette*) cum in multam Artesianæ Provinciæ plebem fuisset grassatus, tandem in nostros irrepsit Paulinates, ejus autem æstu letifero rurales quamplurimi, at Oppidani duntaxat triginta circiter, quos inter amicus noster D. Jacobus *Bellevre* Curio & Decanus S. Pauli, consumpti sunt... *Ex Relat. & Necrologio.*

Anno subsecuto Pernarum Oppidulum, novo, sed furenti incendio afficitur, siquidem paucis horis tecta pene cuncta quæ forum ambiunt ac alia contigua, nec-non Monialium cohors concremantur. Ast Oppidanorum, qui sua amisere miseratus D. Petrus *de Langre* Diœceseos Episcopus libras mille Gallicas contulisse fertur, singulis mediante loci Pastore dividendas. *Idem.*

Anno ipso 1724. suo orbatur capite Ditio Paulina casu plane infœlici, etenim dùm Ludovicus noster in Regis Ludovici Comitatu (cui in paucis carus) Venationi cervino operam daret, dum illum ætas integra in spem diuturnæ vitę vocaret, dum præstantissimis virtutibus sic adolesceret, ut formam optimi Principis exprimeret, ecce acerbissima mors, quæ nullum neque sexus, neque ætatis, neque roboris, neque formæ novit discrimen ex insidiis illico irrumpens hunc ipsum matris unicum & suorum amorem ab ipsomet cervo insectato (ut fertur) lethali confossum vulnere & cum ęquo prostratum, seculo post biduum eripuit 31. Julii. Rem totam è Mercurio Gallico exscriptam attende.

La chasse du Cerf qui se fit le 29. du mois fut funeste au Duc de Melun. Vers les sept heures du soir à une demie lieuë du Château de Chantilly, ce Seigneur courant à cheval dans une des Routes de la Forêt, fut blessé par le Cerf qu'on chassoit, lequel étoit presque aux abois. Le coup

qu'il donna en passant fut si rude que le cheval & le Cavalier en furent renversé, le Duc de Melun fut d'abord secouru par le Duc de Bourbon & par le Comte de Clermont : le Sieur Flandio de Montblanc Chirurgien du Roi lui mit le premier appareil, & on le fit porter à Chantilly, où il mourut le 31. Juillet à 5. heures du matin dans la trentiéme année de son âge, après avoir reçû tous les Sacremens & avoir fait son Testament.

Il s'appelloit Louis de Melun Duc de Joyeuse Pair de France, Prince d'Epinoy, Baron d'Antoing, de Chisoing, de Montlieu & Montguion, Comte de Saint Paul, de Saint Aulaire & de Nechin, Vicomte de Gang, premier Beer & Connestable hereditaire de Flandres, Senechal de Haynaut, Marquis de P.... Pair de Brevecq, Châtelain de Bapaume, Prevôt hereditaire de Douay, Seignenr de Verchin, Thilié, Château Blecrequies, Herzeller, Mets en Couture, Beaumet, Bertincourt, Morchies de la Châtelenaie, de Baillœul en Vimeu, Lieutenant General de la Province de Picardie (al. Artois) & Mestre de Camp du Regiment Royale de Cavalerie..

Il étoit veuf d'Armande de la Tour de Bouillon, fille d'Emmanuel Theodose de la Tcur de Bouillon, Duc d'Albret, Pair de France &c. & de Marie Armande de Victoire de la Tremoille, dont il ne laisse point d'enfans.

La blessure du Duc de Melun avoit été faite par un Andouiller d'environ dix pouces de longueur, qui avoit percé la capacité du corps par les cottes jusqu'au foye. Le Cerf fut pris, le Roi se fit apporter le bois, par lequel on vit que c'étoit un Cerf dix corps, c'est-à-dire, à sa quatriéme tête & par consequent de plus de 7. ans, tout le monde sçait qu'après 4. ans, le Cerf met bas son bois tous les ans vers le mois d'Avril. Les Andouillers sont les premiers branches du bois du Cerf près de la tête.

Le jeune Seigneur est generalement regreté, le Roi lui a donné en cette occasion des marques d'une grande sensibilité. Sa Majesté ordonna qu'on ne battit point au Champ en arrivant au Château, non plus qu'en montant la garde le

lendemain, & elle mit pied à terre au-delà de la Cour, & pendant que ce Seigneur a vêcu, personne n'y est entré à cheval, moins encore en Carrosse.

Le Roi a accordé le Regiment de Cavalerie qu'avoit le Duc de Melun, au jeune Comte de Melun, son parent, qui a herité de tous ses biens dont il pouvoit disposer Le Duché de Joyeuse revient par cette mort au Prince Charles de Lorraine en vertu de clauses de la donation que que la Princesse de Lisbonne en avoit faite au feu Prince d'Epinoy pere du Duc de Melun, dont le corps a été embaumé pour être transporté à Epinoy près de Lille en Flandres où est la Sepulture de ses Ancestres, ses biens substitués retournent au Comte de Melun de la branche de Richebourg, qui demeure en Flandres.

Hactenus *Mercurius Gallicus* mensis Augusti, sed in hoc emendandus, quod cadaver D. de *Melun* non ad Spinetum (*Epinoy*) ut notat, tranferendum, at Insulas apud Fratres nostros Prædicatores, ubi majorum supulturâ, translatum est & ibidem sub Mausoleo magnifico à genitrice Elisabeth erecto, cui hęc superscriptio exarata legitur.

DEO OPT. MAX.

HIC IN ILLUSTRISSIMÆ FAMILIÆ
SEPULCHRO JACET

LUDOVICUS DE *MELUN*
DUX DE *JOYEUSE*, PAR FRANCIÆ PRINCEPS D'*EPINOY*
REGIÆ COHORTIS EQUITUM PRÆFECTUS,
IN GALLIÆ JUVENTUTIS PRINCIPIBUS
GENERE, RELIGIONE, VIRTUTE NUMERANDUS,
ANTIQUISSIMÆ PROSAPIÆ SPLENDORIS NON DEGENER,
FAMILIÆ SUÆ SPES MAGNA ET ULTIMA.
IS TRIGESIMUM ANNUM AGENS
DUM INTER CANTILLIACI RURIS OBLECTAMENTA
REGI, REGIOQUE COMITATUI SE PROBAT IN PRIMIS,
INOPINATO CASU
DIE 31. JULII 1724 SUBLATUS,
TOTIUS AULÆ GAUDIUM CONVERTIT IN LACRIMAS.

ELISABETH DE *LORRAINE*
FILIO CHARISSIMO MOERENS POSUIT
ANNO M. DCC. XXVI.

REQUIESCAT IN PACE.

Exiquiæ ejus postmodùm, ut Principem decebat, præstitutæ ibidem & alibi ditionum seu prædiorum suorum, nec suis defuere partibus Paulinates nostri, siquidem injussi motuque proprio, obsequiori quo potuere modo Domino suo Toparchæ parentarunt in Basilicis suis Collegiatâ S. Salvatoris & Parochiali Sancti Pauli, quibus mœsti adfuimus.

Porro ex antedictis nulli perspicuum non est quod Ludovicus noster ortum ducat ab illâ percelebri & antiquâ gente Medolunensi totâ Galliâ ac Belgio spectatissimâ, quæ antiquior quidem audiret ipsâ in Galliis Religione Christianâ, si fides nonnullis daretur autoribus, qui ipsam gentem à celebri accersunt Aureliano, Connubii (ut aiunt) Regem Clodoveum inter & Clothildem Conciliatore, cui Rex ipse in operæ pretium Arcem Melodunam totamque Regionem sub Ducatus titulo largitus est, cujusque posteri tesseram suam septem nummis Bysantiis impressam nobilitarunt, in memoriam septem Aureorum quos Clothildis Aureliano ad se primum sub ementitâ pauperis specie accedenti erogavit... Aureliano datur Patricii dignitas à S. Gregorio Turonensi, scilicet ei primariam post supremam, adscribit dignitatem.

Verum Melodunense genus titulis non eget apocriphis, quos à nobis nimium amovit ævum, ubi gentis suæ præstantiæ notis constat inconcussis & veridicis. Itaque sufficit illius ab octingentis prope annis probatio ut supra ostensum est.


Anno 1726. D. Gregorius *Campion* Ariensis Abbatiæ Ruissevilensis Canonicorum Regularium S. Augustini Præsul Libello supplici dato orat apud S. Sedem, quatenus sibi vel suis successoribus Abbatibus Facultas fiat utendi mitrâ, baculo, annulo, Pastoralibus Sandaliis, Chirothecis aliisque Pontificalibus insigniis. Et obtinuit à SS. PP. Benedicto XIII. Ordinis FF. Prædicatorum cum cœteris Privilegiis, quibus alii Abbates hujus Regionis utuntur, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incar. Dom. MDCCXXVI. Kal. Junii Pontificatus SS. D. P. anno secundo.

Præfatum est supra Comitem nostrum Ludovicum à suo Letali vulnere, biennio supervixisse atque eo temporis intervallo postremæ voluntatis placita scripto mandari curasse, & possessionum quæ sui juris arbitrabatur consanguineum suum de *Melun* constituisse heredem,

ne quidem Dynastiâ Paulinate exceptâ, quod ubi notificatum reclamarunt, dicamque dixerunt ex Sorore Nepotes è gentè de *Rohan Soubise*, &c. Sic ut lis sub judice Senatus Parisini in ejusdem S. Pauli Toparchiæ consecutionem per quatuor annos maturè discussa, hoc tandem anno 1728. ejusdem Senatus decreto firmitam lęti conspicimus in gratiam Caroli de *Rohan* Principis de *Soubise* ex Sorore Primogeniti Nepotis, salvâ laudati consanguinei quotâ parte, unde meo meorumque concivium nomine Cano

CRONICON.

CAroLUs noVUs In paULInates DoMInUs.



CAROLUS DUX DE *ROHAN*

PRINCEPS DE *SOUBISE*,

DE *GUEMENE'*, COMES DE *PORROHOET*

ET SANCTI PAULI XLII, &c.

DYnaſtes hic natus eſt anno 1715. Filius Primogenitus Ludovici Franciſci, Julii, & Annæ Juliæ Adelaidis de *Melun* Filiæ Ludovici Principis d'*Epinoy* & Eliſabethæ de *Loraine*, &c. & Sororis Ludovici de *Melun* Præcedentis Comitis, qui & Patruus Caroli noſtri.

Quanta autem & qualis ſit Gens de *Rohan*, paucis accipe. ortu Britannica eſt, inter Regni antiquiores vel celebriores Familias, locum ſibi vindicat non ultimû, in honoris gradu tam

ſe quam ab affinitatibus hactenus perſtitit continua; quique ab eâ emanant Surculi, Principis nomine gaudent, utpote à primoribus Britonum ſupremi Ordinis Originem ducentes, quod ab ipſis iſtius Provinciæ Ducibus in Comitiis Generalibus Nanneti habitis anno 1088. comprobatum eſt; & patentibus conſtat litteris, quæ etiamnum extant viſibiles in Camerâ computum Regionis ipſius, quaſque Rex Ludovicus Magnus pro Tribunali ſedens authenticas agnovit anno 1692.

Altera ejuſdem gentis prærogativa, hæc eſt ſingularis quæ in aliis raro occurrit: illæ ſiquidem affinitatum Facultatibus ut plurimùm accrevere, Rohana vero, quas à 7 ſeculis Dynaſtias tenuit luculentiores, ipſas etiamnum poſſidet ſcilicet, Comitatum de *Porrohoët*, Ducatum de *Rohan*, Principatum de *Guemené*, quibus acceſſerunt alter Principatus de *Soubiſe* & Dominatus ſeu Comitatus S. Pauli ad Thenam, &c.

Cœterum Comites de *Porrohoët* & Vice-Comites de *Rohan* ortum accerſunt à Vannetenſibus Comitibus qui inter veteriores Britonum ſupremi gradus ſpectabiliores audiebant. Apud D. Gregorium Turonenſem aliſque Hiſtoricos, horum Principum Ditiones Regni nomenclaturâ inſignitæ ſuperbiebant. Inſuper alio ex Diplomate anni 1092. Comites de *Porrohoët* & de *Rohan*, ſuis, ad inſtar Comitum Campaniæ, Flandriæ, aliorumque ſupremorum, Baronibus gloriabantur.

Quæ omnia, quam antiqui, quam potentes, &c. fuerint tunc Principes illi, liquido perhibent & perſuadent. *Moreri*, *nov. ed.*

Anno 1729. ſtatutum in Ordinum Arteſiæ Comitiis Pontibus jungi fluvios & rivos, viam militarem à Fano S. Pauli ad Attrebatum trajicientes, quod executioni datum..... ſequenti vero anno decretum iiſdem in Comitiis eam ipſam viam ſilice ſterni, nonnullis licet reclamantibus, attamen quod ut poſtmodum fiat, hoc in preſentiarum habent operum moderatores, viam, ubi anguſtior, aperire, ubi aſperior, compla-

nare, ubi cavatior exequare, Vepribus eradicatis aliisque impedimentis amotis, quæ omnia itinerantibus seu peditibus seu vectoribus haud erunt parum commoda.

Anno 1730. Amarissimo & in ævum lacrimabili casu afflicta est Paulopolis nostra. 23. Augusti in S. Spiritus Suburbio quidam stolidus bombardam in canem, aut (ut alii autumant) in alites tecto stramineo accumbentes, ejaculatus, illico tectum arsit totum, hinc contigua ad ducenta prope flammls pœnitus addicta & paucis horis absumpta: periere illâ in deflagratione per multa pecora, pecorum pabula, grana, frumenta, ligna, lanæ, &c. Quin! & mulier ædis suæ defluvio oppressa & puer eo in exitio suffocatus inventi sunt: sed & alii plures subinde calamitatis suæ intuitu & mœrore tabefacti consumpti sunt, cœteris ad incitas & ad stipem redactis.

Anno hoc 1731. Comitis nostri novi nomine in novum mutatur Oppidi S. Pauli Consulatus civilis & in Scabinos Consules selecti sunt cives spectabiliores scilicet D. Natalis *Capron*, D. Josephus *Herman*, D. Augustinus *Thellier* Advocatus, D. Ludovicus *Blery* Procurator, D. Gabriel *Bernard*, D. Antonius *Corne*, D. Franciscus *de Lattre*, & D. Franciscus *Caron*. Qui omnes fidei Sacramentum dixerunt, eo fidentius, quo eorum mens est & animus Civitatis jura & Privilegia tueri, bono Reipublicæ prospicere, denique Patrum Patriæ munia obire &c. faxit Deus qui Justitias judicat & & regnat in sæcula. Amen.

Atque hæc sunt benevole lector, quæ de Comitum S. Pauli gestis, rebusque Comitatum Paulinatem spectantibus sparsim in autoribus tradita, in Patriæ gratiam juxta temporum seriem adunare studuimus, ut quibus minor attentio præbebatur, major & facilior adhiberetur in acervum collectis applicatio quod quidem ut arbitror non injucundum erit viris rerum antiquarum studiosis & potissimum Paulinatibus nostris, qui non nesciunt illud D. Gregorii Nazianzeni ad Nicobolum *Præ-*

clarum est mentem Historiarum cognitione instructam & refertam habere, Historia enim Conglobata quædam & coacervata sapientia est hominumque multorum mens in unum collecta. De Hist. Legend.

ADDITIONES OBLITÆ IN SUIS ANNIS.

UNiversis præsentes litteras inspecturis G. de Castellione Comes Sancti Pauli Salutem, noveritis quod nos ratam habemus & gratam compromissionem factam à Carissimâ uxore nostrâ M. Atrebatensi & Sancti Pauli Comitissâ, ex unâ parte, in viros discretos Prępositum, Decanum & Capitulum Cameracense ex alterâ in venerabiles viros Eduardum de *Selinghehem* Militem, & Magistrum Gabrielem Officialem Cameracensem, ac Decanum Atrebatensem, si prędicti E. & G. discordes fuerint, quę compromissio infrà Nativitatem B. Joannis Baptistæ terminari debebat, placet etiam nobis & volumus quod hujusmodi prorogetur usque ad Festum D. Remigii in capite Octobris secundùm quod in litteris præfatis uxoris meę pleniùs continetur. Datum anno Domini M. CC. L. IV. die Jovis in Pentecoste. *Ex Registris Cartarum Ecclesiæ Cameracen. verbo Pax LXVII. in Cameraco fol.* 475.

Fuerit Guido Regi fidelissimus, *ex Polidoro Vergilio* accipe ad annum 1368. " moratur, inquit, Dux Lancastrius aliquot dies ad Pontivum, & quia populum minimè suspectum habebat, quod diù sub Anglico imperio fuisset, non cognovit consilia, quæ jam tum de defectione facienda agitabantur: quare in Angliam hyeme jam ineunte revertitur, ubi de totius belli summâ agebatur. At Pontivenses post discessum Ducis, autore Guidone Divi Pauli Comite, omni illico dejecto præsidio; ad Francum deficiunt: atque ita longe nobilissimus Comitatus à Franco receptus est, post annos centum & duodecim, quem dotis nomine Eduardus primus illum acceperat. Hæc ille *lib.* 19. *Hist. Anglica.*

FINIS.

ERRATA.

IN Admonit. Præ. lineâ 4. Vinculos lege Viculos.
PAgina 2. lineâ 18. Rodulpham, lege Rodulphum.
Pag. 10. lin. 18. & 21. Arguensem, lege Archensem.
Pag. 13. lin. 20. Tervanum, lege Tervanam.
Pag. 23. lin. 6. adde adiit.
Pag. 37. lin. 10. *prosopia*, lege *prosapia*.
Pag. eâdem lin. 16. *decimus*, lege *nonus*.
Pag. 40. lin. 2. Pontibus, lege partibus.
Pag. eâd. lin. 21. *undecimus*, lege *decimus*.
Pag. 45. lin. 7. *duodecimus*, lege *undecimus*.
Pag. 48. lin. 22. Abbatæ, lege Abbatiæ.
Pag. 51. lin. 16. adde Filia.
Pag 52. lin. 27. *Guesie*, lege *GUESLE*.
Pag. 58. lin. 14. *decimus tertius*, lege *duodecimus*.
Pag. 63. lin. 22. Superfluentem, lege supereffluentem.
Pag. 74. lin. 12. *decimus quartus*, lege *decimus tertius*.
Pag. 76. lin. 21. *decimus quintus*, lege *decimus quartus*.
Pag. 77. lin. 27. *decimus sextus*, lege *decimus quintus*.
Pag. 65. lin. 14. exat, lege extat.
Pag 82. lin. 26. ræturn, lege ratum.
Pag. 83. lin. 35. post statuentem adde punctum.
Pag. 85. lin. 7. dele st & ejus loco adde ,
Pag. eâd. lin. 20. quandam, lege Gandam.
Pag. 87. lin. 34. anno 1196. lege anni.
Pag. 89 lin. 37. Bremitæ, lege Heremitæ.
Pag. 90. lin. 17. Leges, lege Seges.
Pag. 94. lin. 33. patrabatur, lege patrabantur.
Pag. 98. lin 14. ex, lege est.
Pag. 100. lin 4. Sponsa, lege Sponsâ
Pag. 101. lin 24. complectos, lege completos.
Pag. eâd. lin. 29. ergo, lege erga.
Pag. 103. lin. 6 compendium, lege Compendium.
Pag. 106. lin. 6. fratre, lege fratrem.
Pag. 108. lin. 36. insignavit, lege insignivit.
Pag. 110. lin. 23. *prosopia*, lege *prosapia*.
Pag. 120. lin. 14. Archembando, lege Archembaudo.
Pag. 137. lin. 9. *Brosapia*, lege *prosapia*.
Pag. 133. lin. 29. Andræ, lege Andreæ.
Pag. 145. lin. 23. 1725, lege 1125.
Pag. 197. lin. 7. ductor, lege ductoris.
Pag. 200. lin. 8. dele coma post deducebat & repone post modestia,
Pag. 205. lin. 6. ætas, lege actus.
Pag. 242. lin. 1. *Louis*, lege *Ludovicus*.
Pag. 244, lin. 29. paternitem, lege paternitatem.

Pag. eâd. lin. 32. ex, lege &.
Pag. 246. lin. 32. depingui, lege depingi.
Pag. 247. lin. 15. ſpirituaii, lege ſpirituali.
Pag. 25G. lin. 35. dnctus, lege ductus.
Pag. 251. lin. 20. neſter, lege noſter.
Pag. 269. lin. 30. Comitiſſæ, lege Comitiſſam.
Pag. 270. lin. 5. Seneſalli, lege Seneſcalli.
Ibid. lin. 10 Laadunenſis, lege Laodunenſis.
Ibid. lin. 12. creantur, lege creatur.
Ibid. lin. 29. &, lege D.
Ibib. lin. 32. Magaretam, lege Margaretam.
Pag. 271. lin. 2. Joannam, lege Joannem.
Pag. 272. lin. 30. *Bonrgogne*, lege *Bourgogne*.
Pag. 273. lin. 5. ab, lege ad.
Pag. 275. lin. 17. Bonrgogne, lege Bourgogne.
Ibid. lin. 37. nobis, lege noſtris.
Pag. 276. lin. 9. compuletit, lege compulerit.
Pag. 282. lin. 19. ab, lege ad.
Pag. 284. lin. 6. dele &c.
Ibid. 14. lin. XIV. lege XV.
Pag. 287. lin. 2. ve, lege vel.
Pag. 295. lin. 17. expugnavit, lege oppugnavit.
Pag. 297. lin. 17. nelianam, lege melianam.
Pag. 334. lin. 5. poſt quæ, adde prima.
Pag. 339. lin. 33. ſe, lege ſu.
Pag. 340. lin. 25. ſubiude, lege ſubinde.
Pag. 341. lin. 2. poſt SANCTO, adde PAULO.
Pag. 353. lin. 1. AURELIACENSIS, lege AURELIANENSIS.
Pag. eâd. lin. 14. Valeſmo, lege Valeſius.
Pag. 354. lin. 26. amantiâ, lege amentiâ.
Pag. 355. lin. 16. impetram, lege impetrat.
Pag. 391. lin. 8. inſtrumentatio, lege inſtrumento.
Pag. 369. lin. 19. conpulit, lege compulit.
Pag. 370. lin. 22. poſt ſunt adde captivi.
Pag. 371. lin. 25. prẹmo., lege præmoni-
Pag. 374. lin. 18. uavis, lege navis.
Pag. 381. lin. 1. AURELIACENSIS, lege AURELIANENSIS.
Pag. 383. lin. 14. adverſu-, lege adverſus.
Pag. 386. lin. 7. Spinetentis, lege Spinetenſis.
Ibid. lin. 25. Spinet. lege Spineto.
Pag. 390. dele lineas 19. 20. & 21.
Pag. eâd. lin. 25. redignetur, lege dignetur.
Pag. 396. lin. 30. ex, lege &.
Pag. 400. lin. 21. Exiquię, lege Exequiæ.

INDEX

COMITUM TERVANÆ, TERNENSIUM, AC S. PAULI AD THENAM.

LEODEGARIUS Primus Comes Tervanæ, Boloniæ, Ambiani, ac Turnehmi. *paginâ primâ*
Aimes ceu Aimericus 2
Roulphes ceu Rodulphus. *eâdem*
Robres ſeu Robertus. 3
N. Prima Ternenſis Comitiſſa. *eâdem*
Leodegunda ſecunda Ternenſis Comitiſſa. *eâdem & 7*
Deſrés ſeu Deſiderius. 7
Fumers. *eâdem*
Wilbertus. 8
Walbertus 3. Ternenſis Comes. 9
Vulmarus Abbas. 11
Valmarus. *eâdem*
Othuel. 12
Fromondus. 13
Fromondinus. *eâdem*
Athon. 14
Othes. *eâdem*
Helgot. *eâdem*
Bertha. 15

COMITES SANCTI PAULI.

Florentia Prima Comitiſſa Sancti Pauli. 18
N ſecunda, &c. 20
Hilgaudus. 21
Herluinus. *eâdem*
Rogerus al. Rotgarius. 22
Hermes alias Hugo. 23
Anſelmus ſeu Arnulphus. 24

Rogerius seu Rogerus. eâdem
Hugo I. dictus Senior. 37
Guido Candavena. 40
Hugo II. Candavena. 45
Hugo III. Candavena. 58
Ingelrannus Candavena. 74
Anselmus Candavena. 76
Hugo IV. Candavena. 77
Elisabeth Candavena 100
Nupsit Galchero de Castillione, qui obiit 1219.
Guido I. de Castillione. 112
Hugo I. de Castillione. 121
Guido II. de Castillione. 134
Hugo II. de Castillione. 153
Guido III. de Castillione. 160
Joannes de Castillione. 177
Guido IV. de Castillione. 185
Mactildis de Castillione 191
Nupsit Guidoni de Luxemburgo, qui obiit 1371.
Valerandus de Luxemburgo. 205
Philippus Burgundus. 224
Joanna de Luxemburgo. 234
Petrus de Luxemburgo I. Nom. 235
Ludovicus de Luxemburgo. 242
Joannes de Luxemburgo. 271
Petrus de Luxemburgo II. Nom. 274
Maria de Luxemburgo 281
Nupsit Francisco Borbonio qui obiit 1495.
Franciscus Borbonius I. Nom. 291
Franciscus Borbonius II. Nom. 334
Maria de Borbonio. 341
Nupsit Leonoro Aurelianensi, qui obiit 1573.
Franciscus Aurelianensis. 353
Henricus Aurelianensis. 366
Joannes Ludovicus Carolus Aurelianensis. 378
Carolus Parisius Aurelianensis. 379
Maria Aurelianensis 381

Nupsit Henrico de Sabaudiâ, qui obiit 1659.
Ludovicus de Meloduno (al. *Melun.*) 385
Carolus de *Rohan* Princeps de *Soubise*, &c.

SERIES.

Castellanorum Castri S. Pauli, qui indiscriminatim appellati sunt Procomites, Custodes, Prætores seu Ballivi, Gubernatores Ternesii, ac demum Comitatus S. Pauli in Ternesio Senescalli & Rectores, qui cum fuerint genere & virtute singulares, satis superque Dominorum suorum præstantiam commonstrant. Primus qui in Historiâ nostratum occurrit est.

HUGO AVESNENSIS.

Dom. Ferreolus de *Locre* Paulinas in suo Belgii Chronico refert ex Bresino illum Hugonem in Arce seu Castro S. Pauli imperasse tanquam Castellanus anno 1119.

RADULPHUS *CORBET.*

Neustrius, Castellanus ceu Procomes Paulensis; iis uxorem duxit N...... Filiam Tamardi Attrebatensis Castellani. Sepultum in Ecclesiâ Caricampi Tumulus undique armatum figurabat gestantem in pectore scutum Aureum tres corvos præferens mediante mergite, cum hac suppositâ inscriptione. *Hic jacet strennus Miles Rodulphus* Corbet *Filius quondam Guidonis & Beatricis Filiæ D. Rodulphi dicti de Campis Avenis militis: Obiit die* 14. *mensis Aprilis anno Domini MCLXII. Orate pro eo. Hist.Camera.*

ROBERTUS CORBET.

Radulphi secundogenitus, Castellanus Sancti Pauli Cruciatæ iniit militiam in recuperationem terræ Sanctæ, unde feliciter redux nuptias contraxit cum Macthilde

ex quâ genuit Hugonem &c. *idem.*

HUGO CORBET II. NOM.

Eques celebris regnante S. Ludovico, ſponſam ſibi copulavit in Oriente Stephaniam *d'Ybelin*, quę juxta Dom. *Duchéne* ſororem habebat Emmengardem *d'Ybelin* uxorem Hugonis de *Bures* Tartarię Principis &c. Hugo autem noſter Procomes Sancti Pauli obiit, filio ſui nominis qui ſequitur, herede relicto. *Idem.*

HUGO CORBET III. NOM.

Eques pariter & Caſtellanus, Caſtellaniam ſuam ceu Procomitatum Domino ſuo Guidoni II. Nom. de Caſtillione Comiti S. Pauli vendidit quo liberius majorique tum apparatu & militum Comitatu S. Regem Ludovicum Affricam tendentem ſequeretur; filium reliquit cui nomen Robertus. *Idem.*

JOANNES D'ARAINES.

Nobilis Eques Dominus *d'Hachicourt* &c. Cuſtos & magnus Ballivus Comitatus Sancti Pauli ad Thenam an. 1300.

MATTHÆUS GAUDE.

Dominus de *S. Eillier, la Planche, Cavroy &c.* Regi à Conciliis, Major & Ballivus Abbavillenſis & poſtmodùm Comitatus Sancti Pauli inſtitutus Seneſcallus favente Mariâ Guidonis Sancti Pauli Comitis relictâ, & filio Joanne Caſtillionenſi, datiſque Litteris Anni 1344. in præmium fidelitatis ſuæ rectique Conſilii, quod tanti faciebat Iſabellis Angliæ Regina & Pontivenſis Comitiſſa, ut illo uſa fuerit cum Abbatiſvillæ morabatur. Fuit etiam Matthæus *Pequigny* & Ambianorum hypotoparchiæ Gubernator, equeſtri dignitate decoratus anno 1313.. *Hiſt. Abbatiſvillæ.*

THOMAS *DE PROVINS.*

Sancti Pauli Ballivus : occurrit Arbiter cum præcedentibus Joanne *d'Araines* & Matthæo *Gaude* pro controversiâ ortâ Comites inter Boloniensem & Paulinatem anno 1330. *Duchéne.*

HIC UNUS AUT DUO DESIDERANTUR.

ENGUERRANUS DE *BOURNOVILLE.*

Baro de *Leaulnes*, Eques Scutifer Regis Caroli VI. Cubicularius Joannis Burgundiæ Ducis, Præpositus Principis Delphini Prætoriæ cohorti, Gubernator Comitatus Sancti Pauli anno circiter 1400. *Hist. Camera.*

PETRUS *QUIERET.*

Eques, Toparcha de *Ramecourt* (al. *Hamecourt*) & *Masicourt* ceu *Mansicourt*, Senescallus Ternensis & Ballivus Comitatus S. Pauli, jure belli captus est in prælio Azincuriano anno 1415. occurrit pariter in clade ad Montem Vinemagum anno 1421. duxerat circa an. 1436. Margaretam de *Leval* Dominam de *Pipemont*, de quâ genuit Antonium & Guidonem, qui (ut Arbitror) patri subrogati fuere *Monstrelet.*

ANTONIUS *QUIERET.*

Dominus de *Ramecourt* & *Pipemont*. Duxerat Joannam *d'Inchi* &c. obiit ante annum 1459.

GUIDO *QUIERET.*

Antonii frater, Dominus *Coulonvilliers* &c. florebat annum 1459.

CAROLUS DE LA *VIEVILLE.*

Eques Dominus du *Frestoy*, *Flers*, *Flameremont*, *Sains*, *la Motte* : Regis Cubicularius, Ternesii Senescallus & Toparchiæ Sancti Pauli Ballivus anno 1501. *Carta Senescalliæ.*

BALDERINUS *POIX.*

Dominus de *Ligneurœlles* Præses Attrebatensis Senatus, ditionisque Paulinatis creatus à Cæsareâ Majestate Carolo V. anno 1537. *Mem. du Bellay.*

JOANNES *LONGUEVAL.*

Dominus de *Vaux* Attrebatensis Gubernator, Sancti Pauli Satrapiæ Senescallus ab eodem Imperatore denominatus anno 1545.

CHRISTOPHORUS *DE REFUGE.*

Eques, Dominus de *Mesniz*, *Tingry Huclier* in Bolonesio; Baro de *Hesdinœul* Regię curiæ Vir Nobilis, Ternensis nec-non Toparchię Sancti Pauli Senescallus anno 1566. *Mem. Temporum.*

MEDIANT HIC AD MINUS DUO SENESCALLI

D....... *D'AZINCOURT.*

D...... *DE QUERENE.*

D. JOANNES *BARBIER.*

D. CAROLUS ALEXANDER *LE VERT.*

DOMINUS *de la Vassollerie &c.*

D. MICHAEL ANGELUS *DE WOORDEN.*

BARO DE *WOORDEN* &c.

D. JOANNES PHILIPPUS *DUBERON*

DE LA *CHAPELLE* IN PEVELLA

Provincialis Quæstor ærarius pro belli extraordinario in Flandrensi Tractu hoc an. 1731 Possessionem iniit 18. Junii speciali cum apparatu & munificentiâ in Paulinates, qui eum, quo decebat honore, excipiebant.

INDEX.

FUNDATIONUM INSTITUTIONUM, ERECTIONUM, DONATIONUM, CONCESSIONUM, ORIGINUM, INSTAURATIONUM, CONVENTIONUM, &c. QUÆ CIVITATEM ET COMITATUM S. PAULI AD THENAM SPECTANT.

Fundatio Monasterii Alciacensis Vulgo *Auchy les Moines* anno 673. *pag.* 4 *&* 11
Fundatio Monasterii Blangiacensis in Ternesio anno 682. 11 *&* 12
Fundatio Collegiatæ Sancti Salvatoris in Arce Sancti Pauli circa annum 1030. 25
Instauratio Manasterii Blangiaci ejusdemque concessio Monachis Fiscanensibus anno vel circa 1032. & seq. *ibid.*
Fundatio Canonicorum Regularium in *Pas* ineunte seculo undecimo. 30 *& seq.*
Erectio Prioratus Ligniacensis eodem ævo. 33 *& seq.*
Contentio inter Canonicos Sancti Pauli & S. Audomari anno 1078. 43 *& seq.*
Institutio Prioratus Sancti Georgii ad Hesdinium anno 1072. 40 *& seq.*
Instauratio Monasterii Alciacensis eod. anno 42

Fundatio Prioratus de *Wulfraimcourt* (hodie de *Framecourt*) juxta Paulopolim anno 1084. 45 & *seq.*
Conventio mutua inter Canonicos S. Salvatoris in Caſtro S. Pauli & Canonicos S. Audomari in Sithiu anno 1094. *ibid.* & *ſeq.*
Fundatio Monaſterii B. Mariæ in Nemore juxta Ruſſevillam ante annum 1099. 49 & *ſeq.*
Conceſſio Prioratus Ligniacenſis anno 1104. 33 *ut ſupra*
Fundatio in Eccleſiâ Monaſterii Blangiaci anno 1107. *deeſt*
Origo Cerei Attrebatenſis anno 1105. 52
Donatio Eccleſiæ S. Hilarii de *Frevenz* an. 1112. 55
Prioratus excitatus in Vico de *Baillœulet* an. 1120. 56
Attributio Eccleſiæ Collegiatæ Albinienſis Monaſterio Montis Eligiani anno 1131. 59
Aſceterium Caricampenſe fundatum anno 1137. 63 & *ſeq.*
Canonicæ Prebendæ S. Gervaſi de Encrâ Monaſterio S. Martini de Campis Pariſiis Attributæ anno 1138. 68
Erectio Parochiæ in Vico de *Baillœul* anno 1145. 75
Fundatio Abbatiæ S. Andreæ in nemore an. 1156. 80
Confirmatio poſſeſſionum Collegii S. Salvatoris in Arce S. Pauli anno 1175. 78 & *ſeq.*
Dotatio Canonicatuum Abbatisvillæ anno 1183. 82
Aſſignatio Decani Collegiatæ Eccleſiæ in Caſtro S. Pauli anno 1187. 83
Conſtitutio Monachorum in Eccleſiâ de Encrâ anno 1201. 91 & *ſeq.*
Hierocomium Leproſorum (Vulgo *Saint Ladre*) anno 1221. 115
Tranſlatio Paulopolitanæ Eccleſiæ Collegii q. Canonicorum S. Salvatoris è Caſtro in Oppidum anno 1251. 235
Noſocomium in Vico de *Vimi Gohel* Fundatum anno 1255. 137
Fundatio alterius Xenodochii in Oppido Sancti Pauli anno 1263. 139
Erectio Cappellæ in Caſtro Lenſenſi anno 1266. 149
Zenodochium aliud Audomari erectum an. 1269. 141 & *ſeq.*

Capellania in Vico *Neuville* Fundata anno 1286. 149
Cerci ardentes ante iconem B. Marię Boloniensis Fundati eodem anno. *ibid.*
Theroannæ Monasterium de S. Spiritu Monialium Ordinis FF. Prædicatorum conditum anno 128....149 *& seq.*
Eo ævo Panni Lanei in gratiam egenorum civitatis Paulinæ instituti. 161
Capella condita in Vico *du Mesnil* juxta Fanum S. Pauli circa an. 1312. 176
Sacrum quotidianum in Caricampensi Asceterio Fundatum circa annum 1317. 173
Sacrarium seu Parrochia in Villâ *d'Antin* erecta anno 1320. 179
Ædes B. Mariæ Sacra mediâ viâ Paulopolim inter & Vicum de *Verloing* condito anno 1326. *ibid. & seq.*
Sacrarium tertium juxta Pernas erectum an. 1328. 181
Palatium S. Pauli excitatum aut instauratum Cameraci anno circiter 1330. 184
Collegium pro Adolescentibus Cantabrigæ Fundatum per Mariam de S. Paulo, anno 1376. 174
Sacrum perpetuum in Sancti Nicolai æde Boloniæ ad Mare Fundatum anno 1391. 213
Sacrum aliud quotidianum in Ecclesiâ Caricampi institutum anno 1433. 237
Attrebati Virginum Chariotanarum Origo anno 1556. 349
Admissio PP. Carmelitarum in civitate Paulinâ anno 1615. 360. *& seq.*
Palatii Baleolanæ Familiæ in S. Paulo concessio & conversio in Conventum PP. Carmelitarum an. 1616. 362
Fundatio Monialium S. Dominici Parisiis ad portam Monmartinam anno 1627. 369

INDEX.

QUORUMDAM VIRORUM DIGNITATE, DOCTRINA, VIRTUTIBUS AC SCRIPTIS ILLUSTRIUM, QUOS PRODUXIT DITIO PAULENSIS.

PHILIPPUS *BELLEVALET.*

PAulinas Artesius apud Bethunienses ad D. Bartholomæum Canonicus candidi vir ingenii multæque eruditionis, *Psalm. David. L. Paraphrasi Pœtica illustravit. Versibus Lyricis.* Duaci 1565.

HUGO *FROIDEVAL.*

lat. Fridævallius sive à Frigidâ - Vallæ Sanpaulinas (quod Oppidum in Artesiâ situm) Medicus scripsit.

De tuendâ sanitate lib. 6. Antuerpiæ apud *Plant* 1568. 8. *de Balneis & eorum usu* Duaci apud Ludovicum de *Winde* 1565. 8. *Val. Andreas*, *Suertius.*

PETRUS *DE CROIX.*

De Cruce latine aliquando etiam dictus, Belga Artesius Pauli-Fani natus circa MDXL & Ordinem FF. Præd. circa MDLX Audomari Professus, vir fuit magnarum partium ab agonibus Scolasticis S. Theologiæ Magister in Comitiis Provinciȩ inferioris Germaniȩ anno MDLXXXIV. Trajecti ad Mosam habitis approbatus, in Divini Verbi prȩdicatione Ecclesiastes inexhausti plane laboris, pro avitâ fide tuendâ inquisitor contra tumultuantes grassantesque per Belgium novatores Geusios strenuissimus, civibus etiam suis de servandâ Regi Catholico obedientiâ adversus Principis Auriaci postulationes minis plenas consiliarius intrepidus. Unde non semel Audomaro ubi suis præerat, turbatis rebus exulare habuit, & aliquando à Geusiis captus jamjam ad patibulum suspendendus erat, nisi Eustachii *de Croix* Comitis *de Rœux* Audomarensis Gubernatoris operâ multâque amicorum pecuniâ redemptus fuisset. Quod fusius

narrant acta à nobis collecta dicti Conventus nostri, quem dicunt octodecim annis variis vicibus rexisse. Magnâ etiam fuit in Provinciâ suâ inferioris Germaniæ authoritate, pro quâ & in Comitiis Ordinis Generalibus Romanæ MDLXXXIX sedit diffinitor ut habetur in actis. In pace tandem quievit apud suos, & unâ prædicare, regere, ac vivere desiit 1614. Aprilis XXVII. ætatis 72. completo. Typis edidit.

Gallice à se versam Epistolam Michaëlis *Baï* de statuum inferioris Germaniȩ unione ad Ambrosium Loothium Abbatem Pariensem juxta Lovanium, hoc titulo: *Epitre de Michel de Bay Théologien de Lovain traistant de l'union des Pays-bas*, Parisiis Antonii *Houic* 1579. in 8. tum Gravelingȩ exulabat.

Discours de l'usage, vertu, & miracles du Signe de la Croix, Attrebati, Guillelmi *de la Riviere* 1604. in 8. iterum innovato titulo, *les merveilles du Signe de la Croix vertu & miracles d'icelui representées par diverses Histoires advenuës depuis le temps des Apostres jusqu'à present*, ib: Francisci Bauduin 1617. in 8.

Scripsit vero Latine 1. *Contra politica dicti de la Noüe Hæretici*: 2. *Vitam Constantini & Neronis*, quibus tamen Prælum interdixit, quod supremam iis apponere non licuisset manum: sed MSS. in 8. servantur apud Audomarenses nostros ut testatur Ghilbertus *de la Haye* in Bibliotecâ Belgo Dominicanâ MSS. *Scriptores Ord. FF. Præd.*

FERREOLUS *LOCRIUS.*

Paulinas apud Attrebates ad *Divi Nicolai* P. Vir multæ lectionis in Historiâ Sacrâ & profanâ juxta versatur & Poëta non inelegans edidit

Mariam Augustam sive *Historiam Deiparæ Virginis lib. VII. & Chronico & notis ad Calcem illustratam.* Attrebati 1608. 4.

Chronica Anacephalæosis edita seorsim 1606. 8. Typis Guillelmi *Riverii.*

Chronicon Belgicum ab an. Dom. CC. LVII. ad an. Dom. 1600. perpetuâ annorum serie deductum: in quo Artesiæ potissimum gesta proponuntur. Quod editum ab autoris morte per *Philippum Locrium*

Cui accedit *Catalogus Scriptorum Artesiæ.* Attrebati 1616. 4. à morte autoris.

Genealogiam Comitum Artesiæ.

Historiam Comitum & Comitatus S. Pauli.

Miscellanea variorum Carminum, Epigrammatum, Anagrammatum, Chronologicorum, Versuum, &c.

Paraphrasim Poëticam in Proverbia Salomonis.

Laudationem funebrem pro funere Matthæi Moullartii Attrebatum Episcopi an. 1600.

Item alia Opuscula Vernaculo Sermone *de Nobilitate & Virginum præfecturâ.*

Vivere desiit an. Dom. 1616. xi. Kalend. Septemb. post fidelem multis annis Reipublicę Christianæ navatam operam iisdem studiis quibus contentus vixerat, fœliciter immortuus. *Valerius And. Suersius.*

PHILIPPUS DE *CAVEREL*

Paulinas, Artesius i llustris Cœnobii Vedastini Ord. S. Benedicti in Urbe Attrebatensi Abbas, atque illustrium Ordinum Artesiæ 30. & amplius annis Princeps ac primus delegatus, Religiosorum similiter Ordinum & bonarum Artium dum vixit, Fautor eximius. Cujus rei exemplo sunt Collegia Bina Vedastinum Duacense S. Gregorii Patrocinio dicatum & alterum Societ: Jesu Attrebatense, utrumque à fundamentis, unà cum Templo excitatum. Vir fuit, cui valde corde fuit regularis Disciplina, & Cęlestium rerum comtemplatio, nec inter hęc neglexit unquam sacrarum litterarum studium & antiquorum Ecclesiæ Doctorum lectionem. Ipse ingenio, judicio, Doctrinâ excelluit, & stilo admodum florido conscripsit.

CHRONICON VEDASTINUM CUM ABBATUM SERIE.

NICOLAUS JOSEPHUS *DE LAVERDURE*

Ex *Fruges* Oppidulo à Comitatu S. Pauli pendente. Canonicus primò & Collegiatæ Ecclesię ad S. Amatum Decanus, in Universitate Duacenâ Vicecancellarius. Per 60. omnino annos Professor Regius, ex quibus 54. S. Theol. per 4. vero supra 30. Primarium ejusdem Facultatis Professorem egit, Doctorali S. Facultatis Laureâ à 54. an. insignitus.

Vir fuit probatæ virtutis, tenerrimę conscientiæ, ingenii perspicacis & profundæ eruditionis cujus toto vitæ curriculo illustria dedit specimina; Catholicæ Religionis & Doctrinæ strenuus adeo defensor & assertor, ut nec latum unguem ab eâ discedere piaculum esse duxerit; singularis in eo erga B. V. eluxit pietas, quam quotidianâ devotione constanter coluit. Pauperum & miserorum vere Pater & Familiarum ad incitas redactarum patronus singularis, in omnes denique prompta & expedita charitas, in celebrandis Divinis Officiis Vigilantissimus; tantæ insuper integritatis, sinceri candoris & maturi judicii erat, ut non optimates duntaxat, verum etiam Presules non litteris minus quam virtutibus conspicui, in gravissimis quibusque & intricatissimis rebus eum consulere non dubitarent: vir vere pretiosus & omnibus in paucis Charus qui magnum sui desiderium apud omnes reliquit & cujus memoria in benedictione erit. Vitam exuit Duaci anno 1717. Februarii 12. plura scripsit, sed duntaxat Typis commisit *Tractatum triplicem de probabilitate, recidivis & contritione*, &c. cum vindiciis in secunda Editione additis.

VINCENTIUS NICOLLE.

Ex *Rolencourt* ſeudo nobili, Vico bene amæno de Comitatu Sancti Pauli & Paris dignitate fulgente. Is Adoleſcens peractis humanioribus litteris, Ordini noſtro Duaci nomen dedit, in quo Philoſophiæ ac Theologiæ curriculum ſic proſecutus eſt, ut ad Philoſophiam ipſam ſubinde docendam in Collegio S. Thomæ fuerit inſtitutus Lector. Exin Eruditionis ejus famâ creſcente inter Profeſſores Regii Collegii cooptari meruit, quare in artibus ibidem Philoſophicis legendis multum ſibi nomen fecit; hinc ad Collegium Sanctę Thomæ evocatus, Theologiam pluribus annis profeſſus eſt: gradus Academicos conſecutus, & tandem poſt exhantlatos in Ordine labores, Magiſtri laureâ donatus eſt. Sed & ſacro ſuggeſtui non impar conciones habuit pluries per adventum & quadrageſimam in Eccleſiâ Cœnobii ſui, quod ter rexit prior, pręfuit etiam Conventibus Valencenenſi & Leodienſi ubi & docuit Prælatum agens, demùm in Provincialem Provinciæ noſtræ evectus in Comitiis Provinciæ Audomari celebratis anno 1709.

Philoſophiam noſtri Joannis de Sanctâ Thomâ elucidavit & contraxit in ſtudentium faciliorem intelligentiam. Typis autem edidit *Sinopſim Variarum Reſolutionum in Hiſtoriam Sacram Veteris & Novi Teſtamenti Duaci apud Jacobum Franciſcum Willerval &c.* 1725.

PRIVILEGE DU ROY.

LOUIS PAR LA GRACE DE DIEU ROY DE FRANCE ET DE NAVARRE Nos Amez & Feaux Conseillers les Gens tenans nos Cours de Parlement, Maîtres des Requêtes Ordinaires de notre Hotel Grand Conseil Prevôt de Paris Baillifs, Senecheaux leurs Lieutenant Civils & autres nos Justiciers qu'il appartiendra Salut : Notre bien Amez le Sieur nous ayant fait supplier de lui accorder nos Lettres de Permission pour l'Impression d'un Ouvrage qui a pour Titre *Comitum Tervanensium seu Ternensium, modo Sancti Pauli ad Thenam Annales Historici Authore F. Thoma Turpin (Ord. FF. Prædicatorum)* offrant pour cet effet de le faire Imprimer en bon papier & beaux caracteres suivant la feüille imprimée & attachée pour modele sous le Contreseel des presentes ; Nous lui avons permis & permettons par ces presentes de faire imprimer ledit Ouvrage cy-dessus specifié en un ou plusieurs Volumes conjointement ou separement & autant de fois que bon lui semblera, & de le faire vendre & debiter par tout notre Royaume pendant le tems de trois années consecutif. A compter du jour de la datte desdites presentes ; Faisons défenses à tous Libraires, Imprimeurs & autres personnes de quelques qualité & conditions quelles soient d'en inrroduire d'Impression étrangere dans aucun lieu de notre obéïssance ; A LA CHARGE que ces presentes seront enregistrées tout au long sur le Registre de la Communauté des Libraires & Imprimeurs de Paris dans trois mois de la datte d'icelles, que l'Impression de cet Ouvrage sera fait dans notre Royaume & non ailleurs ; & que l'Impetrant se conformera en tout aux Reglements de la Librairie, & notamment à celui du dixiéme Avril 1725. Et qu'avant que de l'exposer en vente le Manuscrit ou Imprimé qui aura servi de Copie à l'Impression dudit Ouvrage sera remis dans le même état ou l'Approbation y aura été donnée és mains de notre très-cher & feal Chevalier Garde des Sceaux de France le Sieur Chauvelin & qu'il aura ensuite remis deux Exemplaires dans notre Biblioteque publique, un dans celle de notre Château du Louvre, & un dans celle de notre très-cher & feal Chevalier Garde des Sceaux de France le Sieur Chauvelin, le tout à peine de nullité des presentes ; DU CONTENU DESQUELLES VOUS MANDONS ET ENJOIGNONS de faire joüir ledit Sieur exposant ou les ayant causes pleinement & paisiblement sans souffrir qu'il leur soit fait aucun trouble ou empêchemens Voulons qu'à la Copie desdites presentes qui sera Imprimée tout au long au commencement ou à la fin dudit Ouvrage foy soit ajouté comme à

l'Original. COMMANDONS au premier notre Huissier ou Sergeant de faire pour l'exécution d'icelles tout Acte requis & necessaire sans demander autre Permission & nonobstant Clameur de Haro Chartre Normande & Lettres à ces contraires, car tel est notre plaisir. Donné à Paris le quinziéme jour du mois de Septembre l'an de Grace mil sept cens trente & de notre Regne le seiziéme.

PAR LE ROY EN SON CONSEIL

Etoit signé NOBLET.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Turpin, Thomas

Comitum Tervanensium Annales historici

Duacum 1731

Gall.sp. 180
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10427457-7